N 1662

GLOSA AVREA

NOBIS PRIORI LOCO SVPER SEXto Decretalium Libro addita, per Reuerendiss. D. Dominum Ioannem Monachi Picardum, Sacrosanctę Ro. Ecclesię Presbiterum Cardinalem, ac Vicecancellarium meritiss.

Cum additionibus (praxi Curiæ Romanæ mirifice comprobatis) D. Philippi Probi Biturici, & in supremo Parrisiensi Senatu Aduocati.



Apud Ioannem Paruum & Bartholomeum Bertault.

Cum Gratia & Priuilegio.

NOs Decanus ac collegium doctorum facultatis Iuris Canonici studij generalis Parisiensis actu Regentium Omnibus & singulis hasce nostras præsentes literas lecturis visuris & inspecturis Salutem in domino Notum facimus & per presentes nostras literas quibus interest & intererit Certificamus interpretationes Sexti decretaliū a Reuerendiss. Cardinali Ioanne Monachi cum additionibus domini Philippi Probi (quas Glosam vocat) nuper hic Parisius, cum textu eiusdē libri Sexti impressioni traditas/vidisse & matura diligentia perlegisse. Illasque sic digestas & in apertum prolatas Cedere ad totius Reipublicæ ornamentum & vtilitatem ac augmentum studij dicti Iuris Canonici. Easque pro dictæ nostre facultatis officio, Laudamus, & approbam⁹. In quorum maiorem fidem fideliusque testimonium his subscripsimus, Sigillumque nostre predicte facultatis apponi iussimus. Datum Parisijs In dicto nostro collegio, Anno a christo nato sesquimillesimo trigesimo quinto. Octauo Kalen̄ Septembris.

P. Rebuffus I. v. doctor Regens.
C. Fabri doctor Regens.
P. Parpas doctor Regens,
F. Floret doctor regens.
P. Le Clerc doctor Regens.

Reuerendissimo in Christo patri, & domino Dño Ludouico, Cardinali Borbonio/ Senonensi Archiepiscopo Galliarũ Primati. Philippus Probus S. D.

EGregię tuę virtutis preciũ/ atque ęstimatio (antistes cãdidissime) viriũ mearũ debilitatẽ vicit, pręterea tui charitas & ꝑpetuus erga te meus amor/ vt quę ad honorẽ tuũ pertinerent diligentissime cõferrẽ. Is enim es/ qui in arduis fortiũ virorũ & Principũ operibus citra ambitũ versaris, tãtũ vt si fractos rubore noueris/ad accessum principis ꝓpter res arduas ac difficiles/ vt de regno, de pace, de bello/de re publica expeditissime cõsulis, si quos intellexeris ꝑclaris operibus intẽtos, subleuas, & debiles ꝑ tuo amore ac animi tui magnitudine iuuas. Quę res nobis audacię stimulos excitant, vt tuis manibus apposuerim, quod in Ioanne Monacho scribendũ perpetua memoria putauerim, & tuis aulicis occupationibus. Interim his tanquã recẽtibus tediũ subducas, nouoq; tanquã cibo palatũ tuũ refoueas. Gaudiũ profecto (mihi crede) tuis cliẽtulis innascitur supra radiũ, & vltra quã dici posset cũ tuo stomacho gratissimũ quid subministrare possunt. Ad hoc enim te natũ arbitrantur vt auligarchiã & aristocratiã moderamine rectissimo regere possis, & vt tuę deliberationis artificiũ tibi, salutiq; reipublice ꝓdest. Ita ꝑ vniuersa cõmoditate pręsentia tua perinde est necessaria quãtũ terris phœbea lãpas, aut piscibus aqua, nõ dicã quanta cũ laude te suscipiant oẽs ac venerantur. Sũmus põtifex tuis egregijs vitę ornamẽtis incensus, inter electissimos amicorũ cœtus cõstituit, & fidei Christianę ꝓpugnatores Cardinales artissimo vinculo recepit, quid tuę amplectitudini ascribere voluerit, is nouerit Christus increata veritas. Tu es qui instar Fabij maximi tuę domus (quã ex regali ꝓsapia diui Ludouici Gallorũ regis originẽ traxisse legimus) fuliginẽ in perpetuũ decus erexeris, qui vt sapiẽtia & virtute polles. Ita regimine & consilio vigilãtissimus, hoc quidẽ pacto vt si hoiem quęramus, diuinũ prorsus cõperiemus, si mores, apothecã virtutũ iudicabimus, si cõstantiã, natura incõparabilẽ inueniemus, si iustitiã ijs dotibus oppulẽtissimũ cognoscemus. Doleo medius fidius res magnas ex tali viro locupleti stilo describũdas, tam angusto ambitu orationis pręterire, cuius nomẽ dũ auditur, assurgũt oẽs, cũ videtur integrã virtutis imaginẽ personat, vt enim vir bonarũ literarũ censor ita illarũ quoq; amatores maxime diligis & amplecteris ac impense faues, humanitate excipis, vberibus pensas pręmijs, patrocinio adiuuas, nominisque tui claritate illustras. Factũ est idcirco vt literarij sodalicij propagatores, totiusque Christiane veritatis assertores, norunt in tuum patrocinium tanquam in vltimam clientelam confugere, cuius autoritate, potentiores, & vita probabiliores insigniuntur. Quid enim difficili in via securius, ad fastidium nauseamque laborantibus quam sibi ducem præscribere? qualem dum hoc non mediocris laboris Ioan. Monachi opus attentarem in adiutorem nostrum sagaciter inuitaui, cuius quidem ope solido iudicio benignam voluntatem (vt coniectura colligitur) mihi attrahere potui animo siquidem meo diu perpenderam hominis vitam desertissimam esse si nullo potissime amicitiæ præsidio fulciatur. Cum igitur omnis Gallia potissimum instar tempestate virorum peritissimorum referta fuerit, duo sunt (post ea quę iam diximus) pręstantissime antistes quę animũ nostrum pręsertim incenderunt, vt si quid laboris in Ioanne Monacho lucidando sumpsissemus, soli tibi ipsi deuoueremus, partim quod hunc agnomine Monachum Picardiæ tellus alũnum produxisset, a qua tu ipse es oriundus, tum vero non alienum a dignitate tua intellexi, vt tuos ciues virtutibus & doctrina integerrimos exciperes instar Agamẽnonis qui in consilijs capiundis veteranũ illum Nestorem semper habere delectabatur. Dedimus ergo operam ex industria vt viro literato tibi dignitate & doctrina præstantissimum cõferremus, & ex cõparatione mutua viuax fama patrię Picardię deperiret nũquam. Hic enim Ioannes Monachus pertinaci studiorum autoritate cum Romę (quam a tenerrimis adiuerat annis) sibi famam æternam peperisset Bonifacius octauus supremę dignitatis culmẽ eius nominis celebritate captus, ob summũ ingeniũ, suauissimos mores, & singularem probitatem in contuberniũ suum accersiuit, tanquã ne dicam Picardiæ, sed etiam totius Galliæ summũ decus, statim vt accessit hunc in auditorẽ causarũ Rotæ prouexit, ecclesiæque Pictauen. pręfecit postmodũ tutellarem fidei Cardinalem creauit, prætérea Legatum Auinionen. Et cũ has partes decenter obiuisset (vt erat fortissimi pectoris idem Bonifacius) eius Vicecancellariũ elegit. Postea vero is Ioannes Monachus vt suos viros propriãque gentẽ ac prouinciam Picardiæ ornaret huiusce Sexti Decretalium libri ab ipso Bonifacio (vt ita dixerim cõpilati) inter alias sui stu-

dij partes, primos (quos in præſentiarū tuę reuerendiſſimæ paternitati ilari vultu offerimus) edidit commentarios, quibus (vt maiori nitore ſplenderēt) lucubrationes noſtras (prępoſitis textibus) ſubiunximus, non nihil ad ornatum totius operis (ſi fas dicere ſit) facientes, quas quidem (vt rem publicam facis) tua autoritate munies, ac diligentiſsime conſeruabis. Hac enim in re non eſt cum valentioribus te pugnandum, qui in iure Pontificio & Cęſareo punctum abſolueris. Quod quidem ſi feceris (vt in omnibus ſoles) ac iocundo animo, tui clientuli fidem perpetuis temporibus aſtrictam perſpicies/& ſi paulum digneris in aream frugis tua autoritate euocare, quantum lautetię in re literaria iuris vtriuſq; conceperit, tua ipſius trutina facilime perpendes. Vale literatorum Mœcenas optime ac tui ordinis clariſſimum decus, & me tuę R. P. deditiſſimum. carū, commendatūque continue digneris habere. Pariſijs. vij. Kl. Octobris. Milleſimo Quingenteſimo triceſimoquinto, poſt incarnatum Chriſtum.

¶ Clariſsimo Viro vtriuſque cenſurę doctori Domino Guydoni Breleio, Chriſtianiſsimi Francię Regis, in ſuo maiore conſiſtorio Senatori meritiſsimo.
Philippus Probus S. D.

HAud mediocri rubore perterritus ſum (Clariſsime Senator) quū mihi ex porrecto vultu cōpluries ſeſe obtuliſſet ſpectata illa tua dignitas nobis adeo familiaris & gratiæ rependiſſet ius nihil. Ne igitur veterem noſtrā neceſſitudinem exaruiſſe intelligeres, volui aliquid operis conficere, quo nos de meliore ſtudiorum nota commendares dum ætas iuuenilis pateretur, ſatis eſt literis ciuilibus coniunctio noſtra declarata, qui nos (vt Tyrones) in duellum literarum prouocaremus, in medium libuit hæc puerilia ſubducere, vt noſtræ iam a teneris conſuetę neceſſitudinis, tibi ſignum pręfigerem. Tu autem ſerioſis ſtudijs ad exactiſſima illa (pro re publica) ſtudia reuocatus alijs quam tibi ſatiſfacere plus didiſciſti, vt fertilium agrorum naturā imitareris, qui (auctore Tullio) vices cū fęnore rependunt, dragmam quam acceperis a domino in decuplū multiplicans, vt qui fidelis in paucis apparueris, mercedem cumulatius in ſuperis accipias. Nos autem hactenus in iure militauimus, & canonū & legū ſagaciter imitati ſumus veſtigium, vitam prope in tenebris trahētes, donec operā nauauiſſemus, qua nos beate vixiſſe poſteris teſtaremur, vt enim natura inſtruuntur res oēs ad fructus producēdos tanq; perfectionis opus, ita nos vitam ſilentio tranſilire perteduit, quin fœturæ literariæ partum prius edidiſſemus. Crebris igitur diuinæ ſcripturæ teſtimonijs admoniti ſalutari aqua ignorantię curare lāguores, & cecitatis detecta caligine maiorum eruditionibus illuſtrari, domino (ore ꝓphetico) dicente, Omnes ſitiētes venite ad aquas. & rurſum. Haurietis aquas cum gaudio de fontibus ſaluatoris, quod ſi quis ignorās ne ignoretur, his monitionibus perurgetur quāto plus ſcriptores librorūque compilatores hac ſententia coarctātur, vel ne ipſi in errore maneant, vel alij (quos ſuorum eulogiorum hęredes inſtituūt) inſcientię ſubminiſtrēt. Collegi incredibilē voluptatē, ac nos delectarūt Ioannis Monachi vigiliæ, quibus vt aliquid de noſtro adijceremus hortata eſt ratio: vt pleriſque in locis luculentioribus ac lectoribus apertiores viderētur. Et quoniā ſummi labores noſtri nulla mercede compenſari requirunt, quā vt pręmium ſemel ſalutis vltimæ ab hominū ſeruatore cōſequatur. Si tamē ſubſidio iuris vtatur orator, a ſummis eius interpretibus vt excolligatur magnopere poſtulat hac in parte tuus Probus, qui te ſemper in ſummū conſolationis locū poſuit. Poſcit itaque vt cū viros in pontificia & cęſarea diſciplina ſelectiores ac diſertiores noueris, apud eoſdem ipſum commendes, & quū tua valeat auctoritas apud comprimis Reuerendiſſimū dominū Cardinalē Borbonium, vt ſis rerum ſuarum preco, quem operibus arduis ſemper euocat. Et auxilio tuo ſingulari præmunitus quod illi iā dedicauit opus non excidat reminiſcatur lucubrationis noſtrę illi iamdudū ſibi cōſecratæ, Vt enim ſummi principes in difficillimis bellorū conflictibus duces cōſtituunt: quorum regimine ac ductu cūcta moderātur: tanquā ad triarios redacta: ita mihi tales præeligere viros perplacuit, ſine quibus noſtra operatio etiā quantū vis præclara breui in tempore eſſet peritura. Et mea quidē ſententia nemo in hac vita laude eſt excellentior, aut qui rerum magnarum atque artium ſcientiam ſit cōſecutus, quam ipſe Reuerēdiſſimus dominus Cardinalis Borbonius: quem potiſſimum iuris publici prudētia delectat, qui rerum nulla magnitudine metiri poteſt, & virorum literatorum locuplex eſt emporium, in quorū numerū me apud illum annumerare dignaberis. Vale. Pariſijs, viij. Calen. Octobris Milleſimo quingenteſimo triceſimoquinto poſt Chriſtum incarnatum.

Repertorium alphabeticū materias Glose Do. Ioā. Mona. Car. super Sexto Decretalium libro continens sequitur.

A

E

H

I

M

S

Y

Z

Finis.

P. Vidouęus Lectori candido.

IN ea semper fui opinione Humanis. lector, vt liberalis iustiq; viri officiũ esse mihi persuaderem, quacũque posset occasione hominum vsibus subseruire, ea in lucem proferre quæ mortalium societatem essent plurimum adiutura. Et qui ita se gessissent, vt non sibi solis se crederent natos esse, sed omnibus hominibus iuuandis & promouẽdis, hos sua merita gloria haud quaquã fraudandos, sed deorum instar quod fecit antiquitas ĩmortalitate donandos quantum fieri citra Religionis Christianæ contumeliam posset, semper iudicaui. Cum igitur nuper prouidus vir Iohannes Petit, ciuis Parisieñ. mihi doctissimos Domini Iohannis monachi Cardinalis in Sextum Decretalium commentarios in bibliotheca Collegij Cardinalis plerisque locis & exemplaribus diuersis, fide & diligentia grauissimi & doctissimi vitęque & morum integritate maxime conspicui doctoris theologi Domini Nicolai de Grambus repertos, typis excudendos mihi proposuisset / eosque viros Iuris Põtificij consultissimos diligenter expendendos & examinandos tradidissem, an digni essent qui in manus hominum peruenirent, intellexi nihil quicquam esse melius sanctius & religiosius. Itaque constitui non committere vt pręclarum ac excellentissimum opus diutius desideraretur, ex quo incredibilis fructus ad Iuris Pontificij studiosos esset redditurus, simul vt infinitæ gloriæ vir qui sanctis operibus excelluit, incomparabili dignitate refulsit, eruditione quanta vix vlla & Religione præstitit, condignã suis meritis per nos immortalitatem non consequeretur. Itaque cæteris intermissis opus ipsum aggressus sum, quod iam tibi lector omni diligentia fide & industria absolutum in communem studiosorum vtilitatem profero. Tu nostram operam boni cõsulito, & sanctissimos huius nostri Cardinalis commentarios cupide amplectitor.

¶ Authoris vita per Reuerendum dominum magistrum nostrum Dominum Nicolaum de Grambus doctorem Theologum.

IOhannes cognomento monachus ex humili sed honestissima familia in vico picardię qui vulgariter Crezi appellatur non procul ab Ambiano natus est, qui cum excellẽtissimo esset pręditus ingenio, mire industrius & in primis pueritię annis animum magno cum fructu ad literarũ studia applicuisset, incessit ei cupido Romã proficiscendi. Vbi cum nulla ex parte debilitato ingenij vigore in eadem studia diligentissime incubuisset, in Cardinalium famulitium ascitus Bonifacio octauo, qui tum põtificiam sustinebat dignitatem gratissimus esse cœpit, qui cum suauissimis eius moribus, ingenio, & vitę integritate plurimum delectaretur, episcopum Pictauiẽsem eum designauit, nec sibi visus ei pro dignitate satisfecisse, ad dignitatem Cardinalitiam euexit. Hinc & crescentibus in dies miris incrementis in eo virtutibus, legatus ab eodem creatus est, hic inter innumerabilia virtutis suæ monimẽta Lutetiæ honoratissimũ (quod & hodie Cardinalis dicitur) collegium fœlicibus auspicijs ędificari curauit, ingẽtib⁹ sumptibus fundo cęleberrimo a vico victorino ad Secanam extenso multis sudoribus comparato, in quo religiosissime theologię studentibus (qui vulgo bursarij appellantur) annonariũ prouentum cõstituit. multis deinde priuilegijs pręrogatiuis & immunitatibus idem illud venerabile collegium pontificis & Regis christianissimi authoritate honestauit. In collegio (quod vulgo choletorum appellant) decem alios eadem qua superiores cõditione qui theologię se addicerẽt ex sua diœcesi Ambianẽsi religiosissime instituit. vnde facile est colligere quam fuerit vir ille sanctus, & pietati & religione addictus, qui cum in iure esset summus quod declarat hoc eruditissimum opus, omnia tamẽ sua bona ad sacrosanctam theologiam aspirantib⁹ assignauit. Mortuus est anno millesimo trecentesimo decimo tertio, octauo cal. sept. Cuius corpus lutetiam relatum honorificenter in sacello dictę domus cardinalitię sepultum quiescit in domino. Cum quo cum in viuis esset annos multos familiarissime vixit vir nobilis & plurimę virtutis dominus Iohannes de grambus eques auratus reuerendissimi nostri Cardinalis & eius parentum hęres & successor, qui exemplum sibi ob oculos praeponens imitandum dicti Reuerendiss. (tantum potest, bonorũ consuetudo & familiaritas) & in extruendis ædibus illis ingentibus, adiutorem indefessum se pręstitit, & aliquot quos appellant bursarios, ibidem in perpetuum instituit.

¶ Index (ordine alphabetico) additionū Do. Philippi Probi/ad D. Ioã. Monachi Cardinalis glo. ſuper Sexto Decretaliū libro editã materias continẽs ſubſequitur.

F

L

N

P

T

V

Laus Deo.

¶ Glosa aurea per fœlicis memoriæ Reuerendissimum in christo patrem et dominum dominum Joannem Monachi: ex picardia gallie prouincia ortū: Rote auditorem: miseratione diuina tituli sanctorū Petri et Marcellini Sacrosancte Roma. eccl'ie presbyterū Cardinalē: et ī ciuitate Auinionēsi sancte sedis apostolice de latere legatū/ac postremo curie Romane vicecancellariū meritissimum: nobis primo edita loco. Super sexto decretaliū libro: vna cū additiōibus domini Philippi Probi Biturie nationis: et iuris pōtificij interp̄tis. ac in curia Parlamētaria Parisien. aduocati suis ī locis positis: felicit̄ incipit.

¶ Summarium. D. Jo. Mo. Cardinalis ꝛ vicecancellarij Romani.

1 ¶ Cause sunt quattuor. due essendi: vt materia et forma. Et due fiendi: vt efficiens ꝛ finis.
Finis est causa causarū in intentione: sed effectus causarum est in executione.
2 Nihil est causa suijpsius.
3 Arithmetica sibi subalternat musicam.
Scientia iuris subalternatur seu supponitur ethice / id est philosophie.
Ethica vnde dicitur.
4 Carens monastica absurdū est vt eleuetur ad yconomicā.
5 Ubi sistit naturalis philosophus ibi incipit medicus.
Medicus non sanat hominem: sed hunc iuuat.
6 Naturalis philosophie medicinalis scientia est practica.
Oia nō dicitur in omnibus: sed quilibet sit suis terminis contentus.
7 Scientia subalternata quandoq₃ trahit totum subiectū quandoq₃ partem.
Scientia sibi subalternat aliam.
8 Bonum ciuile ꝛ ciuium directiuū dic esse materiam iuris ciuilis.
9 Causa formalis duplex est: videlicet forma tractandi et forma tractatus. Et forma tractatus idē est ꝙ diuisio. Et forma tractandi est modus agēdi qui est multiplex: videlicet narratiuus positiuus: decisiuus seu declaratiuus / reprobatiuus/modificatiuus.
10 Doctor dictus est a docendo: ꝛ doceo idē est ꝙ denuncio.
Bonifacius dictus est bonū faciēs vl'a fascia. i. ligatura.
11 Bonifacius ligauit bonū qđ est triplex / scilicet honestū quo ad morū reformationes: vtile quo ad causarum decisiones/ꝛ delectabile quo ad illumiatione intellectus.
12 Papa est interiectio admirātis. Et ipse h₃ nomen a re: q2 admirabilis est intelligētia: ꝛ efficacissimus eloquētia.
Papa dici debet ꝛ dicitur papa. i. pater patrum.

¶ Summarium D. Philippi Probi.

1 ¶ In principio cuiuslibet operis in deo ꝛ christo debet fundamentum fieri.
2 Deus est causa prima: ꝛ oīs causa prima est maior ꝛ nobilior suo causato.
3 Propter honorem dei augetur interpretatio testamenti.
4 Oris apertio est in dei non hominis potestate.
5 Semen satum in cartis perpetuo manet.
Qui abscondit frumenta maledicetur in populis.
Sapientia dando fit largior/retinēdo minoratur.
6 Triste est diuiti absq₃ herede decedere.
Inuentis inuenienda non obstant.
7 Soli reprehensione carent: qui nihil scribunt.
8 Cōmēdādus est qui plures oculos ꝛ plures aures habet
9 Mortales quidem quod capere nō possūt facile despiciūt
10 Scire est rem per causam cognoscere.
Scientia infert veritatem de necessitate.
11 Scientia est infalibilis noticia veritatis q̄ habetur duobus modis.
12 Scire est vehementer opinari.
Scientia non est nisi verorum.
13 Testis credens dicere verum si dicit falsu₃ est periurus.
Scire est rem probabiliter cognoscere. Et non dicitur scire qui nescit rationem reddere quam nouerit.
14 Duplex est ratio. directa videlicet ꝛ inflexa.
Per legem scriptam impossibile est omnes casus cōprehendere.
15 De quolibet producto duplex habetur cōsideratio.
16 Facilius per partem in cognitionem totius adducimur.
Ex ordine scribēdi aut docēdi facilius doctrina percipit̄.
17 An quis tenetur scire vel non.
18 Generalia principia oportet hominē scire alias est sine intellectu.
Interrogatus de fide quid teneatur respondere.
19 Quis dicatur scire.
20 Uehemens opinio dicitur transire in scientiam.
21 Expertis in arte creditur.
22 Homines causa hominum dicuntur generati.
23 Quis presumatur scire.
24 Presūptio iuris ꝛ de iure est magne importantie ꝛ appellatur presumptio legū que dicitur liquidissima probatio et etiam appellari potest sententia legis.
25 Sēper in dependentibus a conscientia ꝛ ab animo alicuius non statur iuramento.
26 Ecclesia quando iudicat de occultis.
27 Quis presumatur scire.
28 Precium seu valorem rei sue q̄s presumitur scire. Peritiores consulere habes etiam si rusticus sis.
29 Ignorantia quando presumatur in facto proprio.
30 Littere ꝛ non copie pars credere tenetur.
Modus executionis citationis per copie affixionem etiā si citatio procedat a camera contradictarum.
31 Qualiter dicimur scire.
32 An scire ꝛ scire debere sint paria.
33 Quiescit homo cum consummauit.
Magna edificia generosi sunt et magnifici constructoris indicia.
34 Amissio verborum substantialiū vitiat actum: secus si sint de solemnitate.
35 Semper debet inspici causa proxima non remota.
Finalis causa que dicatur.
36 Quando res est producta querimus de materiali causa et formali.
Causa materialis est duplex: facta videlicet ꝛ in fecta.
37 Ordo quodammodo dat naturam rei ꝛ cōseruat eā in esse
38 Ad cognitionē specieru₃ debet precedere cognitio gn̄is.
39 Ratio nobiscum nascitur maxime naturalis: et omnē legē humanam antecedit.
Ratio naturalis non circunscribitur loco quando ipsa cū humano genere nata est a principio.
Mors inest nobis a natura q̄a natura eā nobis proposuit.
40 Ratio est sicut organum ad omnem scientiam practicam vel speculatiuam.
41 Actio dicitur in operatione manente in suo agente.
42 Infirmus non querit medicū eloquentē: sed curare sciētē.
Non prodest integritas eloquentis quā non sequitur intellectus audientis.
43 Joh. mo. presb. Car. fuit gloriosus monarcha iuris: viuēs tempore bonifacij. viij.
Bonifacius viij. ante papatum vocabatur benedictus.
Bonifacij viij. laudes ꝛ vituperia: vide ibi.
44 Ratio quare mutetur nomen illius qui summū ascendit pontificatum.
Omnis christi actio nostra est instructio.
Monachi ex consuetudine mutant nomen.
45 An mutatū nomē pape: dicat̄ nomē propriū vel dignitat̄.
46 Uno dato incōuenienti multa contingunt.
47 Summum bonum est pulchrum ꝛ bonū obtinere nomen vt hic de Philippo Probo comprobatur.
48 Habere malum nomen ꝛ malam famam est turpe.
Homo bone fame dicitur habere dignitatē. Ex malo nomine sepe oritur suspitio sinistra.
49 Nomen Franciscus hic commendatur ꝛ deriuatur.
50 Gloriari quando permittatur.
Inno. iiij. laudes.
51 Maior non posset esse paupertas q̄₃ de pulchris nominibus facere inopiam.
52 Ubi lex deficit sufficit allegare auctoritatem maiorū ꝛ iudicare secundum exempla.
53 Nominis similitudo inducit affectionem.
54 Papa plura habet nomina.
55 Mundus dicitur parrochia pape.
56 Papa quando deuiat a fide desinit esse papa ꝛ incipit esse minor quolibet catholico.
57 Papa est omnia ꝛ supra omnia in spiritualibus.
58 Papa est viuus fons iustitie fugās tenebras sicut vetus.
59 Pñceps legitie electus est in t'ris deus al's est diabolus.
60 Papa in his que sunt iuris positiui dispensat pro velle.
Papa est successor primi hominis.
61 Papa non potest sibi parem vel superiorem constituere.
Maior est auctoritas in seipso q̄₃ in eo cui committit eandē
62 A papa omnis iurisdictio spiritualis procedit sicut ab uno

a

peratore temporalis.

63 Papa et princeps ex certa scientia supra ius contra ius et extra ius oia possunt.

a

N nomine dñi [a] Amen. Secundum philosophũ: scire est rem per causam cognoscere. xxiij. q. viij. c. occidit. j. de testi. c. cum causam.

b ¶Cause * autẽ sunt [b] quatuor/due effẽdi/vt materia et forma. xxxij. q. ij. c. quod vero nõ formatum/et de Con. di. ij. q2 corpus. et c. panis. et di. iiij. c. in synodo. Et due fiendi vt efficiens et finis. xxiij. q. v. c. de occidendis. et c. nõ frustra. ¶Et est notandũ q finis est causa causarum in intẽtione sed effectus causarũ est in executiõe. xxxv. di. ab exordio et c. sexto die. verbi gra. Intendo domificare ad hũc finẽ vt domus me protegat a caumatibus. i. a caloribus intensis et pluuijs. hic finis mouet efficientẽ. Efficiẽs motus preparat materiã: et tandem in materia preparata inducit formam ex quibus elicitur finis vt effectus causarum. ¶Uolens ergo huius libri habere sciẽtiam/debet cognoscere causas vt que materialis: que formalis: que efficiẽs que finalis. Et dicit Ber. in prima glo. prohemij cõpila. antique q ipse decretales sub singulis titulis collocate sunt subiectum seu materia libri decretaliũ. Sed hoc nihil est quia ipse decretales vt premittit collocate nihil aliud

2 sunt q ipse liber et sic idẽ erit materia et liber. Et nihil * est causa sui ipsius.

¶Alij dixerũt q materia huius libri sunt decretales extrauagantes/et noue constitutiones superaddite. Et hoc videtur colligi hoc prohemio et in prohemio antique compilationis. §. Sane. Et isti pro se videntur habere Azo. q dixit in consimili materia in summa circa prin. Quod tres codices scilicet Gregorianus/Hermogenianus/et Theodosianus. et constitutiones extrauagantes sunt materia propria codicis. Et est argumentũ q materia digestorum est pene duo milia librorũ et plusq tricesies milia versuũ C. de iure enucle. l. ij. §. primo. Et grosso modo loquendo isti dicũt vera vt si qs mihi diceret materia huius domus sũpta fuit vt ligna et lapides in silua et lapidicinis vicinis. ¶Uerũ si quis loquatur de subiecto seu causa materiali: ad quod vel ad q reducunt omnia que tractantur in arte illa seu quod est predicabile de omnibus tractatis in arte tunc dicerem q bonum ecclesiasticum. i. fideliũ directiuũ esset subiectũ huius libri. di. iiij. § omnes. et c. Canon/q sic probo. Si scientia est sub scientia: et subiectũ sub subiecto

3 Uerbi gra Arithmetica * subalt'nat sibi musicã. Sic subiectũ arithmetice quod est numerus subalternat sibi subiectũ musice quod est nũerus sonorus. Et cõstat q hec scientia subalternat seu supponit ethice hoc est morali philosophie vt. C. de secundis nup. l. j. in fine. et c. vt clericorum mores. j. de vi. et hone. cle. Nam ethica [c] dicta est ab ethi quod est mos et ychos scientia quasi moralis scientia. ¶Et hec habet tres partes: scilicet monasticam. In qua agit de regimine suiipsius. Economicã in qua agit de regimine domus: et politicã in qua agitur de regimine ciuitatis: et hoc innuũt nõnulle expositiones. Et sm has par

4 tes debet fieri assensus: alr est vsurpatio. Nã * est absurdũ q carens monastica eleuet ad yconomicã. de eta. et qua

d li. c. Indecorũ Et carẽs yconomica [d] eleuet ad politicã. xlvij. di. §. Necesse. et. xlviij. distinct. In pri. Arg. ff. de muner. et honor. vt gradatim. responso. primo. et. l. honor. §. gerendorũ. Nunc tamen dispositio vniuersi que in predictis vsurpat ta in brachio seculari q ecclesiastico ponit mũdũ

5 in statu in quo degit: * et sicut vbi sistit naturalis philosophus: incipit medicus: q2 naturalis philosophus principia sue artis dat in vniuersali. Sed medicus illa exequit

e in pticulari q2 medicus nõ sanat [e] hominẽ sed hũc iuuat. Sic vbi terminat ethica vt in prĩcipijs gñalibus inchoat hec facultas que est ad punitionẽ delictorũ: emendationẽ morũ: ad decisionem factorum dubiorũ. ¶Ad facta particularia in tribus pdictis partibus ethice regulariter descẽ

6 dẽdo. vnde sicut naturalis * philosophie medicialis sciẽtia est practica: sic moralis philosophie facultas. Et ideo hec facultas non debet exponi theologice: nec philosophice nisi quatenus facit ad praxim ad quã est hec scientia ne oia dicãtur in oĩbus sed quilibet sit suis terminis contentus. ¶Cũ igitur in tota ethica sit subiectum bonum hu

manũ: ergo in hoc libro sibi subalternato bonũ modifica

7 tum erit subiectũ. nã * scientia subalternata quandoq cõtrahit totũ subiectũ vt dictum est de musica subalternata arithmetice et quandoq partẽ vt philosophia naturalis est de corpe nobili: et medicina sibi subalternata cõtrahit non totũ subiectum sed partem: quia ipsa est de corpore humano: sic in proposito bonũ ecclesiasticum est subiectũ. ¶Item scientia subalternat sibi aliam quia vna dicit propter qd vt geometria dicit propter qd vulnera circularia tardius sanantur: sed nõ dicit quia eo q ad factũ nõ applicat sed cirurgia dicit hoc casu q2 non propter qd sic moralis scientia dicit propter qd suo modo prout moralis principia patiunt sed hec ars q2 dicendo sic/statutũ est de cõsti. pri. l. j. ff. Et pdictis duobus modis subiectũ est pdicabile de oĩbus q sũt in hac sciẽtia ad finẽ huius sciẽtie q

8 tangit. j. Sic dico * bonũ ciuile. i. ciuiũ directiuũ eẽ materiã iuris ciuilis Arg. ff. de iusti. et iu. l. ius ci. Insti. de iu. na. gen. et ciuili. § primo. et. § pe. j. di. ius ciuile. et iiij. di. c. j.

9 §. prio. et. c. erit. ¶Causa * aũt formalis duplex est: forma tractãdi et forma tractatus. Forma autẽ tractatus idẽ est q diuisio libri in partes: et primo hic liber diuidit in tres ptes. in phemiũ in quo narrat intentũ huius libri in gñali. Et in tractatũ. i. de summa tri. et fid. ca. in quo fit psecutio narratorum gñaliter in speciali et i epilogiũ. j. de reg. iur. Et ille titulus est epilogatiuus seu recapitulatiuus nam iuribus positis in. v. libris ex eorum aliquibus elicit regula q multa iura recapitulat in vnã diffinitionẽ: notat. j. hoc lib. de regu. iu. in rubri. ¶Forma autẽ tractandi idẽ est q modus agẽdi q est multiplex/narratiuus exẽplorum/politiuus/decisiuus/seu declaratiuus narratorum et iuriũ antiquorũ. j. de eta. et quali. c. a multis. Et iste modus est cõis in hac arte. Est etiã qñq pbatiuus. j. hoc libro de sũma tri. et fide ca. c. vno. ij. respõso. j. hoc libro. de hereti. ca. Cum scdm leges. Et reprobatiuus etiã qñq cõsuetudinis. j. hoc lib. de peniten. et remi. c. ij. in fi. et. j. hoc li. de cõsuetu. c. j. et. ij. Et qñq iuriũ antiquorum. j. hoc li. de pces. prebẽ. c. detestanda. Qñq etiã opinionũ alteri adherendo. j. hoc lib. de preben. c. quia sepe. Itẽ modificatiuus. j. hoc lib. de elec. c. cũ ex eo. ¶Et scias q i hoc ope allegãdo. j. et. s. nõ sequor differẽtias tẽporis in condendo: sed in hoc sequar ordinẽ antique cõpilationis vnde allegando de hoc libro dicã. j. et. s. nisi sim in ti. de quo allegabo. ¶Causa vero efficiens fuit dñs Bonifacius papa. viij. vt efficiens principalis. Sed instrumẽtalis seu cooperans fuit vnus Archos. i. prĩceps hoc est principiũ capiẽs vnus epi. hoc est

10 supintẽdẽs. xxj. di. c. Cleros. Et vnus doctor * q est dictus a docendo: et doceo idẽ est q denũcio vel cieo. i. voco: moneo vel congrego. Isti ergo tres coadiutores prĩcipia sumpserunt et in illis superintenderunt et domũ sciẽtie in hoc volumine tradite sciuerunt. i. congregauerunt. j. hoc prohemio. Ricu. per venerabiles. ¶Et merito efficiens

f 11 principalis vocatus est Bonifacius [f] hoc est bonũ faciẽs * q ãbigua et incerta iura elucidare curauit et noua multa et vtilia adiecit: vt infra hoc prohemio. §. Sane. Uel dictus Bonifacius a fascia. i. ligatura. vt sit sensus. Bonifacius/id est boni ligatura. Nam sparsim bonum ligauit et redegit in hunc librum. ¶Et dico ligauit bonũ: qd est triplex scz honestũ quo ad morum reformatiões: et vtile quo ad causarum decisiões/et delectabile quo ad illuminationez intellectus et accensionẽ effectus/et hic vere habet nomen pape.

12 ¶Quia pape * est interiectio admirãtis [g] Et ipse nomẽ

g hz a re Quia admirabilis est intelligẽtia et efficacissimus

h i eloquẽtia [h] et ideo papa dici dz et dr etiã papa. i. pr patrũ. [i] ¶Finis aũt huius lib. est vt mores reformenti et vitia puniantur et iurgia terminantur traditiõibus hic contentis. j. hoc phemio. §. Quẽ librũ. et. § precedẽti. in fine. et C. de vete. iu. enucle. l. prima. circa pri. Ex qbus apparet qs titu. huius li. et cui pti philosophie supponat. Jo. Mo. Car.

a

N nomine domini Amen. Joan. and. in nouella hic citat Joã. Mo. cardinalem cum eo concurrentem summe laudãdum. In eo q post cardinalatum satis laborauerit ad scientiam in se augẽdã: quam et alijs in hoc libro cõicauit: nulli dirigens opus suum: sed post dei inuocationẽ inchoauit: cũ nullum elegãtius exordium fieri possit: quia in verbo domini omnia facta sunt et sine quo factum est nihil. Johã. j. Et recte quidem sancitum dicit Decius. S. in rubri. de constitu. col. prima.

1 Quia in * principio cuiuslibet operis in deo ⁊ xp̄o debet fundamētum fieri. Alias ibi nullum boni operis edificiū edificari posse. c. Cum Paulus. j. q. j. Jo. Mo. in. c. q̄ꝗꝫ. de elec. j. Car. cō. clj. Mulier volens dragmam vnam perditam: cōprobat glo. pragma. in. c. licet. in pr̄icipio. in verbo canonicas. col. ij. de elec. ⁊ Arch. in prohe. decreta. col. j. ¶ Idē censuit cesarea maiestas in auten. qu omo. oportet epi. col. j. vbi inquit omnia recte geri si principium fiat decens ⁊ amabile deo. ⁊ in auten. de here. ⁊ falci. in rubri. vbi glo. inquit iustinianum opus suum laudabile deo tribuisse vt C. de offi. prefec. affri. l. in nomine dn̄i. cū similibus: iuuat dictū apl̄i ad collo. iij. Omne quodcunqꝫ facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri iesu christi
2 facite. Nam deus * est causa prima Et oīs causa prima est maior ⁊ nobilior suo causato: cui conuenit illud. Et propter vnū ꝙ vnūquodqꝫ tale ⁊ illd̄ magis autē. multomagis. C. de sacro. san. eccle. ¶ Ideo quia iustissime deo honor debetur propter magnam gloriam suā. l. ticia. §. seia. ff.
3 de aur. ⁊ argen. lega. vbi extat sedes. Ob * ꝓpter honorē dei augetur interpretatio testamenti: ⁊ ibi Bar. Etiam timor. iuxta illud. Quia cum leo rugiet quis non timebit. Initium enim sapientie est timor dn̄i. Hinc psal. Tu quis es qui enarras iusticias meas. Ideo exemplo patrum nostrorum ductus ⁊ eoꝝ vestigijs inherens non tn̄ vt Guil. Andega. thesaura. in. d. prohemio decreti: ibi igitur ego q̄ ad presens nomen meum reticeo propter detractores et inuidos ne vilipendent per inuidiā istud opus. Ego Philippus Probus iuris pōtificij interpres minimus inuocata spiritussancti gratia. vt fas perpetuo sanctaqꝫ iura loquar. Sozi. pr̄. Con. xlvj. in prin. Consilijs: ⁊ de cuius plenitudine scōm apl̄z oēs accepimus. Fundandoqꝫ super lapide angulari do. Jesu xp̄o dn̄o nostro. de quo ꝑ Jo. Mo. . j. de electio. In. c. Fundamēta. Et in cuius noīe omne genu flectitur celestium/terrestrium/⁊ infernorum: ad philippenses. ij. c. quiqꝫ dux sapientie ⁊ sapiētum emendator in manu illius et nos ⁊ sermones nostri ⁊ sapientia omnis ⁊ operum sciētie disciplina. sapientie. vij. ca. tremulo spiritu atqꝫ titubanti manu progredior diffidens de incapacitate ingenioli non valentis cum me sciam tanto oneri penitus disparem et hanc suscipere prouinciam in tantumqꝫ pelagus pedem referre maxime dissuadeat ꝙ Marcum anthonium hominem quidem ingeniosum dicere solitum ferunt se ideo nullam vnqꝫ orationem scripsisse vt si aliqn̄ opus esset ꝙ a se non esse dictum posset id se negare dixisse: quo fit vt maximo oneri se suppositum intelligat: qui dicta sua scriptis demandat cum infinitis censoribus se submittat necesse sit/tamen concedente altissimo genitore gratiarū qui dat cordi concipere veritatem/⁊ cogitare equitatem: ⁊ lingue ornatum motum: dulcem melodiam ⁊ memoriaꝫ diu gratam de ipsi. sque larga benignitate atqꝫ mīa confisus qui lux est vera que illuminat omnem hominem venientē in hunc mundū. Jo. j. Qui sapientiam prestat paruulis et intellectum / teste psal. atqꝫ mellifiua largitate/que dat oībus affluentibus et non improperat. c. qꝫ pio. j. q. ij. quiqꝫ os apire iubet ⁊ se illud asserit impleturum psal. lxxx. Dilata os tuum ⁊ implebo illud. ⁊ Hieron. super Joelem. Oris * apertio est in dei non hominis potestate: ⁊ in euan-
4 gelio. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur enim vobis (scꝫ a spiritu sancto) quid loquamini. Neqꝫ autem his solis sed exemplo ipsoꝝ omnibus qui vacāt bonis operibus dictum intelligitur: vt non diffidant de sua insufficiētia sed de ipsius dei omnipotētia confidāt: ei nāqꝫ omnino nihil impossibile neqꝫ delerit vnqꝫ de se sperantes. Hac igitur vt (predixi) fiducia erectus cupiens ipsi non in toto saltem tum in tanto ante tribunal xp̄i iuxta sētentiam ipsius de qua est recordatus appstolus. Reddere rationem vilicationis ad huius clarissimi viri doctrinā ꝑut ip̄e trinus. ⁊ vnus deus q̄ leuat nubes ab extremo fre Hier. li. c. mīstrabit addere satagā vt exercendarum ingenij virium me causa induceret / manum porrigens calamo laborare mihi soli non curans sed omnibus exquirentibus veritatē. Eccle. c. xxxiiij. dr̄ enim in. c. cum marte s̄ de cele. missa. in. § verum. Beati qui seminant super aquas. i. super
5 populos. Semen * quippe satū in cartis perpetuo manet testatur quippe philosophus. ij. methaphi. Etiam ex falsis cōmendabor: qr veritatis inuestigande viā ⁊ materiā prebui ⁊ alijs ꝑparaui vt etiā placet glo. Jo. And. in data huius libri. ⁊ iuuat vt veritas sciatur. hinc prouer. xj. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis. Et ceca prudentia est nolle prodesse cum possis. Sapientia enim dando fit largior/retinendo minoratur/prior se fatetur vocem audisse qꝫ diu istud tenueris aliud nō habebis Jo. Fab. C. de vete. iure. in fine. ¶ Dicit quippe Bal. in prohe. Gregoriano (quod sub silentio tamen) assumpsit Antho. corsetus
6 in singularū suoꝝ vestibulo. Quia queādmodum triste * est diuiti absqꝫ herede decedere: ita miserrimum habenti a summo deo aliqualem intellectus grām posteris suis. i. studiosis nihil scriptuꝫ dimittere quo possint veluti heredes intellectus aliqualiter consolari. ꝙ qꝫuis qui alicuius artis vel doctrine scientiam profitentur duo in primis memoria debeāt querere. primum recte docere quo vix quicqꝫ a deo vtile sibi ⁊ auditoribus inueniri aut esse potest / alterum est scribere ⁊ quod vigilando longo tempore didiscerint id elaboratum ⁊ perfectum in scriptis edere. Sed hoc vltimum semꝑ vtilius esse existimaui presertim quia pluribus atqꝫ sepius cōmunicari potest. quod em̄ voce traditur soli auditores ⁊ vna tm̄ etate ⁊ eo solum tēpore quo tradit̄ intelligere possunt ac id sepenūero ex eorū memoria delet obliuio. Scriptꝫ vero q̄ magis digesta esse solēt donec reperiūtur oēs omniqꝫ tēpore habere ⁊ legere possunt. Et ideo licet tot in omnium scientiarū genere ⁊ ꝑ sertum in vtriusqꝫ iuris synodo (vt in simili placet Sozi. Cō. ccxxvj. in fine diligentissime. ⁊ Cy. in. l. vnica. C. de sentē. que pro eo ꝙ inter) vbi dicit vt etiam referre placet do. Pe. rebuffo in repe. d. l. vnice. col. ij. ꝙ qn̄ dinus decidebat aliquē questionē dicebat̄ adesse tota synodus legalis sapiētie aut prudētia seu vt ita dicā vt a verbis Jo. mo. hic nu. v. non discedat̄ ꝑut in nu. vj. trito eloquio facultate scripserint vt iam mundum pene illuminauerint adhuc tamen inueniendis inuēta nō obstant/testante seneca in. viij. ep̄la ad Lucillum. Instar enim solis intellectus oritur occidit/vadit/⁊ redit/⁊ nunqꝫ moritur sed suis vicibus occultatur. ¶ Si qua idcirco in presentibus additamentis omisit occupatio aut minus bene tradidit iperfectio quā in me nec volo nec valeo excusare circūscriptis inuidie stimulis ⁊ detractiōis mordacitate penitus relegata fraterna charitas cuius correctiōi ⁊ supportationi me suppono ⁊ patiēter substinere protestor/libere valeat emendare vt in simili placet Paridi de puteo in prohemio tractatus de syndi. in fine allegāti. l. Claudius felix. ff. qui po. in pigno. habe. Et vt cum iuris canonici lucerna loquar in data huius libri ⁊ que his scriptis sunt superflua defectuosa vel falsa: radenda corrigēda ⁊ supplenda se offerunt in quibus aliqualiter excusari mereor quia corrigi sum paratus. ¶ Excuset igitur more cassij erga sententiam sabini. l. qualem. §. vlti. ff. de arbitrijs. Si vero ab emulis ipsis pro eorum vigilanti officio carpi ista contigerit memores erimus doctrine preceptoris nostri in epistola ad Auinioneñ. in tractatu de peste ⁊ illius vestibu-
7 lo ibi cum scirem eos * solos reprehensione carere qui nihil scribunt ⁊ ante eum diuus Hiero. Is solus malignātium linguas euitat qui nihil scribit. Et etiam recordabimur eius quod perpulchre Martialis ait. Ecce rubet quidem palet/stupet/ossitat/odit: hec volo nunc nobis carmina nostra placent. ⁊ eis vice nostra respondebit patronus ⁊ protector noster communis diuus ille Hieronymus in prologo esdre dicens. Sepe rodētes in publico detrahūt quod in angulis libenter legunt. quid enim aliud faciunt detrahentes nisi quod in puluerem sufflant ⁊ in oculos suos terrā excitant vt vnde plus detractionis sufflant inde magis nihil veritatis videāt. c. inter. xj. q. iij. sunt enim detrahentes seu vt alijs placet obtrectatores similes canibus qui cum homines nō audeant mordere/ lapides tamē ab eis iactatos dentibus apprehendunt. Sic detractores homines in eorum absentia lancinent quod presentes non
8 audent. ¶ Et certe commendendus * est qui plures oculos ⁊ plures aures habet scd̄ꝫ zenophontē Philosophum loquentem de Cyro rege persarum cui ei illam laudem attribuit contra detractores. ¶ Rogo igit̄ quia ad hec vulnera que infligūtur ex lingua inter homines medicus pene nullus est. Et nemo tam pius innocensqꝫ transit huius curriculum volucre vite vt morsus hominū queat dicaces euitare reprobis bonos notare sunt solatia vana pessimorū. Rogo inqꝫ ne quis temere prius scripta mea dānet qꝫ legerit atqꝫ perlegerit vt maleuoli ⁊ ignari facere solent: qui prius iudicant qꝫ intelligant teste Boetio in topicis. Nosti (inquit) oblatrantis morsus inuidie. Nosti qꝫ facilime in difficillimis causis liuor iudicum ferat / quem teste Seneca de trāquillitate animi infelix inertia ⁊ omnes destrui cupiunt qui se prouehere non possunt. Opus enim ipsum recte animaduersum ⁊ examinatum quale sit ostendet. Nam cuncta legenti: forsitan occurret vacuas qd̄ mulceat aures: peniteatqꝫ minus suscepti in fine laboris. Ac-

cedat pretcrea ad campum illud Hieron. In preludio ad
9 Esaiā prophetā. Ibi morsibus illorum presertim qui qd * capere non possunt facile despuunt. Tales enim sunt sicut vulpes qui cerasa dānant: cum illa attingere ꝛ comedere nō possunt. Panor. in c. fi. col. fi. ſ. ne cler. vel mo.
¶ Igitur dico: Inuidus aut taceat nostri detractor honoris aut aliud melius (si sapit) edat opus. Si enim aliquid subtiliter vel acute dictum reperiatur id totum bonitati atqꝫ clementie dñi nostri Jesu christi atqꝫ virginis eius matris attribuatur: neqꝫ enim qui plantat est aliquid neqꝫ qui rigat sed qui incrementum dat deus. c. secūdū. xix. di. Item quis dicat si quid dicat attendi debet. c. ego. ix. di. Adsit preterea pro clipeo nostro illud dauidicū sanctum dictamen. psal. cxix. Insequendo protectorē nostrū in d. prolo. esdre domine libera animā meā a labijs iniquis: ꝛ a lingua dolosa. Et vt inquit splendidus ille poeta fran. petrarcha in prin. aphrice. de quo ꝛ eius obitu meminit car. con. lxxix. thema tale est. Sed iam est nos de somno surgere: vt ad rem ipsam descendamus non multis sed efficacibus vtendo Jason con. lxxvij. col. ij. volu. primo.
10 ¶ Scire igitur vt testatur philosophus * est rē per causam cognoscere: primo philicor. ꝛ primo posterior. ꝛ. c. intelligentia. ſ. de vbo. signifi. Roma. con. lxv. nu. vij. quod sumit initiū / viso themate. Aliter autē in diffinitione sentit Archid. in c. quis. xxxviij. di. Qꝫ scire est reddere rationē quā noueris. Nosse vero referre tātū que audieris. hinc Bald. in l. Non omniū. ff. de legibus. Qꝫ scientia infert veritatem de necessitate. not. in l. paterfamilias. ff. de hered. insti. vbi idē Bald. in fi. ait ꝙ tantū est dicere quādo testis dicit se scire / ꝙtū est dicere vera esse / allegat illud Jo. pater noster qui es in celis. Facit ad idem quod notat Bald. in l. scire leges. ff. de leg. Qꝫ scientia est infallibilis noticia veritatis. Angel. vero in autenti. de sancti. epi. in ſ clericos. col. ix. dicit ꝙ scientia est perfecta rei noticia / sicut ꝛ veritas. ſ. j. in auten. de instru. cau. ꝛ fide. Et Bar. in l. admonendi. col. iij. nu. xvij. de iureiurā. ff. citat
11 ad propositū ꝙ sciētia * veritatis seu vera habetur duobus modis. Uno modo in rebus que sunt artis seu scientie alicuius per rationes ꝛ demonstrationes: ꝛ istud scire conuenit diffinitioni philosophi. Scđo modo ista scientia habetur in his que sunt facti / ꝛ tūc illud scire dicimur ad quod per sensum mouemur: ꝛ hec est scientia que in teste requiritur / nō autē in iudice nisi in his que sunt actus ꝑmanentis vt fluxus fluminis Rodani ꝓpe menia ciuitatis Auinionen. fluentis / ꝛ similia que habent esse permanens: pro quo vide que dico in. c. pia. in fine in verbo notario. de exce. Alio modo idē Bar. in l. cū ꝛ iudices. ſ. quod obseruari vltimo nota. ff. de iureiur. propter calūniā dan.
12 diffinit / dicens ꝙ scire * est vehemēter opinari: nō tamen pro certo: ꝛ proprie Jason in con. statim alleg. per glo. in l. si duo. ſ. pe. in verbo scire. ff. vti pos. ꝛ glo. in l. si paterfamilias. in verbo scit. vbi Bal. ꝛ imol. ff. de hered. insti. alexā. in l. j. ff. si cer. peta. ꝛ per ea que traduntur in l. ij. ſ. Idem labeo. ff. de aqua plu. arc. vbi glo. inquit ꝙ scire proprie est veritatem visu perceptā in mente tenere. Et ista diffinitio glo. videtur assentire diffinitioni tradite per Bart. in d. l. prima. versicu. ad eius euidentiam. Qꝫ scire est certitudinarie ex eo quod ipse vidit ꝛ suo sensu percepit: ꝛ tūc dicitur ꝓ certo scire. c. inquisitionē vbi Antho. ſ. de elec. ꝛ ca. inquisitionē. ſ. de senten. excōica. not. Jason in con. lxiiij. col. v. in causa caducitatis. vol. iij. Et hoc modo habetur veritas: pro quo vide Bal. in l. cū antiquioribus. iij q. de iur. deli. C. ꝛ in l. principales. ſ. quod obseruari. col. j. C. de iureiur. propter cal. dando: vbi refert scientiā nō esse nisi verorū: notatur in d. l. si paterfami. ꝛ. ff. de acquir. heredi. l. si is ad quem. ꝛ in l. cū quidē. ſ quod dicitur. ꝛ in l. pantonius. ſ rei perduellionis. eo. ti. Ex quo resultat vbū
13 perpetuo notādū Qꝫ testis * credēs dicere verū si dicit falsum est periurus: quod firmatur per Feli. in c. Firmiter credimus. col. j. Ubi videbis (vt ita dicam) pinguem ꝛ amplam remissionē. ſ. de summa trini. ꝛ fide catho. Bal. autē in c. cum contingat. ſ. de iureiur. sub alijs verbis diffinit dicens ꝙ scire est rem probabiliter cognoscere / puta per argumenta. l. qui filiū. ſ. fi. in fi. ibi argumēta. ff. ad trebel. tamen omnes cōmuniter conueniunt cum verbis philosophi videlicet ꝙ scire est ꝑ causas cognoscere. Et ideo non dicitur scire qui nescit rationem reddere quam nouerit vt voluit Bal. con. lxxxviij. in prin. vol. iiij. dum dicit. Sed quia superiores nostri scire quenqꝫ arbitrati sunt: ꝙ ratione optima demonstrassent. c. ego solis. ix. distin. nota
14 in d. l. non omnium. ff. de legi. vbi Bal. citat duplicē * esse rationem directam ꝛ inflexam. directa est qua posita apparet veritas absqꝫ medio vt scio quia vidi. Inflexa vero est qua posita apparet veritas per subauditum vel adiunctum. ¶ Et priusqꝫ vlterius progrediar ad propositum premisse diffinitionis / scire / refero verbū relatum per Neuiza in sua silua nup. carta mihi. ccxviij. col. iiij. Et qm̄ ꝑ legem scriptam: impossibile est omnes casus comprehendere subintrat legis interpretatio que deducendo argumenta ꝛ rationes a legibus scriptis sicut alie scientie a suis principijs generat habitum scientificū aperiendo multas conclusiones ꝛ decidēdo multa dubia ex virtute aliarum legum: ꝛ sic verificatur dictum philoso. Scire est rē per causas cognoscere. Quod etiam cōprobant Barto. ꝛ Bal. in l. pupillus. ff. de acquiren. heredi. vbi etiam ange. imol. Alexan. ꝛ Jason. ꝛ idem Ang. in l. qui Rome. ſ. duo fratres. xiiij. col. ff. de vbo. obli. Barba. in c. clerici. v. col. ſ. de iudi. in proposito dicit Antho. de butrio in c. nā concupiscentiā. col. ij. ſ. de cōstitutio. Qꝫ ea dicimur scire / qm̄ ꝓprietatē ꝛ oēs effectus ipsius subiecti cognoscimus.
15 ¶ Et quia de quolibet producto * duplex habetur consideratio secūdum Car. in prohemio gregoriano col. v. Jō in huiusmodi materie prosecutione necesse est videndum an teneatur quis scire vel non. ¶ Scđo quis dicat scire. ¶ Tertio quis presumatur scire. ¶ Quarto qualiter dicemur scire. ¶ Quinto an scire ꝛ scire debere sint paria. Que omnia sic in partes diuisa nota patefiēt. Juxta illd
16 Senece facilius * per partes in cognitionem totius adducimur. not. in prohemio institu. ſ. igitur. Huic dicto satis videtur astipulari philoso. ij. ethi. Circa vniuersalia sermōes sunt faciliores: ꝛ circa particularia veriores. Areti. con. xiij. Particio nempe animum incitat / mentem preparat / ꝛ memoriam reformat. Jo. And. in dicto ꝓhemio grego. col. iij. qua vtitur imperator. ſ. sed non vsqꝫ pinculo. sed nec in primis. insti. de lega. not. in l. j. in princi. de doli mali ꝛ met. excep. Idem prepo. in prohe. decreti col. ij. vbi dicit. Ex ordine scribēdi / aut docēdi facilius doctrina ꝑcipitur ꝛ retinetur. ſ. sed cum nos. in prohemio. ff. in l. j. C. de veter. iur. enucle. ¶ Ordo enim vniuscuiusqꝫ rei est figura substātie: Inquit Bal. in consilio cismatis qd posuit post rub. si quis alteri vel sibi. C. dico in c. vbi. in prin. j. de elec. Facit illud vulgatum. Scire quid facias ꝛ nescire quo ordine facias teste Ambro. non est perfecte cognitionis. Facit etiaꝫ quod notat Jo. Mo. in c. cum in multis. j. de resc. ibi prouide ꝙ de genere ad speciem declarando procedat et idem mo. in c. locupletari. j. de reg. iur. ibi cum res diuisione fiat lucidior. Ne autem videamur satirice inconstantie imitatores qui passim saltando ꝛ sine serie loquuntur vt vult tex. in prohemio digestorum. ſ. primo ibi sed passim et quasi per satyram collectum vt in simili placet do. Jo. le cirier parisien. in prefa. sui tracta. de iure primoge. vbi subdit ꝙ ordo est modus entium vnde memorialis cellula ex ordine vel spiritu colligatio efficatior redditur / ꝛ nexu quodam fauente difficile soluitur.
¶ Idcirco ad prosecutionem primi membri veniendo.
17 quero an quis * teneatur scire vel non. Bal. in margari. dicit ꝙ nullus scire tenetur: sed opinari. Tamen nō suffragatur tex. per eum allegatus. Ideo dic ꝙ multa tenemur scire. ¶ Primo omnes constitutiones: quibus vniuersalis ecclesia regitur: ꝛ ipsas custodire aut obseruare etiam papa secundum Joan. and. in nouel. in c. primo circa mediuꝫ de consti. hoc li. Bal. autē in l. j. col. ij. ff. de offi. prefec. vrb.
18 dicit ꝙ * generalia principia oportet hominem scire: alias est sine intellectu. hinc Panor. in c. prudentiam. ſ. de offi. deleg. citat ꝙ intellectus hominis sine scientia potest dici sine forma ꝛ potius dicitur esse ymago ꝙ homo. Que autem concernunt fidem nostram an teneamur scire tractant doc. in rub. de summa trini. ꝛ fide catho. vbiqꝫ. Et inter alios doctor gallus Jo. fabri quondam gallie vt dicit cancellarius in l. prima col. fi. C. eo. ti. de summa trini. dicit ꝙ si quis interrogetur de fide sufficit respōdere ꝙ credit sicut ecclesia romana. Nec habet explicite respondere de singulis articulis ꝛ hoc nisi esset rector vel prelatus Inno. ꝛ Hostien. in c. primo. ſ. de summa trini. ꝛ fide catho.
Dicitur autem pater patrum vt hic per Jo. Mo.qui cu omni prelato in omni iurisdictioe et potestate cocurrit dico in.c.primo in versiculo tertium quesitum.de constitu. quibus adde Bal.in phemio grego. Ex quibus verificatur dictum Baldi citatum in.d.l. Barbarius in similibus verbis:ff.de offi.pretor. Qd papa est omnia et supra omnia in spiritualibus teste bernardo in libro de cotemplationibus ad eugenium/hoc possumus comprobare/quia rex preter particulares thesaurarios vult habere vnum cui magis confidit super omnes thesaurarios et per cuius manu omnia transeant pro vt in simili legitur Actuum.ca. viij. ibi qui erat super omnes gazas eius. Idem legito in veteri testamento de Joseph quem Pharao rex constituit dnm domus sue et principem omnis possessionis. Sic dicamus de xpo Jhesu nostro crucifixo qui super omnes thesaurarios suos regni celorum voluit vnum principem esse et vniuersalem thesaurarium qui haberet plena dispensationem totius thesauri iuxta illud. Quis putas est fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus super familiam suam. Amen dico vobis constituet eum super omnia bona sua. Quorum primus dicitur Petrus cui sibi dictu est duc in altu et cui ex hoc preeminentia resultat singularis. Traxit enim rethe dum dicitur per euangelium. Ascendit ergo petrus et traxit rethe.vbi Gregorius in homelia. Qd ideo dicitur singulari ter ascendere et rethe cum piscibus trahere quia ipsi a dno ecclesia specialiter dicit prout est commissa iuxta illud. Pasce oues meas Et tu es petrus et super hanc petram:edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preualebunt aduersus eam et tibi dabo claues regni celorum Ex quibus verbis etiam resultat q petro primus fuit datus pontificatus in ecclesia testatur Anacletus.xxj.distinct.in nouo. Non immerito primus vbiq in sacra pagina legitur quod iuuat argu.ab ordine littere.glo. in.c.quorunda. in verbo.predicatorum.§.de electio.hoc libro quam dicit notandam pano.in.c.sedes.de resc.vide p hoc tex.et Pano.in.c.nicolao.§.de appellatio.et Jo.adr. in.c.iohannes § de testamentis. Per hec ideo no mireris si Innocentius in.c.cum ad monasteriu.§.de statu mo-
60 nachorum.in prin.dicerit. Quod in * his que sunt iuris positiui papa pro velle dispensat/de quo diem festum facit et solenne Anthonius in.c.j.§.de constitu.non que sunt iuris diuini et naturalis vt ibi per eum et sic intellige.c.cucta per mundum.ix.q.iij. Pape enim deus dedit potestatez eorum que sunt super terram.ecclesiasti.xvij.c. Et in hoc dicit prepo.in.c.cum ad verum.xvj.distin.col.iiij. Quod papa est successor primi hominis ade antonomatice enim et tipice formauit dei filius ad imaginem et similitudinem papam vicarium suum. Gen.j.c. Uere enim papa christum representat in terris vt qui videt eum oculo contemplatiuo / et fideli videt et christum. Et hac ratione possumus dicere
61 q * papa non potest sibi parem vel superiorem costituere quia secudum philosophum. Stantibus terminis discretiuis nullum inferius potest esse id quod est superius. Ista sunt verba aurea Baldi in preludio feudorum.versicu.expedita diffinitione feudi.circa finem.prima col.quia maior est authoritas in seipso q in eo cui committit eandem. refert curtius Con.lxv.nu.xlviij.seriola narratione.

Factura est dei qua nemo vnq dissoluere potest prout Gamaliel iudeis de christo et suis operibus respondit Actuum.v.c. Si inquit ex hominibus est cocilium/hoc opus dissolueretur. Si vero ex deo est non poteritis dissoluere
62 Ite a papa ois * spiritualis iurisditio pcedit sicut dicimus de imperatore respectu temporalis deriuari veluti ab vno fonte riuuli multi:et a sole multi radij: et ab vna arbore:multi rami. horum tamen omnium vnitas seruatur in origine.xxiij.q.j.c.loquitur.vnde seneca in personam Neronis loquens:ita dicit. Ego ex omnibus mortalibus placui electus/quia sum qui in terris deorum vice fungor/vite necisq arbiter gentibus qualem quisq sortem statum ve habuit/habeat in mea potestate. Et quod cuiq mortalium fortuna dare velit meo ore pronunciat / quas nationes funditus excidi quas transportari quibus libertatem dari/quibus quas reges mancipium fieri quorumq capite regi circundari decus oporteat / que ruant vrbes qui oriantur mei iurisditio est. Hec in principio libri de Clemen.ad neronem refert Petrus de Anchara. Con.cccx. col.iij.quod exorditur. Tres domini magnifici. Ista equidem et maiora audacter possumus dicere de Clemente septimo pontifice maximo quem deus nobis hoc tempore tepestuoso diuinitus tribuit vt fluctuanti ia petri nauicule ob luthertanam obstinatam insaniam de optimo ductore ac rectore consuleret ne procellis amplius iactetur.

h Eloquentia de qua per Lucam de pen.in.l.j.col.iiij.de liber.studen.vrb.Rome libro.xj.C. Probus.

i Uide preterea p themate q ogerit Alber.brunus.co.pri-
63 mo.col.v. Quod papa * et princeps ex certa scientia supra ius:contra ius:et extra ius:omnia possunt et quando aliquid faciunt nemo potest eis dicere cur ita faciunt qd videtur no de potestate ordinaria sed potius de absoluta secundum quam possunt tollere omnia iura . Et ideo supremus princeps et papa est omnia et super omnia secundu Bal.in.c.primo quali.do.proprie.feudo priue.et de eo scribitur tu solus et nullus tecu potens, super oes potentes.

Uide que late in proposito tradit Maria. Sozi.co.xiij. col.iiij. et sequen. Presens consultatio.et Petrus de Anchara.con.ccclxxiij.reuocatur in dubiu/quia ibi multa dicit de potestate pape quo ad facultatem dispensandi circa matrimonia.et con.ccccix.viso et diligenter. Et dominus Stephanus Bertradi co.clxv. Si in beneficialibus parte secunda vbi tractat de potestate pape super ablatione beneficiorum et conci. ccclx. Spectabilis.in prima parte. Probus.

k Pater patrum idem dicit Joha.mo. in.c.si eo in prin. vbi dixi.de cler. Barba.con.primo.col.xvij.volu.primo.et con.xxiij.in vsicu.capio quartam dubitationem eo. volu. pro quo subdit illud psal . Omnia subiecisti sub pedibus eius.et illud. Minuisti eum paulominus ab angelis.hinc est q potestas eius nullis regulis coartatur. Bald. in . c. primo.si de inuesti.inter do.et vassallis oriatur. Item si sit pater patrum sequitur quod est pater omnium:ideo facere contra eum et contra imperatorem vel regem Francie: qui in suo regno dicitur imperator/est facere cotra ius naturale Calca.con.ij.nu.xxx. Probus.

Textus.

Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filijs doctoribus/ & ſcolaribus vniuerſis Bononiæ commorantibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Summarium R. P. D. Jo. Mo.

1. Pape quare competat nomen epiſcopi.
2. Papa quare dicatur ſeruus ſeruorum dei.
3. Nihil ad nos de his que foris ſunt
4. Ignorantem equum eſt non ligare.
5. Bononia/ Padua/ ⁊ Pariſius vnde dicantur.
6. Studentes in villis ⁊ caſtris priuilegio ſtudentium non gaudent.
7. Doctores vnde dicantur ⁊ ſcolares.
8. Uacare vnde dicitur. Qui in vnum vertuntur ad plura non diuertuntur.
9. Doctrina ſcolaris interciſa perit/ continuata viget. Studere cupiens: quid eligere habet.
10. Studere eſt diſcipline inuigilare ⁊ cũ magna animi voluntate applicare ad aliquid faciendum in ea.
11. Papa quomodo ſcribat excommunicatis ⁊ infidelibus.
12. Papa ſalutando excommunicatum an videat eũ abſoluere
13. Maior habet minori benedicere.

Summarium. D. P. Probi.

1. Ad ſciendum voluntatem ⁊ mentem finalem ſtatuentis: oportet recurrere ad prefationem.
2. Clauſula pᷣhemialis reſpicit oĩa precedẽtia et ſequẽtia.
3. Epiſcopus interpretatur ſuperintendens vel ſpeculator
4. Epiſcopatu non eſt maior ordo in eccleſia. Epiſcopi dicuntur reges illuſtres ⁊ legati xp̃i.
5. Papa eſt dominus dominorum. In dignitate conſtitutus nõ debet ſcandere in ſuperbiã: ſed potius ſe humiliare. Nimia familiaritas parit contemptum. Inter fatuos/ ruſticos/ ⁊ minus prudentes.
6. Triplex eſt ſeruus. Prudentior mortalis debet eſſe princeps orbis.
7. Papa ⁊ imperator quomodo dicuntur ſerui. Officium conſiſtit inter hominem ⁊ hominem.
8. Obedientia ab inferioribus/ ſuperioribus debetur prout et reuerentia.
9. Donatio ob merita dicitur potius quedã permutatio q̃ꝫ lucrum.
10. Iudei ad fidem non compelluntur ſed ad eam ſola diuina gratia vocantur.
11. Notarius inhabilis permittens ſe rogari quõ puniatur. Indignus qui patitur ſe eligi punitur.
12. Bononie ethimologia/ ⁊ qñ vniuerſitas Bononie habuit viros peritos ⁊ principes. Patria Lombardie ⁊ Italie eſt gallorum et britonum ſepultura/ quia in ea ſepe moriuntur.
13. Fundatores parienſis ſtudij qui dicuntur/ ⁊ quando incepit florere ſtudium illud.
14. In vniuerſitate Caſtri montiſpeſſulani multi floruerunt doctiſſimi viri.
15. Uacare quid importet.
16. Studium debet eſſe liberum a cura temporalium.
17. Ueri philoſophantes contennunt pecuniam.
18. Scolaris quando non gaudet ſcolarium priuilegio.
19. Salutatio non extenditur ad maliuolos prout nec beneficium canonis vel hominis non amplectitur odioſos.
20. Uerba generalia reſtringuntur vt odioſa non cõprehenduntur.

Bonifacius. Hoc prohemiũ [a] diuiditur in duas partes. Primo premittit ſalutationẽ Secũdo ponit epiſtolam ibi [Sacroſancte] Dicit ergo Bonifacius ep̃us [b] et ipſi * vere cõpetit nomen epiſcopi qui ſuper oẽs eſt. ix. q. iij. c. cuncta. ⁊ c. per principalem. ⁊ q̃ nõ tantum eſt vocatus in partem ſolicitudinis ſicut alij ep̃i ſed in totã ſollicitudinẽ ac plenitudinẽ poteſtatis. Et ſic eſt ſup oẽs intendens. ij. q. vj. c. decreto. ĩ. de peni. ⁊ remiſſio. c. cum ex eo. in fine. Et iſte vocatur ſeruus [c] ſeruorum * nõ ratione ſeruilis conditionis: vt cum dicimus hominum quidam liberi quidam ſerui ⁊ tunc dicitur ſeruus a ſeruãdo. inſtitu. de iure perſona. per totum. ſed dicitur ſeruus propter ſuſcepte ſeruitutis officium. s̃. de renũcia. c. niſi cum pridem. §. alia vero. ⁊ tunc dicitur ſeruus a ſeruando ⁊ ſic papa ⁊ imperator ſerui dicuntur vt hic. ⁊. C. de offi. prefec. preto. affri. l. prima. circa principium. Seruus etiã poteſt dici ratione affectiõis quam habet ad ſubditos et laboris quã ſuſtinet ꝓ eiſdẽ vt infra hoc pᷣhe. in principio. et. ĩ. de cenſibus. c. cum inſtãtia. ⁊ xxviij. q. prima. c. Iã nũc. ibi omnium me ſeruum feci vt plures lucrifacerem. Et nedũ dr̃ ſeruus ſed ſuus ſeruorum dei: quia ad iſtos principaliter ſua intentio dirigitur q̃ nihil * ad nos de his que foris [d] ſunt. ij. q. j. c. multi [dilectis filijs]. Qui autem vocentur venerabiles fratres/ qui filij qui chariſſimi habetur [e]. ĩ. de cri. fal. c. q̃ꝫ graue. ĩ. de conuer. coniuga. c. chariſſimis [Bononie] Ergo alij ad obſeruationem huius cõpilationis non tenebũtur. argumẽ. ĩ. de offic. delega. c. p. ⁊ g. Sol. Aut epiſtola dirigitur alicui vt publicatori vt hic: ⁊ tunc alij tenentur. ⁊ ſic eſt quaſi in omni conſtitutione libri autenticorum in fine. Nam queuis conſtitutio habet artare. Sed quia * equum eſt ignorantem non ligare. C. de tabul. l. generali. [f] libro. x. ideo fieri debet cõſtitutionis publicatio in auten. vt fac. vo. conſtitu. cola. v. ⁊ not. infra hoc lib. de regu. iu. c. in generali. Aut dirigit̃ iudici artatori vt ius ſumatur ex reſcripto artãdo per ipſum illos quos ius artari concedit: ⁊ tũc nec ad alios poteſtas per reſcriptũ attributa regulariter prorogatur. d. c. p. ⁊. g. Et dicta * eſt Bononia [g] in bonorum noticia nimis amabilis ſicut Padua patenter ducens amena/ ſic Pariſius [h] parens rimas ſingula vſq̃ꝫ quaq̃ꝫ in his etenim locis ⁊ alijs ſolennibus ſtudijs in quibus debet abundare bonorum noticia ⁊ produci habent anime amena: ⁊ hic rimari ſigillatim iura debent legi vt turpibus ludis excluſis primo anime: ſecũdo lingue erudite reddant̃ vt in prohemio. ff. §. illud vo. ¶ Igit̃ ſtudentes in villis ſeu caſtris [i] priuilegio ſtudentiũ * non gaudebũt. ĩ. de cler. non reſid. c. tue. Item ſolus locus aptus non ſufficit. argu. xij. di. c. nouit. ſed oportet q̃ perſone gaudentes priuilegio ſtudẽtium ſint habiles. ĩ. de mag. c. ĩna. ⁊. ĩ. de prebẽ. c. licet. Et hec habilitas in his verbis doctoribus ⁊ ſcolaribus vniuerſis Bononie commorantibus tangitur. Nam primo aptitudo loci deſcribitur in verbo Bononie: vt predixi: perſonarum etiam in verbis alijs. Quia doctores * .i. donũ ſcientie ſcientes. i. vocantes monentes ⁊ congregantes: ſcolares dicti a ſcola grece quod eſt vacatio latine. Et * vacare [k] non eſt hic vacuum eſſe vel fieri ſed vacare. i. intendere vt hic: viue vacans ſtudio quaſi nunq̃ꝫ ſis moriturus: viue carens vitio quaſi vita cras cariturus. ¶ Item in hoc verbo vniuerſis tollitur ad diuerſa diſtinctio. Qui enim in vnum vertuntur ad plura nõ diuertunt̃. Item in verbo commorantibus per vocis interpretationem intelligitur ſtudentis continuatio quam debet facere ſcolaris iuxta illud. Doctrina * ſcolaris interciſa perit Continuata viget. argu. de leg. iij. l. legatis ſeruis. § ornatricibus. Studere ergo cupiens eligat locum aptũ vt in verbo Bononie/ ⁊ in eo ſe continuet vt in verbo commorantibus/ doctorem idoneum [l] eligat qui habens docendi peritiam ipſam in eum effundat: vt in verbo doctoribus/ et hoc attente perquirat ⁊ intẽdat vt in verbo ſcolaribus/ et ſe nõ diſtrahat [m] vt in verbo vniuerſis. alias non reputetur ſcolaris nec gaudeat priuilegio [n] ſcolaris. ¶ Ex quibus [o] colligo hoſtien. [p] male dixiſſe. s̃. in pᷣhemio decreta. qui ait non bene dixiſſe commmorãtibus/ ſed ſtudentibus/ quia ſtudentem ex predictis colligo preſertim in verbo ſcolaribus. Nam ſcolarem eſſe eſt ſtudio vacare. i. intendere q̃ proprie * ſtudere [q] eſt vt ait Hug. diſcipline inuigilare ⁊ cum magna animi voluntate applicare ad aliquid faciendum in ea [Salutẽ] Non ſic * ſcribit̃ excommunicatis [r] ſed ſic. Spiritum conſilij ſanioris/ infidelibus autem ſic. Uiam agnoſcere veritatis/ vel ſic. Deum diligere ⁊ timere: vel ſic. Gratiam in preſenti per quã gloriam obtineat in futuro: vel ſic. Spiritum gratie ſalutaris. Et hec captationes habentur loco ſalutationum. ¶ Sed an * papa ſalutando excommunicatũ videatur eũ abſoluere habetur. ĩ. de ſententia excommunicationis. c. ſi aliquando forte. Benedictionẽ. [s] Maior * habet minori benedicere: et ideo papa maior [t] omnibus alijs benedixit. xxj. diſtin. c. deniq̃ꝫ. Jo. Car.

a 1 PRohemium. Bar. post tex. ibi. In. l. j. in prin. ff. ad Macedo. Quod ad sciēdum * volūtatem ⁊ mētem finalem statuētis oportet recurrere ad prefatiōem que ipsam ostēdit et patefacit. l. fi. ff. de hered. insti. Probat latissime Iason in vol. j. con. j. col. 5. vbi dicit ꝙ Iohānes mo. hic appellauit causam finalem causam fiēdi. Ad idē Bal. ī. l. vt liberi. C. de colla. ⁊ ī. l. hec verba. C. de fal. causa adie. leg. in. c. secūdo requiris. ṡ. de appel. di-
2 cit * ꝙ clausula prohemialis respicit oīa p̄cedētia ⁊ sequētia. Barba. in con. ij. in pri. vol. 4. ⁊ eo. vol. con. 4. Nu. 6. ⁊ cō. 14. in prin. eo. vol. ⁊ cō. 40. nu. 9. ⁊. 48. in pri. Sozi. cō. clxv. col. 3. Visis. Alex. cō. cxliij. col. j. viso titulo. vol. vj. Istud firmant: dico latius in rub. de reg. iuris. in prin. ego Philippus Probus inter iuris pōtificij interpretes minimus.

b 3 ¶ Episcopus * qui interpretatur superintendens / vel speculator. xxij. di. c. cleros quod patet vocabuli ethimologia. quia epi. idē est ꝙ super scopos vero significat tātum q̄tum intentio. Episcopus ergo grece dicitur superintēdens latine: quod verbū indicat: significat: ⁊ demōstrat vigilantiā ⁊ solicitudinem quā debet ep̄s gerere ad oues sibi creditas: ⁊ sic nomē oneris est. nō honoris. viij. q. j. c. qui episcopatum: quod optime pape cōuenit quia ē speculator prospiciens salutē omnium ac quietem portans onera singulorum. c. cum īstantia. ṡ. de censi. ¶ Maior * eni in
4 eccl'ia ordo episcopatu nō dicit̃. no. Io. Cal. Car. ⁊ Imol. in prohe. Gregoriano merito dicimus christum fuisse episcopum: probat dictum Pauli. Christus assistēs pōtifex futurorum bonorum ⁊c. Barb. in. ij. prohemio Cle. col. vj vbi subdit ꝙ episcopi sunt fundamēta ecclesie. iuxta illud Fundamēta eius in mōtibus sanctis. quod intellige sane quia licet debeant esse: non tamē semper sunt vt visum est temporibus nostris experientia rerum magistra. c. Cū ex eo. de elec. hoc li. quia nōnulli reperti sunt heresum fautores. Et Martini lutheri asini deferrati vt verbis Io. mo. vtar in. c. finali. de ver. sig. sequaces. Et pro his nō intēdimus sequentia citare quia tales non dicūtur episcopi p̄pt eorum pctm̄ per ea q̄ supra dicimus in p̄fa. nu. 56. Episcopū enim esse est īmense dignitatis authoritatis ⁊ excellentie: adeo ꝙ episcopus dicitur illustris secundum Ho. ⁊ panor. in. c. Cū causam. le. 2. ṡ. de iura. cal. ⁊ Bal. in. l. Nullus. de decur. li. x. C. Itē episcopus est similis prefectis pretorio glo. in. l. vnica. ff. de pre. pretor. que adducit casum in lege ep̄ale. C. de epi. aud. Ideo dicitur illustris quia p̄fecti pretorio dicuntur vere illustres. glo. in. d. ru. de offi. pre. pretor. ff. ¶ Itē reges sunt illustres. c. Nouit. ṡ. de iudi. ⁊. c. Cōstitutus. ī prin. ṡ. de testi. ⁊ episcopus. dici rex. c. Duo sunt genera. xij. q. j. Itē episco. appellatur legatus christi ⁊ etiam spiritualis pater. Cl. Si quis. de penis. ¶ Itē episcopus etiam appellatur serenissimus hinc Car. ī cle. ī plerisq̄. de elec. dicit p̄ hunc tex. ꝙ nihil est clarius ⁊ nihil beatius episcopo. Aliquādo etiā appellatur dux. c. ij. lix. distin. merito dicit̃ habere quasi castrēse peculiū vt placet ludo. bolog. Con. lxxxv. vt in presenti consultatione: vbi alia subdit de episcopali dignitate: maxīe ꝙ episcopus dicitur vicarius christi. xxx. q. v. c. Adam. ⁊ ī. c. mulier. hic gl. ī. c. q̄q̄. ij. q. vij. dicit ꝙ episcopus ē maior presbytero cardinali. Dicimus ideo ꝙ episcopatus ē dignitas dignitatū tex. in c. Venerabilis. ṡ. de preben. quia culmen dignitatum. glo. in. c. 2. eo. ti. hoc li. Io. mo. in regula. in generali. nō tamen supremū sed papatus vt ibi coprobamus quod verum respectu administrationis nō ordinis q̄r episcopus est equalis pape in ordine sed minor in administratiōe. gl. in. c. in nouo. xxj. di. Maiorē non dicas in administratione bonorum ecclesie quia episcopus dicitur pater pauperū. In summa igitur dic episcopum speculatorem seu preuidētem ⁊ alijs ducatum prebētē ac exemplū tanq̄ aries gregibus. Ideo nihil immature agere vult ne similem p̄beat alijs occasionem: q̄r tot penis digni sunt episcopi ꝙ alijs mala prebent exempla: vt placet Pau. de castro. in cō. xliij Illaq̄ infirmari: prima parte. Probus.

c ¶ Seruus. Archidiaconus. hic Calde. ⁊ alij in prohemio Gregoriano dicunt ꝙ diuus Gregorius ecclesie doctor primus fuit summorum pontificum qui se scripsit seruum seruorum dei: instar apostoli prime ad chorinthios nono. c. transumptiue autem. xxviij. q. j. c. Iam nūc. ibi cum sim liber ex oībus omnium seruum me feci vt plures lucrifacerem. Iuxta illud Mat. xxiij. ⁊ Marci. xxj. c. Qui maior est vestrum fiat sicut minister. ix. q. iij. c. Nullus. ī fi. et a tēporibus his vsq̄ ad hec id in viridi obseruātia tāq̄ lex p̄mansit. l. Arriani C. de here. Et merito cū papa ipse sit seruus apostolorū Petri ⁊ Pauli ⁊ hoc ex quadē humilitate serui. Collec. In. d. prohemio. col. ij. Vn̄ ortū est vulgare eloquiū. Serui erāt tibi roma prius dn̄i dn̄orū. Seruorum serui nunc tibi sunt domini. gl. in c. Quotiens. j. q.
5 vij. Hinc Bal. ī d. proh. col. iiij. dicit * ꝙ papa q̄tū ad potestatē est dn̄s dn̄orum: ⁊ q̄cunq̄ potestas sub celo existēs in summo pontifice est: pro quo panor. In d. prohe. versiculo Gregorius in pri. post Anto. de butrio ibi dicēs istō posse verificari ex eo quod cōstitutus in dignitate non debet scādere in superbiam: iuxta illud tritū. Quia in ore pōtificis non bn̄ sonāt laudes iouis. Domi. in. c. Qn̄. lxxxvj. di. in fi. sed potius se humiliare. vide que p̄ hoc tradit gl. prac. in titu. de elec. in fi. in verbo vniuersali que citat btm̄ gregor. noluisse ꝙ vocaretur papa vniuersalis ex humilitate. c. Ecce. xcix. di. vbi dicit. Ego v̄bis prosperari non q̄ro sed moribus: et recedāt verba que vnitatē inflant ⁊ charitatem vulnerant et quod. ṡ. dico intelligas cum grano salis vz nō procedere circa subditos ne cōtēnatur ab eis superior propter nimiā familiaritatem que parit (vt vulgo traditum dicitur) cōtemptum. l. obseruādum. ff. de off. presi. iuxta etiam illud quod quia dum nimium seruatur humilitas regēdi frāgitur auctoritas. tex. ī. d. c. Qn̄. lxxxvj. di. glo. in. c. Humilis. ṡ. de maio. ⁊ obed. Vnde exit ipse sermo vulgaris in plateas. Nimia familiaritas parit contemptū Int̄ fatuos dico rusticos ⁊ parum prudētes. Secus apud prudentes que magis cōmendat presidem. pro quo Pan. in. c. Et si iudeos. ṡ. de iudeis. vbi dt: ꝙ familiaritas inter prudētes beniuolentiam / amicitiam ⁊ affectiōem concipit et quod. ṡ. proxime dicimus de humilitate prelatorum dic illam potissime requiri in summo pōtifice ī quo nihil dicitur splendidius. No. late Decius in Consi. clj. nu. 4. maximi ponderis. ¶ Aliomō dicitur seruus secundū car. vbi. ṡ. ⁊ post eū Io. imol. q̄r sicut per seruū acquiritur domino: ita per papam oīmibus ecclesijs / subiungens ꝙ triplex est ser-
6 uus. Primomō dicitur seruus * q̄libet homo qui magno non viget ingenio. Talis eni debet deseruire vegentibus intellectu. Sicut anima dn̄at̃ corpori: ⁊ hō brutis ac vir mulieri quod vitium aliquando fallit: ita sapiens minus sapienti. Ex quo resultat secundum eos. Quod qui prudentior est ī orbe: dominus est totius orbis: si credamus directiōi naturali. Quod si de facto nō ita sit minus bene est videmus quippe. experiētia rerum magistra quam apud mortales p̄cipatum quendem obtīere sapiētes aiunt: presertim ea que rationum ⁊ iurium ritu est fulcita. Quod ignari expertes ⁊ rudes naturalr̃ coguntur sapiētibus seruire ⁊ reuerētiam eis etiam īcognitis prebere: quam reuerētiam Petrus de bella pertica. insti. de iur. nat. in fi. dicit nō deberi ratiōe iuris sed hōestatis. Et hec est dicta mera seruitus naturalis. i. debita quodam naturali instinctu ⁊ fomite.

¶ Secundo modo dicitur seruus secundū legem. i. legis dispositionē puta captus ī bello iusto. l. host. ff. de cap. aut is est sine libertate: de talibus eni frequenter iura nostra loquuntur. Et dicunt̃ serui a seruando quia non interficiuntur. l. iiij. ff. de sta. ho. sed seruantur aut custodiuntur vt pecunia ⁊ ceteris redimantur.

¶ Tertiomō dicitur seruus propter denominationem extrinsecā: vt quilibet qui alteri seruit aut ministrat: ⁊ sic lar-
7 go vocabulo familiares liberi dn̄r serui: ⁊ de his possūt * papa ⁊ imperator intelligi quia oībus seruiunt ⁊ famulātur: vt dt hic Io. mo. vel dic in proposito prout sentit Neuisa. in cō. patres comederūt vuas. col. xviij. inter consilia dn̄i Alber. bruni. sub nu. xij. dato ꝙ papa seruit deo. et seruire deo est regnare allegat auctores quos vide / vn̄ papa vocat se seruū seruorum dei ⁊ sic nō dicas papam fore seruilis cōditionis quia in maxima libertate cōsistit / legibus enim solutus est. l. Princeps. C. de leg. ⁊ c. proposuit. ṡ. de conces. prebē. habet tamen officium seruitutis. simile videmus in notario qui q̄q̄ nō sit seruilis cōditionis tamē vocat̃ seruus publicus. nā publice seruit quia deputatus est exercere officium concernens publicam vtilitatē vt. l. generali. ⁊ ibi no. de tab. lib. x. C. ⁊ l. ij. ff. rem pub. saluam fore tex. in. c. q̄q̄ de vsur. hoc lib. ⁊ ibi dico. ¶ Et q̄r supra diximus mortales aliquos sibi īuicem seruire dic fore alios qui īstar ierarchie sibi exhibent (nescio quod) seruitium ī genere: sparsum tamē in species. Primo officiū inter hoīem ⁊ hominem cōsistit. l. officio. C. de nego. gest. et. l. si seruus. ff. si ser. expor. vene. Do. Cō. vj. col. vj. ver. ad vltimum dubium quod incipit super dicto dubio ita et beneficium homini homo prestat. l. in cōmodato. §. sicut. ff.
8 Cōmodati. ⁊ c. vnico. in fi. eo. ti. Obedientiā * vero dic su

perioribꝰ deberi ab inferioribꝰ: videlꝫ pĩcipibꝰ ꝛ ꝑlatis. c.
ij.iij.ꝛ.iiij.s̃.de maiori.ꝛ obediẽ.qꝺ deduco latiꝰ in.c.statu
tũ.j.de res. ¶ Seruitutẽ int̃ dñm ꝛ ꝑuũ in subuẽtiõe/insti.
de iur.ꝑso.§ seruitꝰ/ ĩter magr̃m ꝛ discipl̃m disciplinã.l.ſꝫ
ꝛ si.§.fi.ff.ad leg.aq̃l.c. Cũ volũtate.§.fi.de sen.exc. Fide-
litas aũt dñis a vassalis debet̃. c.vno de noua for.fideli.c.
de forma.xxij.q.v. Fides cliẽtulo ab aduocato.l.q̇sq̇s.§.ꝑ
terea.C.ꝺ postu.eqdẽ ĩfirmo a medico.l.medicꝰ.ff.de var.
ꝛ extra.cognitio. Cõfitẽti a cõfessore.c.oĩs.s̃.de penitẽ.ꝛ
remis.qꝺ vltim deduco latius ĩ.c.ij.de cõsti. Itẽ pupillo a
tutore in autẽ. vt hi q̇ obligã.ꝛc.§. ſꝫ ꝛ si q̇s.col.vj. Reue-
rẽtia sup̃ioribus.c.ij. de offi.deleg.hoc.lib.ꝛ.l.potioris de
offi.ꝑfec.ꝑto.affrice.ff.ꝛ.l.fi.C.de offi.diuer.iud. Itẽ seni-
bus.l.semp.ff.de iure immu.qꝺ testat̃ Ualerius.c.xl.de in-
sti.antiq. Itẽ Patronis obsequiũ. Rubrica.ff.ꝛ.C.de obse
quijs liber.patro.ꝑstã.ꝛ.l.ij.C. q̇ pet. tuto. Mulier ꝟo vi-
ro suo dꝫ quasi famulatũ.c.satis.33.q.vlt. Et fidelitatẽ.c.
debitũ.s̃.de bigamis. De fidelitate aũt a vassalis dñis ꝑ-
stãda ꝛ illiꝰ forma. vide q̃ dicit do. Pet. Rebuf.in declara-
tione arbo.feud.col.iij. Et q̃tũ ad famulatũ vxoris adde
vnũ qꝺ citat Neuisa. con.pr̃es comederũt vuas acerbas.
col.xvij. Qꝺ ille qui aliq̃d facit ex debito necessitatis nõ
meret̃. Uñ si mulier seruiat viro ꝑ hoc donatio in eã facta
nõ debet dici remũeratoria: qꝺ nota. ꝑ quo vide que dicit
Areti.in cõsi.xvij. Cõsideratis/vbi dicit nu.ix. ꝙ donatio
vsq̃ ad merita cõcurrẽtia in preteritũ vel ad emolumẽtũ
9 cõcurrẽs ex causa de futuro est * potiꝰ ꝑmutatio q̃dã q̃ lu
crũ.l.qꝺ aũt.§.sicut.ff.de dona.inter vir.ꝛ vxo. Quatenus
vero lucrũ excedit merita vel recõpẽsationẽ fiẽdã/cõside-
rat̃/tunc vt simplex donatio.l.sed si vir.§.si duo.ꝛ.l.si spon-
sus.§.circa.ff.eo.titu. Probus.

d ¶ Que foris sunt hoc intelligit̃ de iudeis ꝛ alijs alieni s
a fide nr̃a. Pone exẽplũ in lutheranis/ q̇ tãq̃ heretici dñr
foris esse videlꝫ extra catholicã eccl̃iã ꝛ scõꝝ cõionẽ. Cũ
in eã ꝛ sanctos quotidie blasphemẽt miserrimi illi scriptu-
ras sanctas iudaice interꝑtãtes. Et qꝺ hic dr̃: verũ est qꝺ
nihil ad nos vt possint ꝑ excõicationẽ cogi cũ excõicatio
eijciat extra ecclesiã: quod in iudeo ꝛ alijs locũ nõ habet
quia extra eccl̃iam sunt.l. Nã ꝛ si sub cõditione.ff.de iniu-
sto ꝛ irri.testa. Jo.de ana.in.c.postulasti. col.iij.nu.ix.s̃.de
iudeis. Alex.con.xiij.nu.xx.vol.vij. Uel dic nihil ad nos
10 verũ vt ad fidem * cõpellantur ad quã sola diuina gratia
vocantur.xlv.distin.c.de iudeis. Et ibi doctores late In-
no.in cap. quod super.s̃. de voto ꝛ voti redemp. Ita dicit
Oldra.consi.xxxvj.nume.ij.infra scripti sunt articuli: di-
co in cap.fi.de cõsti. Areti.con.clvij. Probus.

e ¶ Habetur. adde videndum pro latiori informatione que
traduntur in prouinciali in rubri.de intitulatione circa fi-
nẽ operis/ꝛ ibi ad sacietatẽ ſm stillũ curie Roma. Prob.

f ¶ L.generali: vbi est textus singularis ꝛ notabilis. No-
tabilis quidẽ scꝺm Bart.ibi. Et singularis scꝺm Roma.
11 singulari.ccclij. Ad hoc quod si aliquis * notarius ha-
bens defectũ propter quem a partibus rogari non possit:
vt quia infamis si patiatur se rogari a partibus ꝛ non re-
uelet defectum tenetur ad interesse. Uide Calde.con.iiij.
titu.de senten.excõica.ꝛ Feli.in cap. preterea.col.iij. ver-
siculo ex eo ꝙ dicit Hostien.s̃.de testib.cog. vbi in propo-
sito addit ea que voluit Bal. in.l. Cassius. ff.de sena. vbi
dicit ꝙ infamis repellitur ab omni officio publico: ꝛ ab om
ni dignitate ecclesiastica / ꝛ subdit ꝙ si indignus patitur
se eligi consentiendo electioni punitur per text.quem di-
cit non esse alibi in.l.qui cũ vno.§ insulã.ff.de re milita.
¶ Et sic habes ꝙ ignorantia prodest/not. Joan. Mona.in
cap.vt animaꝝ/in prin.j.de constitu.ꝛ ibi dico quãdo quis
ignorantia excusetur: prodest quidẽ si actus per talem no
tarium receptus factus non foret in eius fauorem/vt quia
esset debitor in diem in qua non posset soluere: quia tunc
talis actus seu instrumentũ etiã garentigionatũ non ha-
beret executionem paratem ob defectũ forme in qua inter
alia computatur notarius cum descriptione testium/ vt di
scutitur per nos in cap.tibi.de resc. Probus.

g ¶ Bononia/hoc placet Joan. And. in cle.prima de mag.
Et dicit idem Joan.and.in cap.si ciuitas/de senten. excõ-
munica.j. Bononia q̃ est bona villa vel pulchra/ vel ma-
gna villa cui credendũ venit quia in illius studio floruit:
vt placet Cronicis. Archi.vero in cap. Conuentior.nu.iij.
12 xxiij. q. viij. dicit ꝙ * Bononia primo fuit vocata ortus
postea thessalonica/de qua.xj.q.iij.cap. Cum apud: postea
vocata est Bononia / vt habet̃ in legenda beati Petronij.
Et Jo.de imo. in.d.cle.j. Citat ꝙ Bononia dr̃ quasi bona
sup omnia/aut vt placet Luce de penna in rubrica. C. de
stud.libera.lib.xj. bononia quia bona per oĩa. Uel vt dicit
hic Jo. Mo. quasi bonorũ noticia ꝛ nimis amabilis quod
potissime apparebat anteq̃ esset destructa dicẽs ꝙ ibi flo
ruerũt magni philosophi/ꝑcipue Uergiliꝰ ꝛ Tulliꝰ ꝛ im-
peratores studio ibi vacabant vt Juliꝰ Cesar qui fuit op-
timus orator. Et de hac destructione recordatur glo. in
ꝟbo metropolim.§ hec autem/ in prohe.ff. quam dicit fuis-
se factam tẽpore theodosij Imperatoris per quã studiũ
illius fuit restauratũ iussu beati Ambrosij ꝛ tempore Ac-
cur.legalis studij obtinebat monarchiam secũdũ eũdeꝫ in
rub.de lib.stu. vrb.ro.lib.xj.C. Et tẽpore Azo.ibi erant.x.
milia scolarium.refert Odof.in auten.habita ne fil.pro pa-
tre.C.ipse enim Azo.erat doctor bononieñ. dicit collecta.
in.c.exhibita in princi.s̃.de rerum permuta. Bononia dici
tur ĩsuper nutrix legũ.glo.ĩ.l. Et ab antiquis.C.de testa.
Bologni.in prohe.consi. Johan. de Ana.ꝛ mater studioꝝ
Sozinus con.clxiiij.col.ij.ꝟsi.prio em̃.caue tamẽ a bono-
niensibus q̇ vnũ dicunt ore ꝛ aliud corde simulant glo.in
l.obseruandum.ff.de offi.presidis. Melius enim foret ꝛ ex
pediens vt maiora dicerent ꝛ minus facerẽt vt dicitur de
gallis quia tunc melior foret presũptio iuxta vulgare se-
pe faciunt homines minus qui magna minant̃. Alex.con.
clxxx.nu.iiij.in causa angeloꝝ.vo.ij. ¶ Hãc maliciã enim
nouerunt omnes lombardi ꝛ italici: quoruꝫ patria est gal-
loꝝ ꝛ butonum sepultura q̇ in ea sepe moriuntur. Bal.in
tit.de duo.fra.in fine. Est enim bononia de patrimonio ec-
clesie romane.glo.in pragma.de elec.§ quibus/in verbo
domini: vbi idem dicit de regnis Apulie ꝛ Cecilie ꝛ forte
Anglie quia Anglici readdunt ecclesie tributum scilicet
vnum denarium pro quolibet capite. Inno.in.c.fi.col.j.s̃.
de postula.prela.ꝛ dicit tributum fore reale non persona
le quia si exeat anglicus angliam non prestat. Hostien.tñ
dicit ibi dari dumtaxat ex deuotione quod non credo ma-
xime hoc tẽpore quia dicunt̃ ab ecclesia romana vt hereti
ci deuiasse cum in superiorem ꝛ matrem non recognoscen-
tes propter eorum obstinatam insaniã. In bononia aũt ha
bitus est tractatus concordatorũ inter leonem.x.ꝛ Fran-
ciscum primum francorum regem vt legitur in prefatione
Et de ea ꝛ alijs que sunt de ipso patrimonio ecclesie roma
ne vide fely.in.c.si diligenti/in prin.s̃.de prescrip. Probus

h 13 ¶ Parisius.cuius * studium florere cepit regnante Ca-
rolo magno. Alquinus autem fuit qui transtulit studium
de Roma Parisius. Et huius studij parisieñ.fuerunt qua
tuor fundatores Rabanus/Alquinus. Claudius ꝛ Esto-
rus. Hec citat Jo.de Imo. post Stepha.in cle.prima di-
co.nu.v.de magistris. Uide Guaguy.in cro.li.iiij. post eũ
Do. Chassaneum in cathologo.in.x.parte cõsidera.xxxij.
Et ibi videbis fere de q̇buscunq̃ vniuersitatibus. Probꝰ.

i ¶ Castris. Fallit dicat Bal.in prohe. Gregoria.ibi rex pa
14 cificus nu.xl.in castro mõtispessulani * propter inclitam
eius nobilitatẽ arg.l.nõ tñ.§ illiensibus. ff.de excu.tuto.
Quod nempe multos famosos vtriusq̃ censure professo-
res enutriuit relatos per Do.ny. Boerij.eiusdem castri
ciuẽ in addi. dini.in rubri. de reg.iu.in fine videlicet Pla-
cẽtinũ qui fuit primus ipsius castri vniuersitatis erector/
Jacobum rebuffum qui nobis lecturam auream super tri
bus libris posterioribus.C.editam suo donauit testamen-
to post.xxx.ꝛ amplissimos annos in legendo ibi iura ciui-
lia trãsegit.testatur Celsus hugo in addi.ad eum in.l.me
chanicos.de excu.artifi.li.x.C. Nostris autem tẽporibus
dominum petrum Rebuffum ex illius Jacobi prosapia de
scendẽtem vtriusq̃ iuris doctorem meritissimũ nuꝑ ĩ re-
staurata Bituriceñ.vniuersitate in lecturis ordinarijs cũ
dño Andrea alceato concurrentem nũc in suprema parla-
mẽti curia parisiensi aduocatum famosissimum mihi quip-
pe honorandissimũ. Cui multa debeo tãq̃ iuriũ clarissimo
professori. Et cuiꝰ scripta vltra per eũ in lucẽ iãq̃ emissa
te ꝑpe diẽ visurũ nũcio. Qui aliqua premissorum citat in
eius solenni repeti.ad.l.diuus.ff.de senatu consul.silleia.
Carta mihi.xj.col.ij.ꝟsi.fallit in mõte pessulano vbi refert
alios duos modernos quoruꝫ scripta adhuc non vidimus
Specul.autẽ in titu.de aduo.§ sequitur videre cõmemo-
rat quẽdã Petrũ de Conibis de mõte pessula. Jo.fa.do-
ctor gallicꝰ insti.de socie.§.fi.se in ipsa mõtispessulani vni-
uersitate dicit studuisse/silr̃ do. Azo.in dicta vniuersitate
legit ꝛ ꝯposuit suã summã sup tribus libris. C.vt ipse re-
fert in prin.d.summe citat do.chassaneus in catho.x.parte
carta.xx.col.iij. Philippus Probus.

k ¶ Uacare. Adde glo.ĩ prag.ti.de colla.§ ꝛ quotiẽs: ĩ ꝟbo
15 vacare * latiꝰ ꝑ ro.cõ.cccl.col.v.nu.xxj.qꝺ sumit exordiũ
in casu ꝑposite cõsul.vide Sozi.cõ.xxxij.col.v.vol.iij. qꝺ
exordit̃. Ex his q̃ supiꝰ ꝙ nõ solũ de iure.ſꝫ ẽt de fctõ ꝟifi
cari põt: vide Do.in con.lxix.dñs nr̃ papa vbi disputat nõ
quo ad intentum Joan. Mona.sed quo ad beneficioꝝ va-
cationem quod tunc quandã denotat priuationẽ. Probꝰ.

l ¶ Idoneum. vide qd̃ notatur in auten. de san. epi. in prin. Qȝ qui indoctus existit non facit aliquē doctum vbi Bal. clamat contra doctores indoctos qui nunq̃ȝ scolares faciant peritos. Quia nemo dat quod non habet: hinc glo. in cap. cum beatissimus. xxiiij. q. j. Monet scolares bonū audire magistrum/ vide latius per Guil. Benedictū in prin. repe. cap. Raynutius. s̃. de testa. facit dictum Jasonis in l. qui in aliena. §. interdum. Not. vlti. ff. de acquir. pos. Qȝ malus doctor nō potest facere bonū scolarem. Et de alijs necessarijs cuilibet bono discipulo: vide glo. consti. othonis in titu. Ne ecclesia vna decetero ꝛc. in verbo discipulis: vbi citat. v. necessaria. Primo vt de singulis studeat dubia inquirere dum tamen non sint inutilia imo probabilia. 2. ꝙ de probabili dubio certum se non reddat. 3. ꝙ sit sensus capacis ꝛ non capitosi. 4. ꝙ habens moderatam exhibitionem vacet iugiter studio/ vt hic per Joan. Mo. 5. ꝙ non indignetur instrui a quocunq̃ȝ. Et precipuum dicitur vltra hec ꝙ se reddat capacem ad mores. Et de qualitatibus scolaris/ vide Aureolum in additio. ad Guil. in cap. Cum ex eo. de elec. hoc lib. Probus.

m 16 ¶ Distrahat. Nota * ꝙ studium debet esse liberum a cura temporalium iuxta verbum lactan. in prin. de falsa religio. magno ꝛ excellenti ingenio viri / cum se doctrine penitus dedissent quicquid laboris poterat impendi contemptis omnibus ꝛ priuatis ꝛ publicis actionibus ad inquirende veritatis studium contulerunt ꝛc. Et sequitur: nam abiecisse quasdam res familiares ꝛ renunciasse voluptatibus constat/ vt solam nudamq̃ȝ virtutem nudiq̃ȝ ꝛ expediti sequerentur ad hoc. l. in honoribus. §. fi. ff. de vaca. muneri. auten. habita ꝟsiculo quis enim. C. ne filius pro patre. xij q. ij. gloria episcopi/ vbi glo. ꝙ veri philosophantes * con-

17 tēnunt pecuniam. d. §. fina. Ratione cuius scolares liberi a censu ꝛ ex actionibus quibuscūq̃ȝ dicuntur: notatur per doc. in. d. auten. habita/ ꝛ late per do. Petrum Rebuffi/ in tracta. de priuileg. scola. aliqua vide per glo. Pragma. in titulo de colla. in. §. Et quotiens/ in verbo liberius/ vbi bonus textus pro principali intento nostro: hinc dicitur ꝙ olim in egypto vbi primum fuit ordinatum studium / gens sacerdotum vacare dimissa est ad inuentionem scientiarū/ vt dicit Philo. j. metaphy. ꝛ stipendia a communitate percipiebant liberi a censu regali vel iudiciali existentes ſm illud. Gene. xlvij. Subiecitq̃ȝ Pharaoni Joseph omnem terram Egypti preter terram sacerdotum que a rege tradita fuerat eis quib⁹ ꝛ statuta cibaria ex horreis publicis ꝓbebātur. c. nō minus. s̃. de immunita. eccle. Ideo cōclude ꝙ scolaris cupiēs ꝓficere debet sibi locū aptuȝ ad studiū eligere ꝛ se ad diuersa nō distrahere ꝑ illū tex. ibi bononie ꝛ ibi vniuersis ꝛ pulchre. Seneca ad Lucillum epi. ij. Qui vbiq̃ȝ est nusq̃ȝ est. Viatoris quoq̃ȝ mendicitas caupones multos/ sȝ raros exꝑiꝶ amicos. rursus. Vox salutatiōis in foro plures vocat/ paucos pulsat. Cui⁹ etiā amor ī plures diffunditur. Nauseā parat a singulis leuigaꝶ. Probus.

n ¶ Priuilegio scolaris. Pro hoc vide glo. in pragma. in tit.

18 de colla. i. §. qd̃ ad dictas/ ī ꝟbo/ residebūt: vbi dicit * ꝙ nō sufficit morari in studio nisi operā studio dent. l. gñalr̃. C. de epi. ꝛ cler. Scolares em̃ etiā scolas intrātes nō attēdētes nec studētes nō gaudēt priuilegio scolariū. Panor. in. d. ꝓhe. ꝛ Jo. de lignia. in ꝓhe. cle. alleg. l. j. de stud. vr. Ro. lib. xj. C. Idē si inhoneste viuūt. l. ꝑ illud tēpus/ de decu. ꝛ

19 sta. lib. xij. C. Et ꝑ hec * dicit. d. glo. ꝙ noīatiōes nō debēt ꝯcedi graduatis vagabūdis ꝛ discolis/ ꝛ illis q̇ nō residēt in vniuersitatib⁹ qd̃ late ꝑ nos deduciꝶ in tractatu nr̃o de mãda. apost. quibus iunge que copiose tradūtur per Neuisa. in silua nuptiali Car. ccij. Probus.

o ¶ Ex q̇bus Jo. Mo. hic minus curialr̃ loqui videꝶ. debebat eīm deferre tāto viro ꝓut Archi. fecit in. c. q̃uis. col. ij de offi. deleg. dicēdo. Sed salua reuerētia debita tāto pr̄i vel ꝓut Alex. cōtra ludo. de vrbe. cō. ccxiiij. nu. iiij. qñ dolus. vo. vij. ibi. Sȝ si illud dixit: cū reuerētia pessime dixit. Et non prout Bal. con. cccclxxvij. col. pe. punctus q̃stionis parte quarta vbi vocat Bartolū doctorelū. Probus.

p ¶ Hostiē. male dixisse. ī ꝓposito ꝙ Hostiē. in fauēdo epis habuit malā sciētiā ꝛ peiorē cōsciētiā/ testaꝶ Bal. ī quodā cōsi. de quo ī ꝑ̄sentiaꝝ nō recordor. vide do. Bertrādi. cō. cclxij. legiꝶ. ꝑte. ij. in eo ꝙ īcrepat modū Jo. mo. hic ꝛ similiū maledicētiū ī suis scripturis citat act. c. xxvj. Probus.

q ¶ Studere. Si apponaꝶ cōditio si studuerit qūo ītelligaꝶ ꝛ qñ dr̃ ꝯpleta: decius. cō. 177. qd̃ supra/ ꝛ de studio gñali vide do. Bertrādi cō. ccc. in fi. viso casu ꝑte pria. Prob⁹.

r ¶ Excōicatis. Joā. Cal. ꝛ Car. in ꝓhe. grego. dicto huic assentiunt Et ratio secūdum Petrū de Ancha. hic col. v.

20 est. Quia cum * salutatio vel beneficij collatio sit gñalis nō extediꝶ ad maliuolos ꝛ odiosos ergo nec ad excomunicatos: hec salutatio protenditur. Suadet alia ratio. Nā beneficiū canonis vel hominis non complectitur odiosos. c. Alma. §. quia vero ꝛ. §. illis. ī. de senten. excōmunica. Maria. Sozi. con. lxx. in presenti vbi loquitur de iudeis/ facit. l. Lucius. §. Lucius titi⁹ damā. de legatis. ij. vbi tex.

20 Qd̃ verba * generalia etiam in beneficijs restringunꝶ: vt odiosa non comprehēdanꝶ. faciūt not. per Bar. in. l. si q̇s ī graui. § si ex stipulatu. ff. ad sileia. ꝛ. l. iiij. §. si tibi iudiciū. ff de ꝯditio. ob turpem causam/ vbi premium paratum indicādi furem nō cōprehendit/ ipsum furem indicantē ꝛ socios. in propo. Jo. mo. hic dic eius dictum fore verū quando est certū de excōicatione q̄r si non est certū vt qñ petit absolutionē seu absolui ab excōmunicatione si quā meruerit ꝛ non apparet ex narratis ipsum esse excōicatuȝ vel pars dicit talem presbyterū esse excōmunicatum. Tunc non obstātibus premissis debet appellari dilectus filius: quia in primo casu nō apparet ipsum esse excōmunicatū: ꝛ in scđo casu nō creditur assertioni partis ita dicit prouincial. Carta mihi. cvj. col. ij. in prin. Probus.

s ¶ Benedictiōem secūdum Guillel. de monte lauduno hic col. ij. hanc clausulā primo posuit cletus papa vt legitur in cronicis hac enim salutatione tolliꝶ peccatū veniale/ arg. xxj. d. deniq̃ȝ. Sicut ꝛ in pluribus alijs modis peccatū veniale eneruatur etiā sine sacramēto penitentie/ de quo de pe. di. iiij. c. de quotidianis. Et plenius hostiē. in sūma de peni. §. ex quibus/ immo excōmunicati causas super nullitate excōmunicationis papa recipiēdo talē ad bñdictionē censeꝶ absolut⁹ declarat⁹ de ꝓuil. olim. ī. als, papa simplr̃ salutādo talē absoluere nō intelligiꝶ. s̃. de sen. excōi. si aliqñ. vide Alex. con. clxxxix. col. ij. volu. vj. Probus.

t ¶ Maior. ad qd̃ que in proposito dico in. c. statutum/ in ꝟ. idē in benedictione/ de rescript. Probus.

Textus.

Acrosanctæ Romanæ ecclesiæ quā imperscrutabilis diuinę prouidentię altitudo, vniuersis dispositione incommutabili pretulit ecclesijs, et totius orbis pręcipuum obtinere voluit magistratum regimini pręsidentes, curis solicitamur continuis, & assidua meditatione vrgemur, vt iuxta creditę nobis dispensationis officiū subditorū cōmodis ī quorū prosperitate vtique ꝓsperamur iugi (quantū nobis ex alto cōcessum fuerit) solicitudinis studio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios pro ipsorum quiete labores & noctes quandoque transimus insōnes vt scandala remoueamus ab ipsis. ¶ Et quas humana natura (nouas semper deproperans ędere formas) lites quotidie inuenire conatur. Nūc antiquorum declaratiōe, nunc vero nouorū ęditione iurium (prout nobis est possibile) reprimamus. ¶ Sane cum post volumen decretalium a Feli. re. Gre. pa. ix. ꝑ. no. tam ꝓuide quā vtiliter compilatum nonnullę ab eo & ab alijs Roma. pōti. successiue super diuersis dicerentur articulis ędite decretales de quarum aliquibus an decretales existerent, earumque auctoribus dubitabatur solicite in iudicijs & scholis.

¶ Nos ad apicem summi pontificatus superna dispositione vocati super hoc cum instantia

requiſiti a multis ambiguitatem & incertitudinem huiuſmodi diſpendium pluribus afferētē/ omnino tollere ac elucidare quę de decretalibꝰ ipſis teneri / queue deberent in poſterum refutari gratia ſuffragante diuina, pro vtilitate publica deſiderabiliter affectantes. Per venerabiles fratres noſtros Guillelmum archiepiſcopū Ebrudineñ.& Berangarium epiſcopum Biterren.ac dilectum filium magiſtrum Richardū de Senis ſanctę Romanę eccleſiæ vicecancellarium iuris vtriuſque doctorē decretales huiuſmodi diligētius fecimus recenſeri, & tandē pluribus ex ipſis/cum aut temporales aut ſibiipſis (vel aliјs iuribus cōtrarię ſeu omnino ſuperflvę viderentur)penitus reſecatis,reliquas quibuſdam ex eis abbreuiatis & aliquibus in toto vel i pte mutatis/ multiſque correctiōibus/detractiōibus/& additionibus prout expedire vidimus factis in ipſis in vnum librum cum nōnullis noſtris cōſtitutionibus/in quibus ad correctionem morum ſubditorumque quietē multa ſtatuuntur ſalubria fructus vberes deo propitio in domo domini allatura, & plurima in iudicijs & extra frequentata dubia deciduntur, redigi mādauimꝰ& ſub debitis titulis collocari ¶ Quem librum quinque libris alijs dicti voluminis decretalium annectendum cenſuimus ſextum nuncupari, vt idem volumen ſenarium (qui numerus eſt perfectus librorū illo adiuncto numerum comprehendens)perfectam in rebus agendis formā tribuat & in moribus diſciplinam.Nec ſine cauſa morē predeceſſorum noſtrorum(qui cum cōſtitutiones aliquas promulgabant nouiter eas mādabant ſub antiquarum ſerie ſituari) omiſimus in hac parte ſeruare. hæc enim fecimus ne infinitos libros deſtrui,& alios non ſine maximis diſpendijs/laboribus/& expenſis de nouo fieri oporteret. ¶ Vniuerſitati veſtrę igitur per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus librum huiuſmodi cum multa maturitate digeſtum/quem ſub bulla noſtra vobis tranſmittimus prompto ſuſcipienter affectu/eo vtamini, decętero in iudicijs & in ſcholis, nullas alias pręter illas quę inſeruntur aut ſpecialiter reſeruantur in eo decretales aut conſtitutiones a quibuſcunque noſtris prędeceſſoribus romanis pontificibus poſt editionem dicti voluminis promulgatas receęturi vlterius,aut pro decretalibus habituri.

¶ Summariū Do. Joan. Mo. Cardi.

1 Diſpenſatio in vno ſenſu iuris communis eſt relaxatio / ⁊ in alio idem eſt q̄ diſpoſitio.
2 Diſpendium hoc eſt longum ⁊ inutile/Sed compendium breue ⁊ vtile.
3 Senarius numerus eſt ſuis partibus perfectus.
4 Numerus triplex dicitur diminutiuus videlicet abūdās et perfectus.
5 Uirtus in medio conſiſtit ⁊ extremitates ſunt vitioſe per abundantiam vel defectum.
6 Infinitum multipliciter capitur.
7 Digeſtum quid dicatur.

¶ Summarium. D. Philippi Probi.

1 Per diſpenſationem dicimur ius vulnerare.
Comes palatinꝰ nō legitimat ſpurios ſine cauſe cognitiōe
2 Diſpenſatio eſt iuris mitigatio vel penalitatis moderatio vel commenſuratio communis ad ſingula.
3 Pape diſpenſatio valet ſine cauſe cognitione ſecus in inferioribus etiam legato ſedis apoſtolice.nu. xv.
Quicquid facit princeps preſumitur facere vt deus.
Contractus qui fiunt cum principe habent naturam contractus bone fidei.
4 Diſpenſationuz due ſunt ſpecies.vna de gratia:altera de iuſticia.
5 Qñ nulla legitima cauſa pōt in facto prīcipijs imaginari.
Diſpenſationes ſunt odioſe qñ agitur de intereſſe alterius
6 Factum pape non trahitur in exemplum qñ diſpenſat/ſecus quando iudicat.
Diſpenſatio eſt ſtricti iuris ⁊ nō eſt celeriter concedenda.
7 In criminalibus mitius agitur cū maioribus q̄ cum plebeis ⁊ vilibus perſonis.
8 Diſpenſatio debita dicitur ius ⁊ iuſticie executio. Si permiſſa miſericordia:ſi prohibita dicitur diſſipatio.
9 Superior denegans inferiori iuſticiā dicit̄ facere iniuriā.
10 Diſpenſatio dicitur debita pluribus modis.
11 Scandalum facit diſcedere a iuris cōmunis diſpoſitione.
12 Uerbum diſpenſatio dicitur introductum a iure canonico non ciuili.
13 Solus peritus ⁊ literatus vtilius in eccleſia dei gerit q̄ multi imperiti.
14 Facta a legato qñ dicuntur facta papalia.
15 Diſpenſantem plura conuenit habere.
16 Diſpenſatio legati an extendatur extra limites legatiōis
17 Uirtutis diffinitio que dicatur.
18 Diſcretio eſt mater virtutum non mater aſinorum.
Uirtus ſine diuitijs nihil valet.
Bona temporalia ſunt vita hominis.
19 Jactantia ex virtutibus maiorum eſt ridiculoſa.
20 In virtutis exercitio triplex reperitur difficultas.
21 Infinitas vitari ⁊ coartari debet.
22 Repreſentare promittens reum totiens quotiens quādo liberatur.

SAcroſancte, Hec epiſtola diuiditur in quattuor partes/in exordium/in narrationem.ī.eo.§. ſane in argumentationem.ī.eo.§.quem librū ⁊ concluſionē.ī.eo.§.vniuerſita ti. Iſte enim ſunt partes orationis rethorice ſeu epiſtole vt ait yſodorus. ¶ Prima in duas. Primo ponit exordium generale.Secundo magis tangit contractum ſeu ſpeciale. In primo tangit eminentiam eccleſie romane in preſidentia ⁊ in ſubditorum cura.Secūdo eius eminētiam in iurium antiquorum declaratione et nouorum editione.ī.eo. vſi.⁊ quas.

¶ Sic conſtrue. Nos preſidētes regimini ſacroſancte ⁊c. [magiſtratuū]xix.diſtinc.c.in memoriam.ī.hoc libro de penis.c.fi.§.pe. [diſpenſationis]diſpenſatio * idem eſt in vno ſenſu vt iuris communis relaxatio a .ī. hoc lib. de elec.c.licet canō/⁊.c.cum ex eo.⁊.ī.de etate ⁊ quali.c. vno. ¶ Et in alio.ſenſu idem eſt q̄ diſpoſitio vt hic ⁊.ī. de tornea.c.ij.⁊.x.di.certam.[Scandala].ī.hoc lib.de offi.lega.c.j. [Et quas] Sic conſtrue ⁊ vt reprimamus lites:quas ⁊c.[Formas]. C. de vete.iu.enucle.l.ij.§. ſed quia diuine [declaratione].ī.hoc lib.de elec.c.cū expediat[editiōe].ī. hoc lib.de elec.c.cū nō deceat. ¶ [Sane] Paragraphꝰ iſte ponit narrationē in quo tria facit. Nā primo narrat de cauſa efficiente principali.§.ij.vſi.per venerabiles/de efficienti nō principali cooperante ſeu inſtrumētali:tertio vſi.

[in quibus] finē huius opis ex narratis elicit seu cōcludit / [dispendium] hoc * est longum & inutile. Sed compēdiū breue & vtile. C. pro empto. l. fina. & j. hoc lib. de res. cap. dispendia. s. de accu. cap. qualiter. ij. §. finali. ff. de iti. actuq; priua. l. veteres §. primo. j. de priuileg. cap. quod nōnullis [omnino tolle [b]]. ¶ Nota incerta tolli & que in eis bona sunt teneri. [reliquas] sic construe in vnū &c. quod est j. scilicet vsq; in finem §. & tunc resume quibusdam &c.

¶ [Quem librum] Hoc §. ponitur argumentatio in quo argumentatur primo ex numero senario huius opis perfectionem. scdo vsi. [nec sine causa] ex istius libri compositione non cōgregando eius partes sub rubricis compilationis antique infert dispendiorum / expensarum / & laborum euitationem que cōtingerent ex librorum destructione: [qui numerus[c] est perfectus]. Nam vt ait Isido. in iij. ethimolo. senarius * numerus qui partibus suis perfectus est perfectione mundi quadam numeri sui significatione declarat. Ergo cum hoc faciat senarius in vniuerso faciet in opere isto. Et notandum ꝙ scdm Boetium in sua arithmetica numerorum * partium alius est diminutiuus alius abundans / alius est perfectus.

¶ Et est numerus diminutiuus ille cuius partes aliquote aliquotiens sumpte non reddunt suum totum vt octonarius. Nam semel octo: octo sunt: & bis quatuor octo sunt nec habet alias partes que aliquote aliquotiens sumpte reddant ipsum totum precise.

¶ Et iunge has partes scilicet vnum / duo / quatuor / ipse non reddunt suum totum. Et propter hoc dicitur numerus diminutiuus. Abundans autem est econtrario cuius partes aliquote aliquotiens sumpte reddunt vltra suum totum: vt duodenarius. Nam semel duodecim sunt bis sex xij. sunt ter quatuor. xij. sunt que partes aliquote aliquotiens sumpte reddunt. xvj. & sic vltra suum totum: scilicet vnum / duo / sex / tria / & quatuor. Et propter hoc dicitur numerus abundans: verum numerus perfectus est in medio istorum & sic quid virtuosum signat. Quia * omnis [d] virtus in medio consistit [e]: & extremitates sunt vitiose per abundantiā vel defectum: vt est videre in largitate & eius extremis scilicet auaricia que differt alias deficit a largitate quia retinet danda: & prodigalitate que superabūdat largitati: quia dat non danda. xlj. distin. sepe.

¶ Est igitur perfectus numerus cuius partes aliquote aliquotiens sumpte reddunt suum totum precise: vt est numerus senarius qui est primus perfectorum. Nam semel sex / sex sunt: & bis tria sex sunt: & sic dicte partes aliquote aliquotiens sumpte reddunt suum totum precise.

¶ Et ob hoc adiectio huius libri ad quinq; precedentes perfectam in rebus agendis formam tribuit / & in moribus disciplinam vt hic [infinitos] infinitum [f] / vt loquitur Philosophus de eo est cuius qtitatem accipientibus est semper aliquid sumere vltra sic appellatio in quātitatibus discretis: & diuisio in continuis in infinitum procedunt.

¶ Item * infinitum pro innumerabili accipitur: vt hic & Ecclesiasti. ibi stultorum infinitus est numerus.

12 l.fi.Sol.Dicas q ex quo * a iure statuitur certum tepus non habet in eo locum iudicis arbitriu & sic intelliguntur iura proxime allegata nisi eodem iure vel alio expresse caueatur/q illud tempus sit arbitrarium.Et sic intelligutur iura pro parte alia allegata.

¶ Cum ergo lex/vel canon dat alicui certum tempus / illud nemini est auferendum / nisi expresse aliud caueatur. Et sic non potest habere locum iudicis arbitrium[prolixius tempus.]Sed pone q confirmatio debet peti ab alio q a summo pontifice & ille a quo debet peti est ita remot9 q non potest adiri commode tempore trimestri / nunquid tempus prolongabitur. Dicas q sic quia in decre.q sit/vbi hoc tempus trimestre statuitur excipitur expresse de impedimento.Sed in casu isto est manifestum impedimentum. ergo tempus poterit & debebit prolongari/& fere in quolibet tempore impedimentum exceptum intelligitur : vel ipso iure : vel per restitutionem . j . de senten. & re iudic. cum Bertholdus.

¶ Sed quomodo hic ex differentia locor aliquod inducitur discrimen:quod lex absurdum reputat. C. de temp.rest.in integ.superuacuam . Respondeo illa lex loquitur in eo casu/cum legislator inspectis locorum circustantijs tepus certum limitauit/quod ad quemlibet locum sufficere putauit.Sed quod dicitur hic & in similibus/locum habet in tempore non limitato/sed arbitrario.j.de dol. & contu. cum olim[generali.] Pro hoc patet q hec.decre. continet

13 ius comune quia dicit generali . Iste enim * est vnus de sex modis cognoscendi vtrum costitutio cotineat ius comune.C.de legi.l.iij.[in perpetuum valitura.]Etia si hoc no dixisset perpetuo valeret/donec reuocaretur.C.de appel. pcipimus.de testa.sancim9.[Omnes electi.] Idem si prouideatur p superiorem vel ab ipsi9 confirmatione appelletur.j.eo.si postq.§.fi.

¶ Sed quid si aliquis laicus templarius vel hospitalari9 eligitur in magistrum hospitalis / & appellatur ad papam. Nunquid habebit locum constitutio? Et credo q no quia costitutio hic loquitur in electione talis per cuius mortem ecclesia cathedralis vel regularis vacare dicitur . Et hoc dico per literam que sequitur & per illud q dicit in prin.vacationis.Sed per mortem talium ecclesia non dicitur vacare/nec ipsi ad regimen ecclesiarum eligutur:quia talia non cadunt in laicos.s.eod.sacrosancta.&.c. messana.

¶ Preterea hic dicit ecclesiarum: sed cum canones volut 14 lo qui de hospitalibus * nomine ecclesiarum non solent comprehendi hospitalia/sed alio nomine nominant separatim.s.eo.sciat.&.c.generali . Si ergo hic voluisset de illis intelligere/expressisset/& ratio diuersitatis potest reddi: quia per mortem illorum non vacat ecclesie/nec ecclesia in spiritualibus patitur lesionem.quo casu loquitur hic [pre 15 terea] * milites sunt quos scire arma volum9 & non leges C.de iur.deli.l.scimus in prin.&.C.loca.& conduc.l.milites [cathedraliu].i.episcopalium [regularium] episcopalium vel non episcopalium collegiatarum tamen.

¶ Sed si in ecclesia regulari eligitur prior:nunquid locu 16 habet hec constitutio. Et dicas * q si est talis prior qui non subest sub abbate. sed ipse presidet tanquam abbas locum constitutio.j.de stat.mo.c.vlti.Sin autem prior est in monasterio sub abbate/non habet locum constitutio: quia nec p morte talis ecclesia vacare dicitur nec talis principaliter curam habet.j.de sta.mo.cum ad monasterium §. talis.Et eadem ratione non habebit locum in archidiaconatibus & alijs dignitatibus:que sunt in ecclesia sub prelato proprio.

¶ Sed nuquid habebit locum in electis in abbatissas?est expressum cum certa modificatione.j.eo.indenitatibus §. sed cum eas [quorum]scilicet electorum[sedis examen].

¶ Sed nunquid si appellatio deuoluit negocium ad papam/nunqd sufficit electo quod compareat tempore competenti coram cardinali qui est legatus generalis in illa prouincia.Et certe secundum opi.Jo.qui dicit q legatus 17 * de latere potest cognoscere de apppellatione interposita ad papam super electionibus planum est q sufficeret. Sed in contrarium est verior opinio:secundum quam non credo sufficere coram tali legato comparere/nisi forsan partes concordarent.j.de appel.costitutus & de offi.lega.studuisti &.§.licet.

¶Sed quid si imediata subiectio deducit: tunc credo suffi cere ad talem legatum venire qui loco pape est ibi quo ad omnia nisi inueniatur exceptum/ et specialiter summo pontifici reseruatum: vt innuit decre. a contrario sensu de offi. 18 lega. que translationem. xvj. q. j. frater noster. *

¶Talis enim legatus similis est pfecto pretorio. ar. j. de appel. nouit. Ergo poterit id quod princeps: nisi inueniat exceptum. ff. de offi. pfec. preto. l. vna. Et de controuersiis exemptorum potest cognoscere. vt no. in predi. decr. que translationi. Nec obstat quod dicit sedis apostolice examen: quia examē istius: est examen sedis apostolice: quo ad omnia nisi quo ad specialiter reseruata / quasi proprie auditor est. ¶Sed nunquid tunc debet seruari tempus huius cōstitutionis: et credo quod sic: quia cōstat quod est immediata subiectio: et quod est quasi examen sedis apo. vt predictum est ergo locum debet habere hec cōstitutio: vt hic patet/ hodie est expressum. j. eo. si abbatem. ij. respon. [immediata] Nota hic casum in quo electio habet vim citationis/ siue appelletur siue non/ hoc est cum fit electio in ecclesia immediate subiecta summo pontifici: et electus consentit.

¶Sed pone quod ecclesia aliqua nō pertinet immediate ad papam: sed habet superiorem ecclesiam metropolitanam: tamen metropolitanus ibi non est modo / nec aliquis de ecclesia metropolitana: vt pote: quia ista ecclesia est occupata a sarracenis / vel tota est facta scismatica. Nunquid habebit locum in tali ecclesia hec decretalis? Et videtur quod non: quia nec est appellatum: nec ecclesia immediate pertinet ad sedem apostolicam. Dicas tamen quod sic/ quasi immediate pertineat: ecclesia enim metropolitana non dicitur modo esse. * Et ille est proximus quem nemo antecedit. ff. de ver. significatio. l. proximus. ar. ad hoc. s. eo. quia diligentia. Sed si ecclesia non pertinet ad sedem apostolicam immediate: nec est appellatum: partes tamen voluntarie veniunt/ nunquid tenentur seruare constitutionem istam? Et certe credo quod non: quia hec constitutio loquitur de duobus casibus/ cum est appellatū / vel immediata subiectio deducit. Sed in questiōe nostra neuter illorum casuum est. ar. s. hoc lib. de rescrip. suscceptum. ff. de lib. et po. l. commodissime et hoc casu deberet fieri remissio. ar. auten. de manda. princi. §. et neque pmittere. colla. iij. xi. q. j. peruenit [appellatio] Siue immediate pertineat ecclesia siue non.

¶Sed ecce coram metropolitano ventilatur causa electionis: in processu appellatur ab aliqua interlocutoria: nunquid habebit locum hec constitutio? et videtur quod non: quia de iniquitate iudicis agitur in hac appellatione. j. de appel. interposita. §. fi. non de meritis electionis. Ad quid ergo venirent persone instituite: vel et alie de quibus cō tinetur in hac decre. Credo tamen decretalem locum habere: quia licet primo agatur de iudicis iniquitate: tamen si legitima inueniatur appellatio de meritis electionis agetur. Et ideo necessaria erit presentia personarum.

¶Nec obstat quod prius cognoscitur de iudicis iniquitate: quia etiā in casu decre. scilz cum ab initio appellatur / cognoscetur de legitimitate appellationis si in dubium vertat quia frustratoria hodie non deuolueret. s. eo. quis: et tamen locum habet constitutio. Et ita etiam intelligitur decretalis. statuimus. supra eodem. ar. ad hoc. s. eo. cum dilectus et. j. de appel. constitutis. Et quia eadem est ratio hic et ibi.

¶Sed quid si non per appellationem/ sed per remissionē ex causa facta deuoluitur/ causa electionis nondum plene instructa: nunquid habebit locum constitutio? Et videtur quod sic quia remissio vel relatio ita eximit causam a iurisditione iudicis remittentis vel referentis/ sicut appellatio: et superior ita habet iurisditionem sicut si esset appellatū. j. de offi. lega. licet. Ergo a simili idem dicendum est quod in appellatione.

¶Preterea quia penitus eadē ratio est hic et ibi. Ita enim necessaria est instructio et celeris expeditio vt ibi licet enim referens vel remittens et causa remissa non sit immediate subiecta sedi apostolice/ saltem propter qualitatem cause scz remissionez/ hoc casu causa est imediate subiecta quod sufficit. ff. de legi. tutor. intestat. Et intelligo de remissio ne partibus nō notificata. C. de rela. l. j. et ij. [deuoluit.] 20 Sed de qua deuolutiōe hic intelligit: * multis enim modis deuoluitur causa per appellationem ad curiam eo enim ipso quod ad Papam ex causa rationabili appellatur: Papa potest cognoscere per se vel per alium de causa appellationis/ vocatis tamen/ prius partibus: ita quod si appellatio rationabilis inueniatur de principali cognoscat/ alioquin remittat. Et hoc est generale de qualibet appellatione rationabili. j. de appel. vt debitus. ij. q. vj. ad romanam.

¶Alio modo deuoluitur / ita quod appellatio habet vim citationis ita quod non est necesse amplius partes vocari. Et hoc vult dicere illud quod solet dici: quod causa est in curia hoc est citatio facta est ab homine vel a canone. Sed hoc aliter fit in beneficialibus/ aliter in aliis. In beneficialibus eoipso quod appellatur in scriptis ex causa rationabili et petitur apostoli si fuerit superior a quo petatur et appllatio est notificata statim habet vim citationis appellatio. s. eo. statuimus. j. de appella. cordi. Nec est necesse partem amplius citari nisi forte ex supabundanti in audientia. In aliis autē si appellatio est recepta a iudice vel approbata a parte et terminus est prefixus a iudice vel ab appellante/ talis appellatio habet vim citationis peremptorie. j. de appella. sepe. cognoscetur tamen prius de articulo appellatiōis quam de principali.

¶Tertio modo deuoluitur causa per appellationem ita quod omisso articulo appellationis potest cognosci de principali/ quod est quando hic petiit apostolos: j. de appellatio ni. cordi (seruatis tamen conditionibus ipsius decre). Et vbi appellatio habet vim citationis non sufficit procurator cōstitutus ad impetrandum et contradicendum: sed instructus debet mitti. j. de appel. nicolao / de qua ergo deuolutione hanc decre. intelligis? Dico de illa que habet vim citationis. Si enim appellatio non esset notificata le21 gitime: quomodo artarentur ignorantes? * Sicut enī citatio non arctat citatum: nisi legitime citatus fuerit. ff. q sen. si. app. re scin. l. j. §. Item cū exceptio: et de appel. ex consensu. s. eo. bone. ij. ita et appellatio vi citatiōis nō habebit nec arctabit nisi notificata fuerit, put debet: et talis sit q de uoluat negocium. Nam frustratoria manifeste hodie nō deuolueret. s. eo. quis. Et cum hec cōstitutio exigit electos postulatos/ et personas instructas venire: nō est verisimile quod de alia appellatione intelligeretur quam de illa que habet vim citationis. Nec papa voluit p hanc constitutionē reuocare decre. statuimus. et c. cordi. que certas conditiones exigunt in tali appellatio. nisi quatenus eis expresse derogat. s. eo. ecclesia. Ergo de tali appellatione intelligas: in qua seruata sunt predi. capitula: et tempora sunt seruata. Eo saluo quod in casu huius decr. causa erat in curia/ licet tempora non seruentur. Et hoc dico per literam istā siue infra prescriptū mēsem iter arripiant/ siue non.

¶Et quia persone instructe debēt mitti: siue clerici et opponentes veniant siue non. j. eo. §. ceterum. Et quia electi debent venire siue opponentes et eligentes veniant: siue non vt. j. eo. proximo §. Et sic etiam temporibus non seruatis ab electis et opponentibus nichilominus negocium est in curia. Alias ad quid venirent persone instructe.

¶Et dico negocium in curia vt cognoscatur an persone electe sint priuate vel repellende secundum hanc constitutionem. vnde deuoluitur in casu constitutionis huius negocium tractandum dupliciter. Primo cum partes in hac constitutione non peccarunt. Et secundo deuoluitur tractandum cum obiicitur aliquam partium constitutionem hanc non seruasse/ vt per penam in hac constitutione/ iniūctam pars peccans repellatur [infra vnum mēsem]. Et datur hoc tempus ad parandum se ad iter [post consensum] quando electio fuerit tempore debito presentata: alias habet locum clausula sequens [post obtentam]. i. habitam.

¶Sed quomodo incontinenti post noticiam currit iste mēsis/ nunquid adbuc post noticiam habet tempus infra quod debeat electio presentari et vnum mensem etiam ad deliberandum. s. eo. quam sit que decre. corroboratur hic. Quid est ergo quod dicit: dicas quod non obstāte quod hic dicitur iste mēsis non curret etiam post noticiam nisi prius labatur tempus in quo debuit presentari electio vt sequitur ibi sic eā debito tempore et c. Et nisi prius tempus deliberationis finiatur/ vel prius deliberauerit / et hoc probo per predic. decre. et per eius corroborationem hic factam. s. in versi. et quod felicis recordationis supple ergo ad literam istam/ et post tempus in quo debuit presentari/ et etiam postquam deliberauit de consentiendo si electio inueniatur canonica: infra vnum mensem tamen a tempore quo debuit presentari.

¶Nec obstat quod iste mensis datur post presentationem. s. eo. quam sit/ quia intelligendum est vel post tempus in quo de22 buit presētari/ qualiter enim antequam deliberaret venire cōpelleretur * et quomodo plene deliberaret nisi tempus haberet. l. di. ponderet. Secundum tamen ei reputo: quod de hoc tempore deliberationis reseruet ad deliberādum post

ea cum fuerit electio presentata/ ita q ad vtranq deliberationem vnum tantum mensem habeat ne fiat fraus constitutioni/si vltra mensem haberet ad deliberandum. Nec huius mensis diuisio est absurda quia fit ex causa. Sed adhuc videtur q hec littera stare non possit quia si se intromitteret anteq sibi presentaretur / videretur ambitiosus ideo repellendus: rogatus * enim debet recedere: inuitatus effugere: et sola debet ei suffragari necessitas excusandi. C. de epi. et cler. si quenquam. Quomodo ergo ingeret se nisi rogetur et inuitetur.

23

¶ Preterea ingerendo se videtur consentire ante presentationem/quod est contra ius. s. eo. cum post petitam. Dicas q rogari et inuitari videtur ex quo electus est. Nec inuenitur quin/ante presentationem possit se intromittere. Sed ante electionem est prohibitum vt in predic. decre. expresse dicitur.

¶ Vel dic q auctoritate huius constitutionis potest hoc facere sine nota ambitionis: alias iam ei loquentibus pararetur: qd esse non debet. j. de resti. spolia. literas [de ipsorum]. i. electorum [notitiam]. Sed de qua notitia hoc intelligitis *? Est enim quedam notitia per auditum/quia id dicimur scire quod ab alijs audiuimus. Est alia per visum: vt quia interfuimus negotio. xxij. q. v. hoc videtur. Est et alia iudicialis vt per testes vel similia.

24

¶ Sol. hoc intelligo de notitia certa et indubitata/vt pote quia interfuit vel literam autenticam inde recepit vel homines fide digni (de quibus non est verissimile q mentiri debent) dicũt se interfuisse negocio/ et pro certo asserunt ita esse ar. s. de postu. c. j. et ij. et hoc notauit per hoc quod dicit notitiam. Alias fatuum esset credere cuilibet referenti quia rara * fides ideo est quia multi multa loquuntur. Et ideo non omni spiritui credas ecclesiasti. xix. di. et. ff. de eo per quẽ fac. erit. l. pria §. dolum. xxiij. q. iiij. quã magnum vbi de hoc vel cuilibet litere: et quia non semper eulogia ex bona fide fluit. ff. de custo. rer. l. diuus.

25

¶ Sed quid si sciat de electione non de appellatione? dicas q si ecclesia non pertinet immediate: non curret ei mẽsis iste: quia nec tenetur venire: vt. s. probatum est super verbo deuoluit: imo tenetur seruare decretalem q sit. s. eo. donec sciuerit appellatum [eam]. i. electionem [debito tempore] hoc est infra octo dies postq potuit presentari. j. eo §. ceterum.

¶ Sic ergo iste mensis non currit nisi post tempus in quo debuit presentari: vt supra dixi [arripiant] hoc verbum ordina: cum hoc quod dixi. s. eo. omnes electi [et extũc]. i. elapso predicto mense. Quia iste articulus tunc extremum tẽpus huius mẽsis significar. ff. de conditio. et demon. l. si ita legatum ad fi. et no. in. l. lecta. ff. si cer. pet. ij. respõ.

¶ Alij exponunt. i. arrepto itinere. Sed hec vltima expositio non potest stare propter illud quod sequitur: siue iter arripuerit infra prescriptum mensem siue non: quia posito q infra mensem iter non arripuerit sed post. x. annos postea secundum vltimam expositionem non noceret eis: quia secundum eam non currit ei tempus nisi ab acceptatione itineris: quod est penitus contra istam cõstitutionem: et secundum eam iam diligentia non prodesset et negligentia nõ obesset/nisi poneres illum toto illo tempore fuisse impeditum: procuratorem tamen debuit tunc mittere vt sequitur postea. in §. sequent. [siue non] hic habes per literam istã quod licet infra mẽsem non arripiat iter non nocet ei dum tamen veniat tempore competenti: et ita hic de arreptione itineris non curatur/quãdo fiat: sed potius de aduentu: licet per decre. statuimus: tenetur iter arripere infra mensem a die obiectionis numerandum [absq fraude.] Sed quis probabit hanc fraudem? Uidetur q is qui eam allegat. ff. de probatio. quotiens §. qui dolo. Dicas q lapsus temporis probat fraudem. ff. de excu. tuto. l. scire §. obseruabunt/nisi ille qui venire debuit probet impedimentum: vt clare apparet in §. proximo / quia si infra tempus statutum non venit/punitur/nisi iustam absentie causam probet [commode] Nota q id dicitur posse fieri: quod commode fieri potest. ff. de verbo. significa. l. nepos. *

26

¶ Sed qualiter intelligitur cõmode posse fieri? Dic q iudex hoc arbitrabitur inspecta qualitate personarum/locorum/temporum/ et etatum. ff. de verbo. obliga. l. cõtinuus §. ij. sequitur statim in sequẽ §. in prin.

¶ Sed cum sit triplex genus dietarum. Sunt enim legales. ff. si quis cau. l. j. vbi. xx. miliaria dantur pro dieta.

¶ Item singulares siue speciales vt cũ quis duplomate vtitur pro dieta/ hoc est duplicato itinere: eundo vna die per duas dietas. ff. de verbo. oblig. l. continuus §. ij.

¶ Item sunt vulgares. s. quas homines frequẽtius facere solent/ secundum quas dietas iudex potius arbitrabitur: et consueuit dici: q in iudicijs legales attẽdi debẽt. ff. si qs cautio. l. j. in contractibus arbitrarie. ff. de verbo. obli. l. cõtinuus §. ij. Credo q iudex potius legales debet arbitrari q vulgares: quia * lex debet patrie cõuenire. iiij. distin. erit. Et vsui statur etiam contra naturam vocis. ff. de leg. iij. l. vxori in prin. Et cõsuetudo est optima legum interps. s. de consuetu. cum dilectus. ff. de legi. et sena. cõsul. si de interpretatione in fi. Et consuetudo regionis multum operatur. ff. de fund. instru. l. cum de lanionis §. asinam. Arbitretur ergo secundum vulgares potius si vulgares appareant: ita tamen q in hoc qualitatem inspiciat personarum/ et temporum. Si autem vulgares nõ appareãt ipse taxabit ad arbitrium inspecta qualitate supradicta. Nec credo ipsum errare si tunc respectum habeat ad legales. j. hoc lib. de prebend. presenti §. loca. si hoc patiatur qualitas supradicta. s. personarum locorum tẽporũ/ et etatum. Et si iudex taxauerit dietam ad. xx. miliaria vel plus vel minus et facta computatione inueniatur vnum miliare vltra / pro illo habebit diẽ integrum. ff. de verbo. significa. l. iij.

27

¶ Dic ergo dari legales pro qualitate tẽporum et etatum arg. ff. de re iudic. l. ij.

¶ Sed quid si facta recta computatione poterat venire commode in. xx. diebus arripuit iter: statim finito mẽse venit in. x. diebus vtẽdo felici duplomate: nunquid habebit de lucro alios. x. respõ. q non: quia tẽpus est arbitrariũ in eodẽ tempore vel facto quod finitum est: locus non est cõiecturis. ff. de verbo. oblig. continuus §. cum ita in fi. ibi q si duplomate /igitur habeat tantum tẽpus in quo venit / et sic currendo videtur renunciare illis diebus: quos habere poterat per hunc canonem et locum auferre iudicis arbitrio quo ad maius tempus. Secus dicerem in casu conuerso scilicet si primo fuit negligens per decem dies: deinde in alijs decem venit per. xx. dietas quia satis videtur satisfacere huic constitutioni quia non fuit negligẽs primo: quia venit in tanto tẽpore quanto commode venire poterat. Et si fuit negligẽs primo ante tẽpus debitum suam negligẽtiã emẽdauit/nec potest dici negligens proprie ex quo tempore debito venit. Per hanc enim constitutionẽ nõ curatur quo tempore iter arripiat dummodo veniat tempore competenti / postq autem venit et est in curia: fatuuz esset maius tempus ad veniendum petere vt dicitur in predicto §. cũ ita ibi q si duplomate etc. Ergo cũ modicum restat de tempore vtendo duplomate penam euitat: cum autem multum de tempore arbitrario restat currẽdo et preueniendo nihil lucratur et sic predictus §. loquitur.

¶ Qd nisi sic intelligeretur huic litere contradicere videretur. Et in hoc tempore arbitrario / cum agitur de pena vitanda. totum tempus iudex dabit: cum autem de tempore lucrando non dabit nisi tempus in quo venit.

¶ Sed pone quod distabat per. x. dietas/in principio mensis arripuit iter et venit in. x. diebus/ et est in curia/ et non vult comparere nisi finito toto mense et vltra. x. diebus in quibus venit et. xx. per quos debet expectari. nunquid incidet in penã? dicas q nõ quia mensis ille et illi. xx. dies sunt certũ tempus et limitatum beneficio iuris quod memini est auferendum. xxviij. di. c. de his. Et vltra hoc tempus debet habere. x. dies in quibus venit et quos ad veniendum iudex debuit arbitrari nec citatio huius canonis eum artabit nisi lapso tempore. s. dicto. Et hoc probat aperte hic litera precedens/cum dicit extunc siue infra prescriptum mensẽ iter arripuerit etc. q. d. qñcunq arripuerit iter/siue in principio mẽsis siue postea /habebit mensem / et idem tẽpus in quo commode potest venire et vlterius. xx. dies et hoc dico de citatione huius canonis.

¶ Si autem cito venit: et a papa citetur infra predictum tẽpus/tenebitur respondere nec responsio facta in hac questione contradicit ei q. s. dictum est. scilicet q preueniendo et duplomate vtẽdo non lucratur tẽpus / quia illud habet locum in tẽpore quod iudex debet arbitrari vbi preueniẽti non debet iudex maius tempus arbitrari quam illud in quo venit/quia ipse currẽdo et preueniendo iudicis arbitrio limites certos dedit. Hic autem loquitur de tẽpore certo a iure limitato et de illo in quo venit et debuit venire secundum arbitrium iudicãtis nec hic maius tps arbitrariũ petit quã illud in quo venit vt. s. petebat.

¶ Sed quid si electio fit in eadem ciuitate vbi est papa/ et electus est presens: nunquid habebit predictum tempus? Et dicas q ex quo est presens de arbitrio nihil habebit/ sz mensem et illos. xx. dies habebit: nec infra istud tempus euz

artabit citatio huius canonis/ vt .s. dictum est de illo qui cito venit. Et est ratio: quia etiam istud presens tempus habebit: quia in * tempore certo ꝛ limitato a iure locorū varietas iuris varietatē non inducit. C. de temp. re. in integ. pe. l. superuacuam. [28]

¶ Sed nunquid iudex arbitrando dabit dies aliquos ad quiescendum in via/ vt pote vnum diem saltem in septimana? Et videtur ꝙ non/ quia illi .xx. dies videntur dati fuisse/ pro illa quiete. Credo tamen ꝙ debet dare/ quod sic ꝓbo. Hic datur mensis ad parandum se ꝛ .xx. dies per quos expectatur: ita ꝙ ante lapsum eorum non punietur/ ꝛ vltra illa tempora datur tempus in quo venire possit cōmode.

¶ Sed qualiter possit venire cōmode forte per. lx. dietas si nunꝗ quiesceret nullus arbitrari deberet: nec credo illos .xx. dies ad hoc fuisse datos: sed cum iste terminus sit peremptorius: * ꝛ in termino peremptorio iudex non multum festinare debeat contra absentem. ff. de dam. infec. l. si finita. § si forte. Credo ꝙ per equitatem illius. l. seruandā/ isti dies dati fuerunt. Licet enim venire debeat ꝗ cito potest commode: tamen non punitur donec vltra per .xx. dies fuerit expectatus: quia est forte impeditus: ꝛ melius reputat predi. l. eum expectari ꝗ processum postea reuocare. j. de senten. ꝛ re iudi. cum Bertholdus argu. ff. de vaca. mu. l. penul. in fine. Et ad hoc isti .xx. dies fuerunt taxati: quia tempus expectationis solebat esse arbitrarium. j. de offi. deleg. consuluit/ ꝛ in predi. l. [29]

¶ Sed posito ꝙ iste electus habet duo domicilia/ vnuȝ remotius/ ꝛ aliud propinquius: a quo cōputabuntur iste diete? Dic ꝙ debēt cōputari a loco in quo iste fuerit/ sine fraude de tēpore quo iter arripuit. Sufficit enim per hanc literā ꝙ non sit in fraude/ nec in negligētia. Et similis questio tāgitur. j. de maio. ꝛ obedi. oēs [petituri.] Hāc clausulā referas ad id quod dixi. s. [post cōsensum]. Postꝗ eīn consenserit debet confirmationem petere. s. eo. ꝗ sit.

¶ Et nota hic ꝙ * electus sine ambitione potest petere cōfirmationē electionis sue [ꝓsecuturi] hoc referas ad clausulam. s. positā/ ꝛ post obtentā ꝛc. [electiones suas]. Nota ꝙ nō dicit cōfirmationes: q; anteꝗ * electioni sibi presentate cōsentiat/ ordo esset preposterus cōfirmationē petere/ vt patet. s. eod. ꝗ sit [modis licitis] vtpote dicet electus superiori/ Dñe sum electus in tali ecclesia: electio nō fuit mihi presentata: faciatis eaȝ mihi presentare ꝛ similia que fuerunt negocio competentia. [30] [31]

¶ Alij intelligunt ꝙ post obtentam noticiam debet electioni etiam non presentate consentire/ ꝛ eius confirmationem petere. Sed primus intellectus est magis iuri cōsonus: ꝛ hec litera videtur magis sonare primum intellectum/ [cum omnibus iuribus]. Sed nonne * Papa omnia iura habet in scrinio pectoris sui. C. de testamen. l. omnium. j. de appella. sepe. s. hoc libro de constitu. cap. primo. Ad quid ergo debet hic dicere iura? Dic hic iura id est rationes circa factum consistentes. j. hoc libro de appella. cordi/ vbi talia iura rationes appellantur: ꝛ exponas literam istam cum omnibus actis hoc est cum instrumentis acta ꝛ iura sua continentibus. [32]

[33] ¶ Cum * ergo iuris nomen multipliciter accipiatur: ne quis fallatur in hoc: eius significata subijcio. Unde ius in vna significatione: idem est ꝙ aqua pinguis/ vnde Horatius. Petebat offas in iure natantes.

¶ Et dicunt medici ꝙ tria sunt cito conuertibilia in naturam: vinum/ oua/ sorbilia ꝛ ius bonarum carnium.

¶ Unde versus. Jus iuris mando id est commedo/ ius iuris in agmine pando/ id est aperio vel refero. alias mando id est precipio vel mitto. Nam * mando prime coniugationis habet duas significationes/ differenter tamen. Nam superior mandat/ hoc est committit precipiendo inferiori. Sed par vel inferior mandat/ id est mittit rogando seu requirendo superiorem aut parem. [34]

¶ Secundo ius dicitur rectum seu iustum/ vt cū dicimus iste habet/ vel nō habet ius. Et sic dicitur ius a iusticia. ff. de iusti. ꝛ iur. l. prima. primo respō. ff. de actio. ꝛ obliga. l. nihil. [ꝛ hic iuribus ꝛc.] id est cum his que iusticiam reddunt seu iustificant intentum astricti ad hec portāda/ ꝛ. j. de conces. prebend. cum nostris. Nam ibidem * possessio plus habere facti dicitur/ ꝗ iuris id est eius quod censeatur iustum: cum in possessione non respiciatur an iusta vel iniusta sit. ff. de acqui. poss. l. iiij. § econtrario argu. ff. de vi ꝛ vi arm. l. j. § qui vi a me. ff. vti poss. l. ij. ꝛ. iij. ꝛ sic dicit ferri sententia contra ius partis id est contra id quod erat iustum pro parte. j. hoc libro de senten. excommunica. ceterū. [35]

§. vbi autem. ff. que senten. sine appella. rescin. l. prima. §. Item tamen contra.

¶ Tertio idem est ꝙ potestas. xxv. q. prima. §. his ita. ff. de pac. l. contra iuris. § si filius. ff. de tute. l. prima in prin. ꝛ in sti. de tutel. in principio. sed quod est in litera tutela est ius.

¶ Alio modo legitur illa littera/ ius cum dicat glo. ibidē ius ꝛ potestas. i. violenta potestas. Sed hec glo. videtur mala. Nā * omne violentum est reprobum/ prout iura loquuntur de vi punienda cuius species not. j. q̄ met. cau. ad audientiam sed nulla tutela est reproba sed precepta ꝛ a iure inducta. Ergo nulla tutela est quid violentum ꝛ sic nec potestas violenta: ꝛ dic ꝙ si legatur ibi ius non accipitur ius que est culpabilis ꝛ sic punienda est: sed accipitur pro potestate a iure introducta. [36]

¶ Sic dicitur ꝙ nature virtus. i. vis intus id est vis insita rebus ex similibus similia procreans: hoc est proprium in naturalibus in quibus est vis generatiua. Sed trahitur a simili in artificiatis: * cū ars imitetur naturam inꝗtuȝ potest. ff. de adopt. si pater. j. in fine. ꝛ sic dicitur ius ꝛ potestas. i. virtus potestatiua/ seu virtuosa potestas/ que tribuit tutori in persona pupilli ꝛ rebus eiusdem. Potest etiā dici ꝙ quedam est vis id est violentia q̄ permissa est. C. vnde vi. l. prima. j. de senten. excōica. si vero. j § j. ff. ad. l. aql. scientiam. § qui cum aliter. l. di. ante omnia. Sed regulariter est prohibita. [37]

¶ Aliter dicitur ius ꝛ potestas id est preceptoria seu iussoria potestas aut iussus potestarius: ꝛ sic dicitur ius a iubēdo: ꝛ sic accipitur pro potestate iubendi. ff. de verbo. signifi. pupillus. § territorium.

¶ Item quarto modo dicitur ius ars. ff. de iusti. ꝛ iur. l. j. secundo respon. Sic dicitur ꝙ iuris scientia ethice subalternatur sic no. s. in prohemio.

¶ Item dicitur ius id est verborum forma siue conceptio l. si vnus. § si pactus. in principio. ff. de pac. Et de hac conceptione habetur. ff. de verborum obligatione. l. prima. § si quis ita. C. de contrahend. ꝛ committen. stip. l. omnes.

¶ Item dicitur ius. id est iuris rigor. ff. de legibus ꝛ sena. l. nulla. C. de legi. l. prima.

¶ Item dicitur vinculum insti. de verbo. obliga. in princi. ff. de actio. ꝛ oblig. obligationuȝ substantia insti de reb. cor. ꝛ incorp. in fine.

¶ Item naturalis proprietas. ff. de pac. si vnus. § pactus. Fi. ꝙ in specie.

¶ Item dicitur locus in quo ius redditur. ff. de iusti. ꝛ iuse. l. pe. § alia.

[38] ¶ Item dicitur ius. id est iuris impositio. Nam lex * ponit differentiam inter conditionem iuris ꝛ facti. Nam conditio facti est que non inest reipsi: sed ab extrinseco imponitur: sed conditio iuris est illa que inest ab extrinseco ꝛ a iure imponitur. ff. de conditio. ꝛ demon. l. multuȝ. Et ratio. d. l. habetur. ff. de conditione. causa da. si pecuniam § si quis seruum.

¶ Item ius dicitur dominium. ff. de cura. furi. l. cō. § cum.

¶ Item ius dicitur idem quod totaliter. ff. de pac. l. si vnus. § pactus. scdo respon. ꝛ. l. si tibi. x. § quedam actiones.

[39] ¶ Et sunt paria * ista: hoc habetur ipso iure/ hoc est totaliter a iure/ nullo extrinsecus operante vt in. c. ꝗꝗ. ij. respon. in fi. hoc lib. de vsur.

¶ Idem si dicatur eo ipso. j. eo. cum per formam ꝛ. s. eo. ꝗ sit in fi. Idem si dicatur ipso facto. j. hoc. lib. de pe. c. vlti. § presenti. Sic dicitur excōicatio ferri ipso iure. hoc est facto hominis extrinsecus non adminiculante. j. hoc lib. de sen. excōica. eos.

¶ Item dicitur ius id est iuris capacitas. ff. de de capi. dimi. l. legatum in fi. ꝛ ratio redditur eo. ti. l. eas.

¶ Item dicitur sanguinis necessitudo. ff. de iusti. ꝛ iur. l. vlti. ꝛ. ff. de regul. iur. l. iura.

¶ Item iuris efficacia. ff. de capi. dimi. l. eas. ff. de reg. iu. iuris quod attinet.

¶ Item dicitur ius. i. iuris decisio seu responsio aut determinatio. ff. ad. l. aquil. si ex plagis §. in cliuo/ ibi ius est in causa positum. id est iuris responsio/ decisio seu determinatio est posita in causa/ hoc est in facti explicatiōe q̄ est causa agendi. Nam * factū a iure approbatū inducit obligationē/ ꝛ obligatio parit actionē. ff. de ꝓcur. licet. § ea. sic dr̄ ij. § titio. ff. de statu ho. l. idē erit. ¶ Itē dr̄ ius ꝓ toto corpore iuris/ vt cū dr̄ iste habet corpus iuris hoc est volumina iuris scripti. [40]

d ¶Item dicitur ius illud quod est d scriptũ/ seu iure scri pto approbatum/ vt est consuetudo laudabilis.ff.de aqua plu.arcen.l.scda.§.labeo.in fi.ff.de iusti.ꝛ iur.l.pe.§.ij.ꝛ.iij. Respon.insti. de iur.nat.gen. ꝛ ciuili.§.constat. ꝛ.§.ex non scripto.i.eo. ꝗꝗ. in princi.i.hoc libro de suppl.negl. prela. Romana.viij.distin.quo iure.ix.q.iij.conquestus.i.hoc lib.de priuileg.cum de diuersis.

¶Item dicitur ius/illud quod est iustum:habendo respectuz ad id quod fieri cõuenit/licet sit iniustũ quod fit.ff.de iusti.ꝛ iur.l.penul.§.pretor.

¶Item dicitur ius/id est seruitus/ vt ius aque ducende. ff.de serui.vrba.predi.l.prima.

¶Item ius dicitur titulus: vt iste debet docere de iure/ hoc est de titulo.Sic accipitur.ff.si ser.ven.si quis diuturno/in prin.i.de conces.prebend.cum nostris.

¶Itẽ dicitur ius qualitas indiuidua.i.de ꝓbẽd.dilecto. Vñ ꝟsus. Ius aqua/ius rectũ/ius dicitur esse potestas/ Ius ars/forma/rigor/vinculum/natura/locusqꝫ. Imponens/dominans/totum capiensqꝫ necesse. Effice/decide corpus scriptum dic inique. Ius titulus /seruitus/qualicunqꝫ denotat hoc ius.Cꝫ munimẽtis]id est cum instrumentis ꝛ priuilegijs/per que causa sua potest muniri:vt pote cum decreto electionis/ cũ instrumẽto appellationis/ꝛ etiam protestationis/ꝛ alijs instrumentis que ad cause instructionem faciunt [contingẽtibus] vt sunt dispensationes super pluralitate beneficiorum/si fuerit oppositum/ꝛ etiam super natalibus/si illegitime natus est ꝛ similia.

¶Itẽ si aliqui interfuerint electioni sue q̃ de iure cõi non poterãt eligere/ sed ꝑ priuilegium habebant priuilegium.

¶Itẽ instrumẽta absolutionũ si de excõicatiõe opponit.

¶Item si secum dispensatum sit super criminibus vel infamia que sibi opponuntur ꝛ similia.

¶Sed in casu in quo non est ꝓsentata electio/qualiter poterit habere oĩa munimẽta?Dic ꝙ habeat ea q̃ habere potest.Ad illa * autẽ que habere nõ potest nõ tenet.ff.de regul.iur.impossibiliũ.i.hoc lib. de regul.iur. nemo põt arg. ad hoc.i.eo.§.seq.versicu.electos:ibi nisi ex iusta ꝛc.

41

¶Sed nũquid incontinẽti cũ venit debet ostẽdere munimẽta?Rñ. Sufficit ꝙ paratus sit ostẽdere in termino ad hoc assignato:qđ apparet manifeste ꝑ tex: qꝛ si nõ ostendit nõ ꝓunitur aliter: nisi ꝙ non habet alibi dilationẽ ꝗꝫ apud sedẽ apostolicã.Sufficit ergo ꝙ apud sedẽ apostolicã ostẽdat termino assignato:vt.i.§.ꝑri.ꝟsi.electos.Esset * enĩ durum ꝙ defensionẽ quis ostendat ante impugnationem/ [quod si per.xx.dies] Nota diligẽter.v.casus in hoc.§.

42

¶Primus est/quid iuris sit quãdo electus cessante impedimẽto nõ venit/ꝛ iste ostẽditur vsqꝫ ad ꝟsi. de qua/ qꝛ eo ipso priuatus est iure:si quod habebat. ¶Scđs est/quid iuris sit quãdo iustã causam absentie ꝓposuit/ ꝛ ꝓbauit/ꝛ iste extẽditur vsqꝫ ad ꝟsi.nisi. ¶Tertius est/ quid iuris quãdo iustã causam absentie ꝓposuit sed non probauit: videlicet qꝛ priuatur/similiter extẽditur vsqꝫ ad ꝟsi.insup.

¶Quartus est/quãdo iustã causam ꝓposuit ꝛ ꝓbauit/ sꝫ non misit procuratorem/ꝛ extẽditur vsqꝫ ad ꝟsi.electos.

¶Quintus/quid iuris/quando venit vel misit sine munimẽtis [xx.dies]. Et sic habes vltra terminum.xx.dies/in quibus expectatur:ꝛ in quibus in penã nõ incidit [post lapsum] hec cõputatio rationabilior est ꝗꝫ illa que fit ꝑ decre. statuimus vbi isti dies cõputabãtur post aduentum alterius partis. ¶Quid enim si altera pars vteretur duplomate ꝑ dicta magnum inconueniens sequeretur.Sed concorda hec iura/vt decre. statuimus intelligatur de aduentu vero vel interpretatiuo arg.ff.de iudic.l.de vnoquoqꝫ in princi. not. [ex qualitate locorum] in aliquibus enim locis maiores dietas arbitrabitur ꝗꝫ in alijs / forte propter vie asperitatem ꝛ difficultatem/ ꝛ hoc etiam arbitrabitur ex qualitate temporum/ personarum/ ꝛ etatum ff.de ꝟbo.obliga.continuus.§.ij. [moderandi] Et sic hoc tempus non est a lege vel a canone moderatum [expectati] Sed ecce facta recta computatione tẽporis:inuenitur ꝙ venit post terminum per duos vel tres dies non allegans aliquod impedimentum/nunquid currendo cito potuit moram purgare?Et videtur ꝙ sic.s.eo.ꝙ sicut.§ fina. i.de reb.eccle.nõ alie.si quis presbiterorum ꝛ de loca.ꝛ conduc.potuit.ff.si quis cautio.l.ꝛ si post tres. C.de fideiusso. l.sancimus. ¶Econtra videtur ꝙ no. C.de cõtrahend.ꝛ cõmit.stipu.l.magnam. ff.de actio.ꝛ obliga. l.traiectitie.i. de sup.negligen.prela.capi.vlti.ꝛ pe.xij.q.ij. longinquitate. Respõ. Mora * semel commissa in tali casu purgari nõ

43

potest/vt in iuribus vltimo allegatis.

¶Cum enim lex vel canon diẽ statuit ad aliquid dandum vel faciendum/ꝛ contumaci certam penam imponit: pena semel commissa non purgatur vt dicunt iura vltimo allegata nisi lege vel canone caueatur ꝙ commissa possit purgari.Et sic intelliguntur decretales potuit / ꝛ si quis ꝑsbyterorum ꝛ ꝙ sicut/ꝛ lex.C.de iur.amph.l.ij.

¶Et licet circa preparatoria iudiciorũ mora purgari possit vt in.l.ꝛ si post tres /cum suis similibus tamen post litẽ contestatam purgari non potest.ff.de verbo.obliga.si insulam multominus purgabitur ex quo per sententiam pena est imposita propter moram nisi fingeretur non fuisse: vt.ff.de integ.resti.l.diuus.Sꝫ hic sentẽtia lata est a canone propter morã .Ergo purgari non potest * quia sententia legis vel canonis etiam per appellationem nõ suspenditur.ff.de verbo.significa.si qua pena.

44

¶Preterea per hanc literam constat ꝙ lapso isto termino/ electio ipso iure est nulla.Si ergo nulla est non posset post ea conualescere per aliquam purgationem more.s.eo.auditis ꝛ.c.dudum[siue eligentes]. Forte crederet qs qđ si eligentes venirẽt/non teneretur venire electus/ꝛ hoc remouet sed ad quid dicunt debent venire eligentes?Dic ꝙ ad petendam confirmationẽ ꝙ possunt.s.eo.dudum.ij.

* ¶Sed si eligentes petere volunt confirmationẽ per ꝓcuratorem/nunquid adhuc hodie possunt?Dico ꝙ sic quia ante istam constitutionem poterant vt supradictum est: nec hic inuenio immutatum expresse:ergo stabo iuri antiquo:dummodo eligentes ꝛ electus seruent istam constitutionem:alias repellerentur/ vt infra eo.§. vel si personas ꝛ.§. ceterum[siue non]. Sed si opponentes non veniunt non est vtilitas ꝙ electus veniat : quare ergo punitur ad uersarijs non veniẽtibus cõtra illam.l.si quis in ius voc. non ierit.l.ij.ad finem dicas ꝙ talis est iste casus:ꝙ etiam aduersarijs non venientibus potest procedi ex quo citatio facta est ab homine vel canone.s.eo.statuimus ꝛ.i.eo. lib.de eo.qui mit.in po.causa rei seruan.eum qui.Et etiam dato ꝙ cessent aduersarij officium locum habet. s.eo.cum nobis olim ꝛ.c.nihil.ꝛ.i.de appel.cõstitutus [comparere] Sed pone ꝙ electus venit infra tempora cõstitutionis:et comparuit/ꝛ confirmationem electionis petijt.Deinde negocio nondum finito illicentiatus recessit. Dic hoc esse expressum.i.eo.si postqꝫ.§ si vero.

45

¶Sed quid si electus eo tempore quo per eius absentiã processus cause nõ impediretur per.x.vel.xx.vel.xxx.milia ria iuit extra curiam sine dolo ꝛ malicia:puta causa peregrinationis vel recreationis ꝛ similium nũquid incidit in hanc penam ? Credo ꝙ non quia presens debet reputari nec debet * dici recessisse qui incontinenti reuersurus est ff.de diuor.l.iij.in fi.de pe.di.j.c.diuortiũ.ff. de procura.l. presens ꝛ verba constitutionis non captiose nec calumniose: sed ciuili modo e intelligenda sunt.ff.ad exhib.l.pe.ff. de serui.l.si cui.constitutio eni ciuiliter intellecta non punit nisi absentiam maliciosam : ꝛ que expeditionem ecclesiarum impedit vt satis constitutio declarat : sed ista absẽtia non est talis.

46

e

¶Sed quid si electus postqꝫ comparuit personaliter : ex causa aliqua recessit licentia non habita nunquid incidit ĩ penaz huius constitutionis?Et est expressum ꝙ sic.i.eo.si postqꝫ.§.si vero/

¶Sed quid si ex causa legitima recessit deinde causa cessauit vel impedimentum pro quo recesserat nunquid tenetur redire?R. sic. Alias in penam huius constitutionis incideret.Sicut enim ab initio ex causa rationabili excusatur a veniendo tamẽ ea cessante tenetur venire personaliter.i.eo.§. ꝟsi.insuper ita ꝛ in medio cum recessit ex causa ea cessante tenetur redire cum sit penitus eadem ratio et mens constitutionis locum habeat.que fuit habere presentiam electi vsqꝫ ad finem cause nisi eum legitima causa excusaret vt satis.s.probatum est. Et propter illud generale cessante causa/cessare debet effectus.i.de appel.cum cessante.

¶Sed pone ꝙ electus non venit infra tempus legitimũ nec post aduersarius petit pronunciari ipsum cecidisse / ꝛ ecclesie prouideri comparet quidam procurator electi/qui dicit ꝙ ista constitutio non habet locum in hoc casu vtpote: quia dicit ꝙ nec est subiecta immediate illa ecclesia:nec est appellatũ eo modo qui deuoluat obijcitur ei. Nõ est audiẽdus:qꝛ infra tꝑs cõstitutionis debuerit hoc allegare/ tꝑe elapso nec sup hoc nec sup alio audiri debes ꝓ ipso electo Rñ.procuratorem esse audiendum super hoc : quia si

47 non habet * locum constitutio: ergo nec pena constitutionis/nec illius temporis artatio. Absurdum enim esset debere penam constitutionis locum habere: cum non habeat locum hec constitutio/ quo ad verba vel quo ad mentem et ad casum penitus disparatum / et dissimilem: penalis constitutio traheretur: quod est a iure prohibitum. ff. de pe. l. interpretatione.

¶ Item hoc casu procurator potest proponere causas absentie. ff. de procurato. l. seruum. §. publice et appellatione excusationum dilatore concesse intelliguntur. j. de accusa. veniens.

48 ¶ Sed pone q * electus est aliquis vacante sede/ sciēs hoc non venit infra tempus constitutionis: venit tamen anteq summus pontifex crearetur: nunquid incidit in penam? Et videtur q sic: quia dies est statuta a canone isto debuit ergo seruare illam. C. de contrahē. et commit. stip. magnam. j. loca. et condu. potuit.

¶ Econtra videtur: qr si arbiter diem statuit sub certa pena/ et mortuus est/ vel non affuit die illa/ pars non veniēs in penam non incidit. ff. de arbi. arbiter talis. ff. de adul. l. miles. §. sexaginta. Si ergo dies statuta ab homine/ mortuo iudice non artat ad penam: nec absentem partem non

49 venientem: multo minus dies statuta a canone/ quia * mi f tius agitur cum lege [f] q cum ministro legis. ff. de arbi. celsus. Et quia dicit tex. coram nobis/ et argu. j. hoc lib. de prebend. licet: quod vltimum credo verum/ si mortuo papa iurisditio et iurisditionis exercitium penes aliquem mini

50 me remaneret. Sed quia * mortuo papa iurisditio et iurisditionis exercitium penes collegium cardinalium remanet. Et sic de rigore dicam ipsum electum in penam incidere. De equitate tamen dico Papam talem penam debere remittere argu. ff. si quis in ius voca. non ier. l. ij. §. fi. qr licet collegium cardinalium habeat talem iurisditionem: raro tamen consueuit exercere. Et ideo equitas est/ ipsum restitui saltem ex clausula generali que est. ff. ex quib. cau. maiores. l. prima ad finem.

¶ Sed quid si tēpus feriatum incidit/ et electus non venit infra tempora huius constitutionis/ si tempus feriatū cōputetur: venit tamen post tempus anteq iudex sedeat pro tribunali. Nunquid in penam incidit? et videtur q non. Ad quid enim prodesset venire: quia etiam si venisset non fuisset processum arg. ff. si quis in ius vo. non ierit. l. ij. ad fi. ff. ad vele. l. aliquando. §. vltimo. Credo tamen ipsum in penam incidisse. Debuit enim venire et se presentare. ff. de adulte. l. miles. §. sexaginta. j. de dol. et cōtu. cum dilectus. in prin. Tali enim tempore potest (alias debet) se iudici presentare: et libellum offerre/ vt in predi. §. continetur: alias si contrarium diceretur/ eodem iure dicendum esset: q dies dominica et alia festa et octaue de tali tēpore subducerētur [confirmationem] facit differentiam inter confirmationem et prosecutionem: quam feci. s. inter verba petituri et prosecuturi: et quod dicit executionem potest referri ad vtrūq tanq ad verbum generale/ vel habet locuz quando fuit appellatum a confirmatione: quia tunc non restat petere nisi confirmationis executionem.

¶ Vel dic q per ista verba voluit denotare q electus debet esse presens in curia vsq ad finem cause. Per hoc eniz quod dixit confirmationem petere/ denotauit principium: per hoc q dixit prosecutionē denotauit medium: per hoc q dixit executionē denotauit finē. Et sic electus etiā per verba constitutionis tenetur perseuerare vsq in finem. j. eo. si postq. §. si vero [petere] Sed nunquid adhuc hodie electi in curia presentes possunt petere cōfirmationē per procuratorem? Credo q sic: quia hoc est honestius et ante constitutionem hanc poterant: nec hic expresse reuocatū inuenitur: et propter hoc notabiliter posuit aduerbiuz personaliter iuxta verbum cōparere: non iuxta verbum petere. Sufficit ergo q sint presentes in curia: et q compareant quando necesse fuerit. Nec obstat si dicatur q aduerbiuz

51 personaliter quod precedit repetitum intelligitur: quia * per subauditiones et repetitiones tacitas iura reuocanda non sunt: sed potius concordanda. C. de inoffi. dona. l. vna. et. j. eo. cum expediat [nulla iusta causa] posset esse/ vt infirmitas / necessitas maris vel hyemis vel incursus latronum. ff. de excu. tuto. l. scire. §. obseruabunt in fine. Hic sufficit. ff. si quis caut. l. ij. §. j. ij. et. iij. [contēpserint]. Sed

52 quid si non contēpserint/ sed neglexerint. Aliud * est eñ contēnere/ et aliud negligere. xx. di. ca. si de certa. nunquid punietur? et dic q sic: qr in ista decretali q̄tum ad hoc nō facit differentiam in contēnere et negligere/ et in hoc casu promiscue vtitur istis verbis vt. j. eo. c. §. penul. et ita siue negligat siue contemnat punietur. Et assumas clausulam illam que sequitur: scilicet electiones de ipsis factas et. vs q ad psi. electos. Deinde suppleas hic ad literam / sin aūt iusta causa interuenerit secus. s. quia in penam non incidit [de qua] scilicet iusta causa interueniente [predictos] scz infra quos debet expectari.

¶ Sed quid si misit ad proponendū iustaz causam absentie sed nuncius fuit impeditus? Dic q si de hoc constet non nocebit ei/ dummodo non sit postea negligens. Et hoc dico per literam illam que sequitur in psi. insuper ibi iusto impedimento cessante. ar. l. C. qui pe. tu. cum a matribus/ de appel. l. preses. Sed si infra istos. xx. dies non potest papā adire nec auditorē: hic ptestetur freqūēter ne notetur de negligentia. Et protestatio habebitur pro petitione et propositione. ff. de nau. feno. l. ij.

53 ¶ Sed nunquid sufficit protestari semel? videtur q sufficiat? quia * vnica protestatio currentem prescriptionem temporis interrumpit. j. de appel. si iustus metus. j. de offi. ordi. pastoralis. C. de anna. excep. vt perfectius et vnica debiti oblatio vsuras cursuras impedit. C. de vsur. l. si per te. Et vnica solennis depositio/ vel propositio impedit etiam iam currentes/ dummodo precedat oblatio et consignatio. C. eo. titu. acceptam.

¶ Econtra videtur q non sufficit/ quia cum teneatur comparere et dies certus cōtra euz interpellat/ sollicitus debet esse. C. de temp. appel. cum antiquioribus. §. in his. sed per vnam protestationem non potest sollicitus reputari quia ad minus dz ter protestari ad hoc vt solicitus videatur/ si

54 cut trina * monitio vel citatio debet premitti nisi ex causa peremptoria emittatur. xxiij. q. iij. de illicita. xij. q. ij. indigne. ff. de iudi. l. ad paremptorium / et trina denunciatio est necessaria quandoq. ff. de pigno. actione si conuenerit nec sufficeret vna vt ibidē et. ff. de pub. iudi. inter accusatorē et apostoli instāter et sepius sūt petendi. ff. de libel. dimis. l. vna. Item de pallio et literis dimissorijs episcopi. c. di. prisca. lxxij. distinc. eps.

¶ Sol. credo securi[9] electo plures et pluries ptestatiōes facere: ad hoc ne de negligentia arguatur cum sit obligatus ad semper per hanc constitutionem ad personaliter cōparendum /nisi iusta causa eum excuset: et ideo ne iste pugnet contra regulam: et ne astringatur ad probanduz instātias contra regulam pluries protestetur tamen si tempore competenti hora debita et loco congruo papam requisiuit q non est necessarium. arg. ff. de solu. si soliturus et eius copiam habere non potuit: et hoc est legitime protestatus: credo q tempus ei non curret donec papa ei copiam sui faciat. Quia talis protestatio licet vnica cursum temporis impedit. ff. quando appel. sit. l. j. §. biduuz psic. dies aūt. ij. q. vj. §. biduum et ar. d. l. vt perfectius. Sed si papa postea sui copiam faciat tenetur se ei presentare si poterit/ alias iterum protestetur vt supra. Nec prima protestatio cursum tēporis impediet postq papa copiam sui fecerit. arg. iurium predic.

¶ Et hoc intelligo remota omi malicia et dolo/ alias fraus et dolus nocere debent.

¶ Si tamen papa ad instantiam electorum consueuit eos ad cameram suam admittere/ etiam eo non faciente copiā sui in publico: tenetur electus frequenter instare et protestari: ita q de negligentia non possit notari. xliij. di. sic rector ad fi. ar. C. de temp. appel. l. cum anterioribus. §. in his autem.

55 ¶ Unde si eo tempore omnes alios instātes admisit: ille * qui non institit negligens p̄sumitur. Quod enim alij potuerunt/ ipse p̄sumitur potuisse si negligens non fuisset. v. di. ad eius circa finem. et. iiij. distinc. deniq.

¶ Si vero eo tempore quo in publico papa copiam sui nō fecit aliquos de instantibus admisit/ aliquos non dico illum qui illo tempore non institit minime cecidisse/ quia potius cum presumam fuisse de numero nō admissoruz, etiā/ si eo tempore non institisset. ff. de pen. interp̄tatione de actio. et oblig. Arrian[9]. j. de fid. instru. inter dilectos ad fi.

56 ¶ Sed coram * quo debet hoc protestari? Dico q in hoc casu cum debeat personaliter comparere tenetur protestari ad ostium pape coram ost iarijs et tabellione et alijs personis, que occurrent argu. ad hoc infra de appel. si iustus. C. de anna. excep. vt perfectius. ¶ Si vero auditorē tantum deberet petere. Credo sufficere q hoc protestetur coram referendarijs hoc est illis qui debent referre et auditorē petere in auten. de referen. col. ij. et. C. da tēp. appel.

Itẽ quid si aliqui se opposuerunt ab initio & de illis opponentibus infra tempus constitutionis nullus venit/electo tempore debito veniente deinde longe post tempus constitutionis: anteq̃ tamẽ obstet finis cause vel cõclusio opponunt se quidam de diocesi: vel alius cuius intererat qui tamen ab initio se non opposuerat: modo queritur vtrũ debeat audiri vel non? Et videtur ꝙ non: quia constitutio ista videtur certum tempus apponere infra quod debet comparere qui se opponit/& post quod non auditur imo totaliter repellitur.

Item mens conditoris cononis fuit viam precludere malitijs opponentium/& ecclesias celeriter expedire. Sed si tales audirentur: malitie fierẽt nec ecclesie expedirẽtur Econtra videtur ꝙ audiatur: quia constitutio ista nõ videtur astringere nisi illos qui ab initio se opponunt quia litera dicit. Si aliquis vel aliqui se opponunt/non dicit se opponere volunt. Ergo illos qui se opposuerunt astringit non alios.

Sol. Aut iste sciuit/aut ignorauit. Si ignorauit poterit opponere etiam ãtiqua. ĩ. qui ma. accu. possunt. c. cũ in tua. Si autem sciuit appellatum vel electionem factam in ecclesia immediate pertinẽte ad papam nec allegauerit aliquod impedimẽtum/antiqua non poterit proponere p predic. decr. cum in tua/& per istam/ que voluit viam malicijs opponẽtiũ precludere/& ecclesias celeriter expedire. Que autẽ de nouo puenerunt vel de nouo emerserunt: vel sup quibus superuenit probandi facultas/ poterit opponere: nisi postq̃ peruenerint possit eis negligẽtia imputari. s̃. eo. vt circa. & c. nulli. nec obstat ꝙ dicebatur in contrarium ꝙ constitutio astringit opponentes non illos qui se nolũt opponere quia verum est/ꝙ non astringit se opponere volentes nisi postq̃ se opponũt. Sed iã iste se opponit & ideo in hoc adstringit: quia super antiquis in quibus fuit negligens non auditur. Et ita qui ab initio se opposuerunt & tempora constitutionis non seruauerunt totaliter excluduntur/nec super nouis nec super antiquis audiuntur: vt predictum est in pred. q.

In his autem que de nouo se opponunt habet locum p̃dicta distinctio: siue illi qui ab initio se opponunt veniunt siue non veniunt. Si tamen opponentes miserunt duos/ & illi se opposuerint & in processu cause destiterunt: vel mortui sunt alij opponentes/si veniant personaliter poterunt prosequi obiecta per illos duos et causam in eisdem punctis resumere: quia non potest eis negligentia imputari. & qr huic constitutioni satisfecerunt et per eã vel per aliam minime excluduntur.

Sed dato ꝙ aliquis cõstitutus ĩ dignitate/ vt puta archidiaconus vel decanus/infra tempus huius decre. non opposuit se electo processu temporis anteq̃ tamẽ esset cõclusum in causa mortuus est: & illo mortuo alius penitus extraneus substitutus est: nunquid iste substitutus poterit se opponere? Et videtur quod sic /quia huic substituto nulla poterit negligentia imputari. Se enim opposuit q̃ primum se opponendi habuit facultatem. Et ideo non est tanq̃ negligens excludendus.

98 Item qui * de nouo veniunt admittuntur: licet eorum auctores repellantur. ĩ. qui ma. accu. po. c. cum in tua.

Preterea si pendente appellatione moritur litigator heres eius ad prosequendam appellationem vltra tempus residuum habet. iiij. menses vt. C. si pen. appel. l. vlti. Ita debet dici a simili in hoc casu.

Sol. Aut iste noua vult opponere/aut antiqua. Et siquidem noua hec siue de nouo emergant / siue de nouo ad noticiam peruenerint cum hactenus latuissent/vel super quibus superuenit facultas probandi et super quibus predecessor si viueret audiretur. & si vnus de electoribus huius extitisset. s̃. eo. nulli. Si vero antiqua vult opponere non
99 debet audiri quia * si predecessor aliqua debuit facere vel

petere infra certum tẽpus nec fecit: ⁊ tẽpore elapso morit: obstat lapsus temporis successori. C. de iur. delib. l. cum antiquioribus. ĩ. de prescrip. auditis ⁊ de in inte. re. auditis vbi euidenter apparet quod negligẽtia predecessoris obstat successori.

¶ Item factum predecessoris tutoris nocet pupillo/nec in eo vtitur priuilegio suo. ff. ex quib. cau. in po. ea. l. apud iulianum. Et quia hec cõstitutio prouisiones ecclesiarum accelerare voluit ⁊ earum vacationibus occurrere ⁊ malignantium subterfugijs obuiare/⁊ ideo terminum quasi peremptorium opponentib⁹ statuit post quẽ regulariter est eis audiẽtia deneganda. Si enim substituti admiterentur tarde ad finem negocij veniretur cum frequenter quidam morīantur ⁊ alij substituantur. Et sic cõstitutionis mẽs ⁊ intẽtio fraudaretur/ ⁊ per istam vltimam rationem idem dico in canonicis substitutis: ⁊ maxime cum prebende sunt distincte.

¶ Nec obstat si dicatur q per viam istam electus per surreptionez ascẽdere poterit ad apicẽ dignitatis: quod esse non debet. s. eo. cum dilectus / quia p officium iudicis de omnibus inquiretur predicto termino non obstante. s. eodem cum nobis olim. ĩ. de appel. constitutus ⁊ sic lites abbreuiabuntur ⁊ via malicijs precludetur. Et hec omnia intelligo nisi iste successor doceat ⁊ collusionibus predecessoris sui: tunc enim admitteretur etiã ad antiqua. ff. de preuari. l. preuaricationis. Nec obstat decre. cũ in. tua vbi admittũtur nouiter aduenientes/licet eorũ repellantur actores/quia secus est in successore: qui idem ius habet penitus quod habuit predecessor ⁊ cui nocet predecessoris ne-

100 gligẽtia: vt. s. probatum est negligẽtia * enim auctorũ non debet nocere nouiter venientibus cum quilibet ibi suo iure admittatur ⁊ in hoc iure alter alteri non succedat.

¶ Item nec obstat. l. C. si pen. appel. l. vlti. quia ibi statutũ tempus nondum finitum erat/⁊ illi quatuor mẽses specialiter dantur ad prosecutionem appellationis ex causis in l. illa contẽtis. Et sic per. l. illam non potest dici q successor admittatur generaliter ad id petendum cuius petitionem viuẽte p̃decessore lapsus termini iam obstabat.

¶ Alij tamen moti predictis iuribus ⁊ similibus dicunt contra. Sed mens huius decr. ⁊ intẽtio obstat eis [vt per premissas personas]. i. personas instructas ⁊ etiam opponẽtes. Et sic habes hic q opponẽtes admittuntur ad instructionem cause licet sint aduersarij sed instruent eo modo quo dixi. s. de personis instructis cum aduersarios se ostẽdunt [instrui] ita q ad finem peruenire possint. Quia per instructionem istarum personarum tale quid probatur/per quod negocium deciditur [informari] quando tale qd non probatur p quod negocium deciditur. Et ideo alie proba-

101 tiones sunt necessarie [ecclesiarũ vtilitate] * ratio e cuius sepe a iuris tramite est recessum. x. q. ij. hoc ius [aliis circunstantijs] Quid enim si p istos iudex informatur q probationes de facili possunt haberi in curia/vel non nisi cum magna difficultate hoc inspecto vel faciet commissionem extra curiã vel ad probationẽ faciẽdam in curia compellet [quibuscunq aliis] vt pote super aliqua examinatione vel processu aliquo ad negocium pertinẽ. [sit alibi] Sed ad quid fit ista commissio alibi/cum electus ⁊ opponentes teneantur ducere omnia munimẽta? Dicas q illud intelligitur de probationibus faciẽdis p instrumẽta: sed ista commissio fit ratione probationum p testes faciẽdarũ quos ad curiam ducere esset difficile. ĩ. de fideiusso. cõstitutus. ij. q. ij. c. vlti. [ceterum electiones ipsas] Sed nunquid habet locum quod dicitur hic gñaliter in qualibet electione/an tantum in illis q̃ ad sedẽ apo. deferuntur? Et dicas q gñaliter locũ habet: qr. s. iusta prin. decr. corroborat illud quod statuit do. Greg. circa p̃sentandas electiões/cũ hac tamen temporis moderatione. Sed dominus Grego. de qualibet electione loquitur: siue eius cõfirmatio ad papam pertineat: siue ad alium vel dic vt ibi [ifra octo dies] Sed quid si tali tempore exiuerunt ad presentandam electionem electo/q si cessaret impedimẽtum poterant p̃sentare tempore debito saltem vtendo duplomate pro dicta/

102 superuenit impedimẽtum quid erit? Certe * illum qui se nimis artauit: impedimẽtũ superueniẽs non excusat. ff. si quis cau. l. ij. §. si quis tamẽ. s. eo. cum in veteri. Si ergo exiuerunt tempore competenti excusabuntur ꝓpter casum alias non [cõmode] Et ita olim debebant presentare post q commode possunt hodie adduntur vltra/isti octo dies [electis presentare] Sed pone q presentauerunt electionem procuratori electi tempore competẽti: nunquid erũt excusati? Et videtur q sic. ĩ. de preben. accedens. Et quia

103 * sicut matrimonium carnale per procuratorem potest cõtrahi ita spirituale. xxxij. q. ij. honorant. ff. de ri. nup. l. denique. ĩ. hoc lib. de procur. c. vlti. ⁊ de cõuer. coniuga: ex parte Econtra videtur quod non/quia hereditas temporalis p procuratorem non acquiritur heredi. ff. de acqui. hered. l. per procuratorem/multo minus spiritualis/in qua est maior obligatio: ⁊ quia talia non continentur in generali mãdato. ff. de rit. nuptiarum. l. generali.

¶ Sol. Si presentetur electio procuratori generali nõ sufficit/⁊ sic intelliguntur vltima iura. Si vero presentetur procuratori ad hoc specialiter constituto. Credo sufficere

104 ⁊ sic intelliguntur. c. honorantur. ⁊ l. denique. Per * procuratorem enim specialem hereditatem temporalem ⁊ spiritualem acquirimus: per generalem neutrum. ar. ad hoc. ff. de acqui. here. l. pro herede. ⁊. l. bona.

¶ Nec obstat decre. accedẽs: quia non dicitur ibi q per talem procuratorem acquiratur beneficium sine scientia domini/vel quia ipse obligetur sed qd potest inuestiri. ĩ. hoc lib. de p̃ben. si tibi absenti. ⁊ ibi de hoc: ibi not.

¶ Sed quid si fuit electio presentata ꝓcuratori generali: ⁊ electus postea ratum habet? Credo sufficere si infra certum tempus quo debuit presentari ratũ habuit alias nõ. ff. rem ra. hab. l. pe. [qui culpabiles] Sed pone q ignoretur qui sint culpabiles quid erit? Uidetur quod nullus in-

105 cidat in hanc penam: quia melius * est nocentem impunitum relinquere q̃ innocentem condemnare. ff. de penis. l. absentem. Econtra videtur q omnes incidẽt: quia si plures seruum vnũ percusserint vnus tamẽ solus percussit letaliter: nec constat quis fuit ille omnes in hoc dubio tenebuntur quasi occiderint. ff. ad leg. aquil. l. Itẽ mela §. sed si plures. xxiij. q. vlti. c. vlti.

¶ Sol. Quando sunt plures ⁊ constat q aliquis deliquerit aliquis non. Sed non potest sciri quis deliquerit: tunc habet locum predicta lex absentem. Cum vero constat q omnes deliquerunt sed non equaliter vt pote omnes percusserunt: sed vnus tantũ occidit sed nescitur quis: omnes tenebuntur de occiso ⁊ sic intelligitur p̃dictus §. ⁊ p̃d. c. quia/ex quo omnes deliquerunt fit interptatio contra omnes. Nec in isto casu potest quis innocens appellari ⁊ ita non habet locum lex absentem. A simili. In questione nostra omnes tenentur p̃sentare electionem/⁊ si nõ fuerit p̃ntata omnes presumuntur in culpa fuisse ⁊ omnes tanq̃ culpabiles reputabuntur ab ecclesia militante in hanc penam incidisse/quia lapsus temporis probat omnes culpabiles nisi contrarium ostendatur vtpote probant aliqui de diligẽtia sua ⁊ qualiter miserunt ad presẽtandum sed missi fuerunt negligentes ⁊ similia [a processus prosecutione] Ergo de cetero non possunt confirmationẽ petere/nec de negocio se intromittere.

¶ Sed nunquid electionem alterius partis poterit impugnare? Credo q non/quia dicit a processus prosecutione totaliter excludentes ergo non poterunt se intromittere tanq̃ pars impugnãdo/vel modo alio ꝓcedẽdo/alias nõ eẽnt totaliter exclusi et contemptus huius cõstitutionis ita repellit ab opponendo/sicut a procedẽdo alias vt seq̃tur. ĩ. in ꝟsi. opponentis [excludentes] Et sic ipso iure sũt exclusi.

¶ Se pone quod cũ istis taliter exclusis de facto est processum. Nũqd de tali processu poterunt se iuuare si in medio cause excipiatur? Et certe ipsi non poterunt cum sint totaliter exclusi. Iudex tamẽ ex officio suo nõ de ad petitionem illorum si de aliquo constiterit per talem processũ poterit ex eo animum formare. ar. ad hoc. ff. de inoffi. testa. l. posthumus. §. pe. maxime cũsit talis casus in quo potest ꝓcedi ex officio/cum parte/⁊ sine parte. s. eo. cum nobis olim ⁊ vndecunq talia claruerint iudex poterit ex eis animum informare [omnibus beneficijs] non tamen officijs. Quis enim interiꝫ officiaret ecclesie si omnes in hoc cul-

106 pabiles inuenirentur. Suspensus * autem ab officio suspensus est a beneficio quod datur ratione officij. lxxxj. di. cos. ⁊. c. si quis sacerdotum. s. hoc lib. de rescrip. c. si.

¶ Sed pone quod isti nolunt interim officiare quid erit? Rñ. Episcopus potest eos ad hoc compellere per priuationem beneficiorum si fuerint contumaces/nisi causam rationabilem allegent. ĩ. de cle. non resid. c. pe. ⁊ de appella. peruenit. ij. Nec pena istorum eis p̃stabit immunitatem. ff. de inter. ⁊ rele. l. relegatorẽ in fine. Sed nũquid isti tales durãte suspẽsione ista possũt eligere? Rñ. eligi nõ p̃nt ad minus in eccl̃a ista in qua beneficijs sunt suspensi. s. eo. p inquisitionẽ sed non prohibent eligere. Multa * enim impe-

107 diunt aliquem eligi/que non impediunt eligere. ĩ. de cler.

excōi.min.si celebrat.j. eo.nullus.z.c.eo.si enī p talē suspē sionem beneficiorū priuati essent potestate eligēdi decre. cum in cūctis.§.sane non priuasset eos specialiter hac potestate/imo eo ipso q suspendit a beneficijs reputaret priuatos ipso iure. Et q dicit omnibus beneficijs expone.i. a perceptione prouētuum bñficiorum:vt sequitur in versi. vel si personas ad fi. Isti autem pventus debēt conuerti

108 in vtilitatem ecclesie.j.de cler.non resid.c.pe.z de verbo. signifi.c.pe.[in ipsa ecclesia] Et sic habes arg.hic q * qui suspensus est in vna ecclesia beneficio/non propter hoc in alia est suspensus:secus dicitur in excōmunicato z suspenso in vna ecclesia ab officio:q2 ille vbiq intelligitur excōmunicatus z suspēsus.iiij.q.v.quisquis.vij.q.j.si quis presbyter[obtinent] quocūq titulo siue sint simplicia vel cu

109 rata:quia nihil excipit * qui dixit de oībus beneficijs .j. de maio.z obedi. solite.C.manda.l.a procuratore.ff. de he

k red.insti.l.hoc articulo.§.quisquis k [ex tunc].i. post lapsum pdictorum octo dierum[suspēsos] Et sic est canon late sentētie.s.eo.cum in cunctis. Sed si episcopus aliquis habens vocem in electione vt Bononie in ecclesia Rauēnate elegit:z in presentanda electione fuit culpabilis:nūquid incidit in hanc penam? Rñ.in primā incidit:quia est exclusus totaliter a processu:sed in istam secundam nō in

110 cidit:quia * sentētia suspēsionis vel interdicti non ligat episcopos nisi de eis specialiter caueatur. j. de sententia excōmunica.quia periculosum.

¶ Sed nunquid ab hac pena potest eps de iure cōmuni absoluere istos taliter suspensos? Et videtur q sic:q2 conditor canonis hanc absolutionem sibi specialiter non retinuit:ergo alijs concessisse videtur.j.de senten. excōi. nup.§.ij.ff. de offi.presi.illicitas ad fi. Ecōtra videtur q nō per decr.s.eo.statuimus.j.de testi.tum literis ad fi. vbi dicit donec nostram mereantur indulgētiam obtinere.

111 ¶ Preterea * facti questio est in arbitrio iudicātis : pene vero persecutio non eius voluntati subijcitur:sed legis auctoritati reseruatur.ff.ad turpi.l.j.§.ij.ij.q.iij.§.nondum.ff. de verb.significa.l.si qua pena.

¶ Sol.Credo per iura vltimo alleg.epm non posse istos a tali pena absoluere/alias iā quilibet episcopus posset istū canonem eludere z similes:quod esset inconueniens . Ex quo eīn papa certam penam imponit z vsq ad certum tempus:quomodo esset dicendum episcopum eam tollere posse/nisi contrarium inueniretur expressum Nec ob.decretalis nuper in contrarium alleg.quia locum habet in excommunicatione vbi maius periculum vertitur. Et ideo facilius remouetur arg.s.eo.vbi.j.Respō.

112 ¶ Et quia * nullus vsq ad certum tempus excōmunicatur sed tantū donec caueat de petendo vel satisfaciat cum offensa est manifesta.j.de verbo.significa.ex parte.ij . Ex quo ergo cauet,vel satisfaciat noluit canon q absolueretur nec vere loquendo pena ibi remouetur : nec contra ius in aliquo venitur. Imo quod ius statuit penitus adimplet.

¶ Nec obstat.l.illicitas quia illud locum habet in mulcta quam iudex infert:quam propter paupertatem debet re

113 mittere secus in pena * a lege vel canone ordinata/ q2 illam iudex non debet remittere etiam pp̄ter paupertatē sed potius in aliam penā conuertere.ff.de in ius voc.l.vlt.

¶ Sed pone q electio non fuit psentata tempore debito/ electus arripuit iter/post noticiam fecit expensas: postea presentatur electio:electus non vult consentire q2 non inuenit eā canonicā:nunquid electores tenebūtur ei ad expeñ.quas fecit propter eorum moram negligentiam/z culpā:z quas non fuerat facturus si ipsi tēpore debito presentassent? Credo q sic ar.ad hoc.ff.de peri.z con.rei. vendite.l.vlti.C.de iudi.sancimus alias electo per hanc cōstitutionem laqueus pararetur[z propria temeritate] vt quia proprio motu z sine auctoritate alicui9 se ingesserunt[alio colore] .s.quia se ingerant de licentia z auctoritate alicuius qui hoc non potest concedere [ingesserunt] aliqui de ipsis percipiendo per se vel per alium.s.eo.per inquisitionem.j.de eta.z quali.cum bone/vel custodem:ibi ponēdo vel alias se intromittēdo:tamē auctoritate iudicis ordinarij custodem ibi ponere possent dūmodo ibi nihil inde perciperēt ar.ad hoc.ff.de admi.tu.l.non existimo[illis] scilz beneficijs que in illa ecclesia obtinent[ipso iure.] Et ita q ad hoc est canō late sentētie[perpetuo]etiā si hic aduer

114 bium nō apponitur * ex quo priuātur priuati pp̄etuo l in

l telligerētur.C.de pe.l.seruus [ingesserint] .ff. de leg.l. vlti.§.vlti.l.di.c.j.[sint priuati] Sz pone q ex quo taliter sunt priuati/episcopus vult eis conferre.Credo q non debet de iure:quia dicit perpetuo sint priuati: z quia iam fieret fraus constitutioni qd esse non debet.ff.de legib.fraus fit z.s.eo.auaricie:nec iam puniretur cum effectu istorum negligentia z delictum:est etiam ar.ad hoc.s.eodem licet canon/vbi dicit alij conferatur.s. eo.cum in cunctis.§ inferiora.z.j.codē cōmissa.§.porro[vel si] Dixit qualiter puniāt neglīgētes si electionē tēpore debito nō presentant: modo vult dicere qualiter puniantur si personas non mittant instructas/z assumas hic quod sequitur. s. destinare neglexerint [vt premittitur]supra in.§.ad hec z.§.si vero [mittere vel venire] Sed ex quo elect9 non venit vel mittit priuatus est ipso iure.supra eodem.c.§. quod si per . xx. versi.insuper.

¶ Ad quid ergo debent ille persone instructe venire. Respondeo vt papa super toto negocio instruatur z vt facta instructione celeriter ecclesie prouideatur / z si alius est electus vt' super eius electione fiat instructio. Et quia possibile est q electus qui non venit fuit impeditus ad veniendum vel ad mittēdum z sic non est priuatus vt apparet in pred. ver .insuper : z super hoc ipso erit vtilis instructio z super alijs que occurrerunt[administrare contemnat]Sed quis ministrabit tunc.Dic q electores/quia

115 ibi tenētur mittere/sed missi * non tenentur proprijs stipēdijs militare.x.quest. ij. precarie sed ex quo electi expensas ministrare contemnunt priuandi sunt supra . eodem .§. si vero.ad quid ergo debēt venire psone instructe.

¶ Sol:vt in preced.q. Et quia etiam super hoc fiet instructio vtrum ex contemptu an impotentia expēsas ministrare omiserint[destinare neglexerunt] Assume hic literam istam a totali quo,ad prosecutionem vsq ad .§. nihilomin9 deinde redeas ad literam nisi eos zc. Et expone eos eligentes z opponentes[vel contradicentium] Sed quomodo paucitas contradicētium excusabit cōtradicētes quia non possunt esse pauciores q vnus vel duo.Sed si fuerint vnus vel duo debent venire.supra proxi.§.quomodo ergo stabit litera ista? Rñ .quia non sunt alij qui ecclesie deseruiant nisi contradicētes z illi sunt pauci:ita q si mitterentur non remaneret qui ecclesie deseruiret.Sed nōne sunt electores qui istum de cuius electione agitur elegerunt? Rñ.loquitur in tali casu quando omnes de ecclesia cōtradicunt:vt pote quia superior prouidit z omnes de ecclesia se opponunt:sed illi,sunt valde pauci:vel aliter electores/ vel sunt mortui vel infirmi/vel absentes z ita nulli sunt q ecclesie deseruiant preter contradicentes z illi sunt pauci.

¶ Sed si contradictores tot sunt q possunt mittere vnus vel duos nunquid tenentur illū mittere? Credo q sic ar. ad hoc.s.prox. ℣.z quando.Quia cum vnus tantum se opponit.ille venire tenetur: vt habes ibi. Et ita hic si nō potest haberi nisi vnus ille habeatur.

116 ¶ Preterea * cū aliquis tenetur ad duo si vnum ex causa aliqua non adimplet:reliquum si potest adimplere tenet ff. de arbi.celsus.§ idem ait.j.de dol.z contu. cum dilecti. Idem,dicas per eadem iura de personis instructis:quia si ex causa non possum venire nisi vna illa veniat . Et huic etiam electus tenetur facere expensas: licet solus veniat quia tenetur duobus.s.§.prox.ergo z cuilibet eorum.arg. ad hoc.ff. de verbo.signific.l.non est sine liberis z de lib.et post. Titius in principio.

¶ Sed nunquid eligentes vel contradictores tenentur mittere procuratorem:quando tantum mittunt vnam personam? Credo q sic/dummodo commode possint. Quia ex quo non possunt satisfacere cōstitutioni mittendo duas psonas de electoribus vel de opponentibus / satisfaciunt/ vt possūt:mittendo procuratorem vt sequitur hic. nec vi

117 detur sufficere si vnam psonam mittant:quia * nihil reputatur esse actum dum aliquid superest agendum.C.ad sil. .l.cum silenianum. Et quia mens cōditoris fuit habere plures personas/quia tunc poterit melius causa instrui integrū enim est iudiciū zc. j.de offi.deleg . prudentiam circa prin .ibi illa quippe zc.

¶ Sed si non est nisi vnus electorum nunquid ille tenetur venire? Dicas q sic:sicut z opponens quādo est vnic9 .s. .§.proxi.[paucitas].Sz quot dices paucos? Et videt *

118 q viginti tria milia dicentur pauci.xlv.di.disciplina. Alibi xl.appellantur pauci.j.de cleri. excommunica. mi. latores Econtra videtur q duo/quandoq dicant multi.insti.de iure.perso.§.fi.

¶ Sol.hic estimandum erit arbitrio iudicantis / si in dubium reuocetur . Alique enim ecclesie pluribus indigent seruitoribus / alique paucioribus . Et illi qui essent plures in vna ecclesia in alia essent pauci . Et ideo hoc melius poterit percipi arbitrio iudicis q aliqua elo

cutione exprimi.ff.de sol.ratum:respectiue enim quedam dicunt pauca & multa & sic itelligunt canões supradi.[alia iusta] vt pote icursus hostiũ vl infirmitas vel nimia pauptas ar.ad hoc.s.§.xxi.ibi facultatum impotentia/vel quia est ecclesie cathedrali alligatus / vt episcopus/vel archiepiscopus[probabilis] Sed infra quod tempus tenetur hoc

119 probare. Credo * hoc arbitrio iudicis relinquendum / ex quo non determinatur hic.ff.de iur.delib.l.j.in fi. [& procuratorem] etiam extraneũ qui non est de electoribus nec de opponentibus:vt declarat litera sequens: ibi dictas psonas dirigere teneantur[Et nihilominus].i.non minus q procuratorem sufficienter instructum duxerant.

¶ Sed pone q anteq cessaret impedimẽtum : negocium est determinatum in curia. Nunquid de cetero tenẽtur dirigere istas personas si cesset impedimẽtum:? Et credo q non/quia iam non est locus instructioni / vel oppositioni. Ad quid enim se inanibus sumptibus vexarẽt. ff.de inoff. testa.l.j.[in ecclesia ipsa] de cuius electione agitur [priuentur] per sentẽtiam non ipso iure:cum dicat priuent. Si voluisset q esset canon late sentẽtie: hoc expressisset vt ex

120 pressit in clausula preceden. Et quia * pena est eã restringere debemus.ff.de pe.l.interpretatione. Sed quis priuabit eos. Rñ. Papa vel iudex ab eo datus/excludere eos a prosecutione processus & etiam beneficijs priuabit.

¶ Sed nunquid episcopus poterit priuare eos beneficijs

121 per istud triẽnium:? Credo q sic auctoritate huius canonis Episcopi * enĩ debẽt canones obseruare:& a subditis facere obseruari: episcopi enim sunt ministri sacrorum canonum.xxi.di.§.j.

¶ Sed quid si in isto triẽnio quo sunt suspẽsi se ingerant: Nunquid erunt priuati perpetuo : vt.s.in alio casu. Credo quod non cũ enĩ sit penale ex quo non repetijt nõ intelligam repetitum. Iudex tamen propter hoc punire poterit. Sed quare in precedẽti casu puniuntur ipso iure:hic p sentẽtiam. Rñ.quia Papa reputauit eos/ibi amplius deliquisse: & quia hic est iam quasi iudicium ibi quasi extraiudiciale:& ideo forte iudex non esset ita paratus vt hic.

¶ Sed posito q electores miserunt personas instructas & aliqui de ipsis electoribus dederunt procuratorem ad opponẽda crimina & defectus electo ab altera parte. Deinde persone instructe sine licẽtia recesserunt: & electores postquam sciuerunt alias personas non miserũt:nunquid procuratores illorum electorum de cetero audientur:? Et credo quod non: quia si ab initio non miserunt personas instructas excludẽtur vt habes hic/sed licet miserint: tamẽ quia persone instructe sine licentia recesserunt:& electores postq sciuerunt personas alias non miserunt: perinde habentur acsi non fuissent misse:cum nec ipsi electores postquam sciuerunt contumaciam purgassent personas alias instructas mittẽdo: non est satisfactum constitutioni:si ante finem cause persone instructe sine licentia recesserunt: oppositio enim talium ad eum casum deuenit a quo incipere non potuit: qr si ab initio non misissent non potuissent se opponere: ergo nec nunc post recessum/quia talis recessus illam missionem penitus annullauit ar.j.eo.c.postq.§. j.[contumacia] vt quia non veniunt/cum sint duo/vel vnus vel quia duos ex se non mittunt cum sint plures.

¶ Sed nunquid ex istorum repulsione potest sequi iniquitas: Pone enim electum esse indignum iam ascenderet ad apicem dignitatis:ex quo isti opponẽtes taliter repellũtur. Rñ. Licet isti repellantur tamen ex officio de omnibus inquiretur.j.de appel. constitutus * Licet enim iu-

122 dex tantum secundum allegata debeat iudicare : nec de facto debeat supplere regulariter.ff. de offi.presi.l. illicitas §.veritas. Tamen vbicunq vertitur periculum anime poterit etiam de facto supplere & excipere. s. eodem cum nobis olim.§.his igitur &.j.de excep.exceptionẽ.

¶ Item vbi leditur publica vtilitas/vt si viderit militem tanq procuratorem procedere velle:poterit ipsum repellere.C.de procu.l.militem: & argumen.ff. de postulatio.l. quos pretor.

¶ Item supplere potest de facto quod sibi constat tanquã iudici.supra de postu.c.primo.§.j.versi.pro certo constabat Sic intelligitur.ff. de peti.here.l. fi.C.de temp.app.l.ij.§. fina.supra de iudi. examinata.infra de prebend. ex parte Astensis.

¶ Item supplere potest & debet ea/quibus omissis processus iudicis nõ valet vt pote de libello offerẽdo. j.de libel. oblatio.c.primo.

¶ Item de litiscontestatione faciẽda.j. de lit: contesta.c. Cauere enim debet ne sibi illudatur . ff. de iudi. si pretor/& ne in vanum partes vexẽtur laboribus & expẽsis. infra de officio delega . super questionum .§. porro ad finem.

¶ De iure autem supplere poterit indistincte. s.de postu. bone.C.vt que desunt aduoca.l.vna.

¶ Sed quare puniuntur isti opponentes in beneficijs:? nõ ne possunt desistere a sua oppositione sine pena aliqua. Rñ.hoc intelligo de illis qui perseuerant in sua oppositione/vel ab ea recedunt eo modo & tempore quo ab ea minime recedere poterunt.s.eo.quam sit.&.c.statuimus. Tũc enim ex quo non seruant decretalem puniendi sunt/vt hic dicitur.[simili pena.] Ergo excludentur a prosecutione processus/& beneficijs per triennium priuabuntur[plectẽda]argu.est ex hac littera:quod non est canon late sentẽtie quo ad hoc.

¶ Sed quid si taliter exclusi / volunt dicere electionem nullam:nunquid audientur :? Credo q si hoc dicunt per modum oppositionis vel exceptionis/q non audiẽtur tanq pars quia tex.dicit a totali prosecutione processus &c. sed iudex ex officio suo inquiret.supra eo.cum nobis olim. Si vero volunt hoc dicere per modum denunciationis/ credo quod semper audientur.ar.ad hoc.j.de accu. veniens:&.c.platorum[nihilominus].i.non obstante q illi excluduntur[in premissis casibus]hoc est cum eligẽtes excluduntur:quia electionẽ non presentauerunt/vel psonas instructas non miserunt/& etiam cum opponẽtes puniuntur quia hanc decre. non seruauerunt / & hic priuantur supple vel priuari mandantur/propter casum precedẽtem [nullum preiudicium] & ita extraiudicialis negligẽtia eligẽtium non nocet huic electo.

¶ Sed pone q eligẽtes procedunt in iudicio:nunquid processus habitus contra eos preiudicabit electo : vel alijs qui non fuerunt in iudicio. Rñ. Electo sciẽti preiudicabit non ignoranti.ar.ad hoc.iij.q.vj.hoc quippe.j.de do. & cõtu.cum olim de sen.& re iud.c.quis.ff.de re iud.sepe. Sed

m 123 alias nocet m & scientibus & ignorantibus:vt dicitur * in actione populari in qua processus habitus contra vnum alijs preiudicat etiam ignorantibus nisi doceant de collusione vel de proprio interesse.ff.de iureiurand.cum qui.§. in popularibus.ff.de accu.si cui.§.j.[Denique] Dixit plene qualiter se habere debeant eligentes & electi & etiam opponentes modo vult dicere qualiter se habere debeant postulantes & postulati[& aliqui] expone & pro idest[in ordinibus]dicitur pati defectum quo ad episcopatus/qui non est in sacris.j.de eta.& qualita.a multis . & idem erat olim in bñficijs curatis & dignitatibus.s.eo.cũ i cũctis.§.inferiora.j.de eta.& qualita. preterea &.c.tuam.hodie tamen secus absq dispensatione episcoporum.j.hoc lib.de preben. si pro pauperibus.

124 ¶ Item in* etate quis patitur defectum quo ad episcopatum & quo ad dignitates/& quo ad beneficia curam animarum habentia: vt.d.c.cum in cunctis . Et in etate quo ad episcopatus solus papa dispensat.s.eo.cum nobis olim in fi.sed quo ad dignitates inferiores dicunt quidam/q episcopus potest dispensare necessitate instante/vel vtilitate dummodo sit maior.xiiij annis.j.de eta.& qualita. indecorẽ & d.decreta.cũ in cũctis secundũ istos nõ loquitur de iure cõmuni:& tũc quo ad ecclesiam parrochiale3 episcopus in etate dispensare non potest.s.eo.licet canon:sed in ordine dyaconatus & presbiteratus potest studij causa vt.j.eo.cũ ex eo põt ẽt dispẽsare cũ eo q vicesimũ ãnũ cpleuit vt habeat dignitatẽ sine cura.j.hoc li.de eta.& qua.c.j.als eps in etate dispensare non potest/& sic not.s.eo. cum dilectus: hostien.tñ & quidam alij senserunt contrariũ & in.d.cap. Idem hostien.notat & papa diffiniuit in facto electionis Eduen.opinionẽ glo.communis prestantiorem. j. de tẽpord.dilectus.& de eta.& quali.ex ratione & c. seq.& sequen. ar.C.de his qui ve.eta.impe.eos.

¶ Est enim absurdum q episcopus contra tam celebre cõcilium valeat dispensare vt.d.c.cum dilecti.

¶ Sed tunc querebatur an electus cum quo fuerat dispẽsatum per episcopum in beneficio cum cura in minori etate haberet excusationem propter tantorum doctorum opinionem/& arguebat q sic.ff.de pe. hered.sed & si lege.§.scire. Sꝫ dicebat ad.d.§.q imiscẽs se hereditati nõ habuit ilum ne immixtionis contradictorem seu competitorem:sed i casu posito secus fuit.& in dicto .§. scire / adiens hereditatem tenebatur ad restitutionem ipsam & fructus extantes quod videtur facere opinionem electi vacillare & glo.com

125 munis et dictum concilium * validioribus rationibus innituntur:& ideo preualere debent.insti. de contrahen.

emp.ꝛ ven.§.Item preciū.ꝛ ſi.diuerſe [vel ſi his ſimiles] vt ſunt illegitime nati.ſ.eo.innotuit. Nec hic exemplifico de clerico aliene diocesis qui dr̄ poſtulā dus.lx.di.Oſius.§.ſed aliud.ꝛ.j.de renū.poſt tranſlationē. Nā illa iura loquūtur de poſtulatione que eſt ſequela ad electionē p̄cedentem/non de poſtulatione que electionē p̄cedit de qua hic dr̄/ꝛ no.ſ.hoc lib.titu.pri.in rubri. [poſtulētur.] Intelligas.§.iſtū quādo poſtulātur ad epiſcopatus ſiue immediate pertineāt/ſiue nō:ſiue appelletur ad papā ſiue nō ex quo nullus alius poteſt ibi diſpenſare vt predictuꝫ eſt/immediate dicetur pertinere quo ad hoc.

¶ Itē cū poſtulatus eſt ad eccleſias regulares ꝛ appella tū eſt vel immediate pertinent eccleſie/vel talis eſt caſus in quo nō poteſt alius diſpēſare p̄ter papā/quia tūc immediate dicētur pertinere quo ad iſtud: [alligati] vt ſunt epiſcopi vel archiepiſcopi ꝛ ſimiles.

¶ Sed quid ſi alij ſunt alligati eccleſijs regularibus exēptis/vt ſunt abbates ꝛ exēpti/nūquid dicemus in eis ideꝫ quod in epiſcopis? Dic exemptū abbatē eligendū/licet ſine papa vel legato de latere non poſſit ad eccleſiā ad quā eſt electus tranſire.j.eo.ſi abbatem primo reſpon.

¶ Sed quid ſi epiſcopus renūciauit oneri nō honori? Credo eū poſſe eligi quia hec eſt ratio quare p̄hibetur eligi epiſcopus ſcilicet q2 eſt ſue eccleſie alligatus. Ita ꝙ non habet liberū volatū/vt habes hic/ꝛ.ſ.ti.pri.cap.vlt. Sed iſte nulli eſt eccleſie alligatus [ſiue noſtra] Ergo non loquitur de illis qui ſūt talibus eccleſijs alligati in quibus ſufficit licētia alterius [de veteris iuris obſeruātia]. Igitur iſta decr.nō habebit locū in eis:ſꝫ decr.ſ.eo.ſtatuim⁹.

¶ Sed nūquid poſtulātes taliter alligatis tenētur mittere pſonas inſtructas? Credo ꝙ non q2 dicit ꝙ circa iſtos de veteris iuris obſeruātia nihil immutat/ſed ſcd̄m veteris iuris obſeruātiā nō tenētur tales perſonas mittere.

¶ Sed pone ꝙ aliqui ſe opponāt talibus poſtulatis obijciendo crimina/ꝛ alia que poſtulatos reddūt inhabiles ꝙ bene poſſunt.ſ.eo.ſtatuimus/ꝛ.c.ſcriptū/ꝛ.c.vt circa. Nūquid opponētes debēt venire perſonaliter? Reſpō. Non tenētur per rationē in p̄ma.q.allega.ꝛ p̄pter equalitatē iudicioꝝ ſeruādā * ratione cuius p̄uilegiū vnius partis/etiā ad aliā ſepe extēditur[n].C.de fruc.ꝛ li.expē.l.vlti. Cū ergo poſtulati nō cōpellātur venire perſonaliter: ergo nec opponentes compellendi ſunt.

126

¶ Nec obſtat ꝙ in populari actione vnus poteſt dare procuratorem. Alius non.ff.de popul.actio.l.qui populari.q2 verum eſt ꝙ defenſor poteſt dare: ſed iſti opponentes defenſores ſunt.j.de excep.dilecti:ergo.l.p̄di.facit pro ſolutione:non contra [poſtulatos huius] id eſt patientes in ordine vel etate defectū ꝛ his ſimiles [moderata] hoc dicit propter illud quod ſequitur/vt eo ſaluo ꝛc. [conſenſuꝫ] Sed ex quo non debent conſentire quando eis incipiet currere tempus? Reſpon.poſtꝗ̄ deliberauerint de non diſſentiendo infra menſem ad hanc deliberationem tamen datum.ſ.eo.ꝗ̄ ſit hoc eniꝫ habetur pro conſenſu vt ſequitur.

127

¶ Sed nunquid * poſtulatio debet preſentari poſtulato? Credo ꝙ ſic:qualiter enim venire compelleretur: ſi ei nō preſentaretur? vel qualiter poſſet deliberare de diſſentiendo vel non diſſentiendo.

¶ Sed ſi poſtulantes ſunt negligentes in tali preſentatione nunquid punientur vt electores.ſ.eo.cap.§.ceterum. Reſpon.ſic: tamen quia hic ita puniuntur negligentes vt ibi: quia dicit textus ꝛ negligentes ſtatuta ibidem ſimilis pena ꝛc. tum quia eadem eſt ratio hic ꝛ ibi. Ergo idem ius.C.de conſtitu.pec.l.fina.ff.ad.l.aquil.Illud. Ita enim hic eſt neceſſaria celeris expeditio eccleſiarum/vt ibi.

¶ Et quia quod dicitur de electione: ꝛ poſtulatione tanꝗ̄ de ſocia intelligitur dictum.ſ.eo.vt circa.ꝛ cap.ſtatuimus [dictum eſt] ſ.§.ſi vero [aliquibus] vt perſonis inſtructis/vel alijs [ſubminiſtrent.] Sed vnde ſubminiſtrabunt/nunquid de proprio/an de communi: aut de bonis prelati? Dicas ꝙ ſi eſt poſtulatio concors ſeruabitur idem ꝙ in electione dictum eſt.ſ.eo.cap.§.ad hec.ꝛ.§.ſi vero. Si autem diſcors fuerit de proprio ſi habeat proprium/argu.ad hoc.ſ.eo.§.ſi vero. Sinautem ſi non habet proprium: vt quia ſunt regulares/tunc de communi argu.de accuſa.ex parte.ꝛ cap.pe. [Si non diſſenſerint.] Nota * mediū inter diſſentire ꝛ conſentire/ſcilicet non diſſentire [perſonas inſtructas.] Sed ecce poſtulantes debent mittere perſonas inſtructas/ꝛ poſtulatus venire.

128

¶ Pone ꝙ poſtulato aliqui ſe opponūt/nūquid tenetur venire pſonaliter? Et videt̄ ꝙ nō q2 ſi papa hoc voluiſſet hoc expreſſiſſet vt expreſſit de pſonis inſtructis ꝛ de poſtulatis/dicas tamē ipſos debere venire ſicut quando ſe opponunt electo. Q2 ratio diuerſitatis reddi non poteſt. Et ideo propter omnimodam * ſimilitudinem licet papa non expſſerit pro expſſo tamen habuit ar.ad hoc.ſ.eo.ꝛ circa ꝛ.c.ſtatuimus/q2 vbi ad ea aſtringuntur opponentes ſe electis poſtulatis/ꝛ ita indiget eccleſia acceleratiōe per viam poſtulationis ſicut per viam electionis vt.ſ.p̄mittitur in.§.adhec ꝛ.§.ſi vero [negligentes] ſcilicet poſtulantes ꝛ poſtulatos ſi fuerint negligentes in veniendo vel mittendo [ibidem] ſcilicet in.§.ceterum ꝛ in.§.vel ſi [ſimilis pena]. Sed quomodo poteſt eſſe ſi͞lis pena. Elect⁹ eñ p̄uatur iure quod habet quomodo poſtulatus p̄uatur iure quod nō habet dicas ꝙ p̄uatur iure ꝙ habet qualecunque ſit vel ſaltem ſpe gratie quam habebat.ar.ff.de action.empt.l.ſi iactum. Item electus ſi non dat expenſas perſonis inſtructis p̄uatur iure ſuo quomodo poſtulantes ſi non dant expenſas: poſſunt ſimili pena puniri reſpondeo: punientur pena eis competente hoc eſt illa qua puniuntur eligētes quando non mittunt perſonas inſtructas.ſ.eo.§.ceterum. [Nec per hoc crederet aliquis] quia poſtulari compellun tur ad veniēdum quod haberent per hoc maius ius ꝛ hoc remouet [pro ſceleri]. Nota ꝙ hoc fuit cauſa huius conſtitutionis ꝛ mēs conditoris/ꝙ cito eccleſie expedirentur [a gratia]. Sed que eſt illa gratia a qua poſtulationes dependent.

129

130

Duplex enim eſt gratia *. Quedam enim eſt valde generalis ſecundum quam quicquid facit papa ſiue ſecundum ius ſiue ſupra ius totum gratia ꝛ liberalitas appellat̄.ſ.de reſc.ſedes apoſtolica.c.quia nonnulli ꝛ.c.non nulli. Et eſt ratio quia legibus ſolutus eſt.ff.de.leg.princeps ꝛ.C.de leg.digna vox.ſecundum hanc gratiam etiā ſi cōfirmet electionem canonicam/gratiā facere dicitur.ſ.eo.cū.int̄ vniuerſas in fine alia eſt gratia ſpecialis vt quādo ius non habenti beneficium cōfert vel gratiam facit vt ſupra ius diſpenſat.j.de con.prebend.propoſuit.j.de prebend.de multa in fi. A qua iſtarū dicemus dependere poſtulationes? reſpōdeo vt concordes opiniones varias ita dicas ſi ſit poſtulatio in concordia vel ſaltem a duabus p̄tibus ꝛ ex cauſa ſcilicet vrgente neceſſitate vel vtilitate/tunc dicemus poſtulationem talem dependere a generali gratia/talis enim poſtulatio quodammodo iuri innitit̄ acquiritur enim ius per talem poſtulationem poſtulantibus. Poſſunt enim de iure petere admiſſionem talis poſtulationis ꝛ etiam confirmationem ſecundū quoſdam.ſ.eo.cumana.c.cum monaſterium/ꝛ.c.officij.§.fi.poſtulato etiaꝫ ius acquiritur ita ꝙ non poſſunt variare poſtulantes poſt ꝗ̄ talis poſtulatio fuerit ſuperiori preſentata.ſ.ti.proximo bone ꝛ.ca.pe.talem ſi non admiſerit * ſuperior iniuriam facere dicere̅t ſed gratiaꝫ ſi admittat ar.ff.de aqu.quo.ꝛ eſtiua.l.prima.§.pe. non tamen poſtulatus petat admiſſionē vel confirmationem ne de ſe nimis p̄ſumendo ſe ingerere videatur.ar.ſ.eo.qualiter.viij.queſtione prima in ſcripturis/ꝛ ſic intelligitur opinio illorum qui dicunt: ꝙ poſtulatio iuri innititur/ꝛ hoc intellige dummodo perſona idonea inueniatur.ſ.eo.ſcriptum eſt.

131

¶ Si autem poſtulatio non fiat in concordia nec a duabus partibus/vel non fiat ex cauſa tunc penitus innititur gratie ſpeciali. Et ſic intelligitur opinio illorum qui dicūt poſtulationem inniti penitus gratie ꝛ liberalitati ſuperioris.ſ.eo ti.pri.poſtulationem ꝛ.c.bone. Ergo ſecundum naturam poſtulationis a qua gratia dependeat apparebit.

¶ Sed pone ꝙ in negocio electionis vel poſtulationis appellatur: * ꝛ pendente appellatione aliquid attentetur. Quero quando ꝛ qualiter attentatum debeat reuocari/ad eius pleniorem diſcuſſionem ꝛ declarationem. Credo taliter diſtinguendum.vtrum attentetur aliquid pendente appellatione interpoſita extra iudicium an in iudicio. Et ſi in iudicio vtrum ab interlocutoria/an a diffinitiua. Item vtrum attentetur a parte an a iudice/an a tertio. Et ſiquidem appellatione pendente que fuit interpoſita/in iudicio vel extra aliquid attentetur a tertio [o] hoc eſt ab illo qui non appellauit nec cōtra quem eſt appellatum. Nec fuit nec eſt iudex in cauſa illa taliter attentatum non debet reuocari per modum attentati a iudice coram quo pendet appellatio/ſed per ſuum proprium iudicem cognito de cauſa ꝛ ſeruato iuris ordine infra hoc libro de appel.Romana.§.in altum arg.ff.de rei vindica.Is a quo.ff.de litig.lege prima.§.primo.

132

o

¶ Et quia res inter alios acta alijs preiudicare non debet infra de re iudic. quamuis.ff.eodem titulo ſepe. Et hoc intelligo niſi iſte tertius per illam attentationem iuriſditionem iudicis impediret: tunc enim

iudex appellationis contra impedientem posset procedere scdm tenorem decretalis. ĩ. de offi. deleg. cap. primo.

¶ Nec obstat decretalis. ĩ. de appel. bone: vbi innuitur q etiã attentatũ a tertio in statũ pristinũ reducitur per modũ attẽtati/ quia ibi fuerat appellatũ generaliter ne quis eũ super possessione ꝛc. Et ideo quicũq illũ super illa possessione molestaret nõ posset dici tertius: sed potius pars

133 appellata/ licet enim* appellatio gñalis interposita a iudice nõ valeat. ĩ. de appel. cap. ij. generalis tamen ꝛ incerta valet extra iudiciũ/ ꝛ etiã a futuro grauamine: vt in predicta decre. Bone. ꝛ cap. dilecti. ꝛ cap. dilectis. ĩ. de appel. vel qꝛ mãdãte parte appellata/ ibi attentatio facta fuerat.

¶ Alij intelligunt aliter decretalẽ bone/ scilicet q nõ reducitur in statum pristinum per modum attentati/ sed per interdictum vnde vi: secundum quem intellectum non obstaret supradictis.

134 ¶ Et quod dixi de attentatis * per tertium pendente appellatione. Idem intelligo per eadem iura/ si tertius aliquid attentauerit lite pendente/ vel relatione pendentẽ/ vel consultatione/ vel recusatione: ꝛ hoc totũ intelligo de tali tertio qui cũ parte vel cũ iudice nihil illicitũ attẽtat. Nec ab eis cãm habere cepit alĩs secus. s̃. de cõsti. Cũ. M. ĩ. vt lite pẽdẽ. eccl̃ia. ij.

¶ Si vero appellatiõe pẽdẽte a=
135 liquid a parte attẽtetur: distiguo * vtrũ sit reuocabile de sui natura/ an irreuocabile. Et si quidẽ est irreuocabile: vt pote qꝛ cũ pẽderet appellatio: vel lis inter duos sup quadã spõsa pẽdẽte appel. vel lite alter eoꝝ cõtraxit p verba de psenti matrimoniũ cũ eadẽ/ post inhibitionẽ nõ habebit locũ reuocatio: ratiõe dependẽtie litis vel appellationis/ sꝫ ex euẽtu pẽdebit: qꝛ si pbeẽ impedimentũ ppetuũ: vt cõsanguinitas separabitur: vt. ĩ. de spõ. duoꝝ. c. tua. ꝛ de despõ. impuber. ad dissoluẽdũ alĩs nõ: sꝫ ad tẽpus separati stabũt ꝛ aliqua penitentia imponetur. ĩ. de matri. cõtra. inter. eccle. ca. primo ꝛ vlt.

¶ Si vero sit reuocabile subdistinguo/ an sit alias illicitum/ an licitum. Et siquidem illicitum: vt qꝛ pars vna pendente appellatione: vel lite spoliat aliaꝫ/ vel aliquid attentat illicite: vel fraudulenter circa possessionem rei de qua agitur: reuocabitur per modum attentati. ĩ. vt lite pendente: per totum. ĩ. de appellatio. bone. ff. de edil. edic. ediles. §. Item sciendũ ꝛ de aqua pluuial. arcen. l. j. §. officium. ff.

¶ Sed in hoc mẽbro forte dices ad quid pdest hoc/ quia etiã lite vel appellatione nõ pẽdente talia nõ debẽt fieri: ꝛ si fiant debet fieri restitutio. ĩ. de restitu. spolia. Itẽ cum quis. ꝛ. c. conquerẽte. Ista ergo supflua vidẽtur? Respõ. Imo multũ prodest scire quia si talia nõ fierẽt appellatione vel lite pendente non fieret restitutio/ nisi oblato libello lite contestata ꝛ iuris ordine obseruato. ĩ. de offi. deleg. consultationibus. ĩ. vt lite non conte. qm̃ ꝛ per totum.

136 ¶ Sed si * appellatione pendente vel lite/ spoliatur quis ab aduersario/ de plano ꝛ sine libello/ ꝛ ex solo iudicis officio fieri debet restitutio ꝛ omnia debent in statum pristinũ reformari. ĩ. vt lite penden. cap. j. ꝛ per totũ. ff. de edili. edic. l. ediles prima. §. sciendum. ĩ. de appella. bone ꝛ hoc est reuocare attentata per modum attentati: tenetur tamen pbare duo scilicet q immutatũ sit/ ꝛ q lite vel appellatione pendente facta est immutatio. ĩ. vt lite penden. c. j. ꝛ ca. ecclesia. ꝛ in predi. cap. bone. Ubi enim aliquid iudicis officio mercenario explicatur/ de plano pceditur/ nec est libellus necessarius: vt no. ff. de interrogato. actio. sup ipsa

137 rubrica. ¶ Si vero * aliquid attentetur quod alias esset licitum nisi litis vel appellationis dependentia impediret vt pote aliqui faciunt ea que sibi de iure cõmuni cõpetũt/ nil cõtra ius innouãtes/ vt quia lite vel appellatione pendente collegium eligit. Si pẽdente appellatione extra iudicium interposita/ tale quid vel simile attentetur per modũ attentati non reuocabitur: sed ex futuro euentu pendebit. s̃. eo. cum inter. ꝛ cap. cõsiderauimus. ꝛ. ĩ. de supplẽ. negli. prela. cap. vlti. C. de rei vendi. si fundum.

¶ Si vero pendeat appellatio in iudicio interposita: sunt opiniones: quia quidaꝫ dicunt illud idem. ĩ. de resti. in integ. cap. ij. Alij dicunt contrarium. ĩ. de iure patro. ex literis. ¶ Alij distingunt vtrũ super proprietate tantũ moueatur questio/ ꝛ tunc habet locũ opinio primoꝝ: an super possessione: ꝛ tunc habet locũ opinio secũdoꝝ. Et per hãc distinctionẽ concordant opiniones ꝛ iura supradicta. Credo q si lite vel appellatione pendente ille qui est in possessione re sua vtitur eo modo quo antea vtebatur/ nihil aliud illicitum vel dolosum circa eã in partis preiudiciũ innouãs vel immutãs/ nõ habebit locũ reuocatio per modũ

138 attentati. Et est ratio quia qui vtitur * possessione sua eo modo quo antea vtebatur non dicitur aliquid innouare/ vel immutare sed veteri inniti. ff. de rei vendi. vtiq in fi. vt lite pẽden. capitu. ij. viij. q. iiij. nonne. imo circa eam fieret innouatio quod est probibitum vt in prealleg. iuribus continetur.

¶ Si igitur aduersarius dicit aliquid illicite immutatum probet hoc: ꝛ habebit locum reuocatio. ĩ. de appella. bone ar. ĩ. de iure patro. ex literis alias omnia ex futuro euentu pendebunt. ĩ. de resti. integ. c. ij. ad finem. ĩ. de iure pa. consultationibus/ nisi iudicis prohibitio ex causa iusta interposita aliud inducat. ff. ne quid in loco publico. l. vltima. ĩ. de despon. impub. ad dissoluẽdum in fine. ĩ. de prebẽ. inter cetera.

¶ Quod dixi de litis depẽdentia vel appellationis idẽintelligas predente relatione vel consultatione. Nec mirum quia iam lis pendet ꝛ ideo habent locum predicta. In par

139 te vero appellante plus addo *. quia si pendente appellatione aliquid illicitum attemptet contra eam. puta spoliat partem appellatam possidentem/ eo ipso reddit se indignũ beneficio appellationis ꝛ iudex a quo appellatũ est perinde procedere poterit ac si non fuisset appellatum. ĩ. de appel. an si deferendum/ ꝛ ita ibi ponit casum Inno. ar. s̃. de rescr. ex parte.

140 ¶ Si vero * pẽdente appellatione a iudice a quo appellatum est vt a iudice aliquid attentetur/ distĩguo. Quia aut appellatio fuit ei notificata aut non: si non fuit ei notificata tenebit processus iudicis a quo appellatum est. ĩ. de appel. si duobus. ij. q. vj. §. biduum/ ꝛ ideo non habebit locum reuocatio per modum atemptati.

¶ Si vero fuit notificata/ distinguo/ vtrum inter easdem psonas aliquid attentetur an inter diuersas: ꝛ si inter diuersas iure pprio ꝛ ordinario coram ipso iudice agentes. Nec ab ipso iudice causam habentes non reuocabitur tanquam attemptatum dũmodo nihil illicitum attemptet circa possessionem in preiudiciũ appellantis quod sic probo. Iudex a quo appellatũ est si est ordinarius quo ad illas personas non desijt esse iudex rei de qua agitur: sed tantum illarum personarum inter quas agitur quo ad causam ipsam. ĩ. de appel. romana. §. in alium ꝛ §. pposuit. ff. de rei vendica. is a quo ꝛ de peti. hered. l. pe. Si igitur nõ desinit esse iudex iniquum esset reuocari sine cognitione qđ a suo iudice factum est iuris ordine obseruato. Si vero inter easdem personas// aut iudex detulit aut non: ꝛ si detu

141 lit deferendo * desinit esse iudex/ ꝛ remisit negociũ ad superiorem. ꝛ ideo postea non debet se intromittere tanq iudex ꝛ si se intromiserit reus est. Et idem intellige si per relationem cause dependeat/ vel consultationem. C. de appel. ex illo. ij. q. j. nomen. ĩ. de offi. lega. licet. ff. nil inno. pẽden. appel. l. vna. ij. q. vj. appellatione.

¶ Si autẽ non detulit distiguo vtrum appellatione admissa superior inhibuit/ an non inhibuit/ ꝛ si inhibuit quod illicite factum est post talem inhibitionem reuocari debet/ tanq a suo non iudice factum/ ar. ad hoc de offi. deleg. pastoralis. §. preterea. ĩ. hoc lib. de appel. romana. §. q si obijciatur ꝛ §. si autem. ĩ de de senten. ꝛ re iudi. cum super. ff. nil inno. appel. penden. l. vna.

¶ Et idem intelligo si papa ad se expresse negocium reuocasset. ĩ. de appel. vt nostrum. Si auteꝫ non inhibuit refert vtrum pendeat appellatio extra iudiciũ interposita/ an in iudicio/ ꝛ tũc aut ab interlocutoria aut a diffinitiua in primis duobus casibus quod fit a iudice non reuocatur per modum attẽptati/ sed dependet ex futuro euentu quia si inueniatur appellatio legitima retractabitur: alias non: quod ex eo apparet quia cum papa super tali appellatione rescribit cum cause cognitione mandat reuocari quod post appellationem est innouatum. ĩ. de appel. significantibus. s̃. de resc. Radulphus ꝛ. ĩ. de iudi. exhibita. ¶ Hodie est expssum. cõtra in appellatione extra iudiciũ interposita contra electionem in cathedrali seu regulari eccl̃ia celebratã. ĩ. eo. si postq primo respõ. ¶ Si vero pẽdeat appellatio a diffinitiua interposita/ distingue vtrũ sit certũ appellationẽ tenere/ an dubiũ sit de iure/ vl̃ de fctõ. an certũ est q nulla est vel iniusta in primis duobus casibus tali appellatione pendente nihil est innouandum. ff. nil inno. appel. penden. l. vna. ij. q. vj. appellatione. ff. de appel. reci. l. sciendũ ꝛ. l. ei cuius. Et si aliqđ inter easdẽ ptes contra ius a iudice innouetur per modũ atẽptati reuocabitur. ĩ. de iureiur. venientes. ¶ Nec obstat. ff. de appel. cum ex causa qꝛ factum recitatur. Si vero certum est q appellatio est nulla vel iniusta/ vt qꝛ crimen sup quo est appellatuꝫ est notoriũ

142 vel appellans est talis qui non potest appellare vt * quia

est vere contumax vel insignis latro. ff.de appel.constitu
tiones.C.quorum appella.non recip.l.prima:ꝛ per totum:
in tali casu potest iudex a quo taliter appellatur/sentē=
tiam executioni mandare : nec habebit locum reuocatio
per modū attentati.ĩ.de appella. Romana.§.sinautem post
sententiam.ij.quest.vj.§.sunt quorum. Iniquum enim esset
si executionez sententie talis appellatio impediret/ ꝛ ideo
tali appellationi non est deferendum : vt in predictis iu=
ribus continetur.

¶ Et de hac materia tene quod habetur.ĩ.hoc lib. de ap=
pella.non solum supradicta autem habent locum regulari=
ter in casibus cum iudex ordinarius a quo est appellatum
potest se intromittere etiam appellatione pendente. Pri=
mo quia si possessio appellantis turbata est / omisso eo su=
per quo appellandum est poterit possessionem reformare.
9 o ¶ Roma: que * a romulo nomen assumpsisse dicitur hinc Alber. in dictiona. in versiculo roma cōdita. Romulus vr be noua fruitur/ rerū solus ipse. Noīe roma est romule di- cta tuo. Condita q̄dem vt idem ait a romulo et remo fra- tribus. xj. kal. Maij. regnante Achaz rege sepulto in ciui tate Dauid incipiēte septima olimpiade. Et ante aduētū xpi annis septingētis quinquaginta duobus: vt legitur in histo. schola. in testa. nouo ibi nat⁹ est saluator. Et hoc intellige de roma veteri non de noua/ que dicitur constan tinopolis. c. cōstantinopolitane. xxij. d. que veteris prero- gatiua letatur. l. omni. C. de sacrosanc. ecclesijs. Et de his loquitur Bal. in rub. C. qui accu. non po. col. fi. et in. l. omni C. de sacrosan. eccle.

10 ¶ Ea quippe vetus roma a primordio fratricidio dedicata est. c. in apibus. vij. q. j. vbi glo. Quod Romulus * interfe cit remum eius fratrē quia muros transcēderat rome. l. fi. ff. de rerum diuisio. vbi glo. post Lucanū fraterno primi maduerūt sanguine muri. Et secūdario eodē die, pprio san guine Petrus et Paulus: eam cōsecrarunt Montol. in prō ptuario iuris in verbo roma in fine: qui de vtraq; et veteri et noua meminit dicens: q in fundatiōe antique vultures apparuerūt: in fundatiōe aūt noue phenix vnde v̄sus. Ro ma tibi fracte: nō alia fabrica par est. Integra qualis eras dicere nemo potest. Roma vetusta fui: sed nunc noua ro- ma vocabor Omine phenicis: vulturis ante fui. Hacten⁹ immēsis venerabor pressa ruinis. Vstamq; ruderibus cul- men ad astra fero. Probus.

p ¶ Odit. Adde et dātes custodit nō dātes spernit et odit. Et hac de re caput dicitur auaritie. glo. in. l. sequit. §. pu- pillus. in verbo animū. ff. de vsucapio. ibi. Et auaritie ca- put roma cunctos tales generans. Probus.

q 11 ¶ Satrapa. Archi. hic dicit q satrapa dicitur * quasi sa- tis paratus: vel quasi sa tis rapiens vel potens: et secundū hanc vltimā vulgus hoc vocabulo vtitur. Satrape enim prefecti persarum principes dicebantur psonarū sapiētes siue iudices vel dicuntur sapiētes iudices vel Reges/ vel duces: firmat Marti. laudē. in tracta. de prīnci. ar. 445. ¶ Et attēde quia ab hac vulgari locutione licet arguere notat prepo. in. c. ob eo. ij. q. vj. allegat. c. i. j. de iniur. vbi Franc. post glo. dicit verba iuris intelligēda secundū com munem vsum loquendi. Probus.

r ¶ Monarchiam: monarchiā vnā/ et vnū principē ad quem cetera inferiora referantur dare cōuenit/ ad bene esse ec- clesie et vniuersi orbis/ tam respectu boni eterni/ q̄ publici boni tēporalis. Prepo. et ibi de plurib⁹ monarchijs loq̄ns in. c. cum ad verū. xcvj. di. glo. pragma. in phemio, in verbo excoluerūt q̄ citat: q quādiu romani iustitiā coluerūt mo narchiā obtinuerūt. l. j. in prin. C. de iusti. C. cōpo. Prob⁹.

s ¶ Q᷑ est vnū/ firmat archi. in. c. monachiā. ij. q. iiij. Prob⁹

t ¶ Romanorū. hāc aliqui dicūt per rhinocerontē significa ri. Et est animal habēs vnum cornu in fronte: et alio noīe vocatur vnicornis eo q solū habeat cornu vnū satis gran de vt patet in ede sacra diui Dionisij in francia, put ibi vi di. Et etiam est animal valde forte quod non potest dome sticari/ et ad laborem pro hoībus applicari: imo si aliq̄n ca piatur/ ex indignatiōe cito moritur. Ita q nō potest hoīb⁹ deseruire. De hoc vide tex. et ibi glo. ordi. Job. c. xxxix. Et hec monachia tribus de causis destructa fertur/ scꝫ amo- re priuati cōmodi/ occulto odio/ et iuuenili cōsilio. et hoc vl- timū verificatur p vulgare cōsiliū iuuenum Roboā fecit egenum. Que (vt narrat tullius) Rem publicā labefacta uerūt frequēter: q̄ p senes fuit restituta. Nec roboā regni scissurā forte passus fuisset/ si consilio seniorū non iuuenū adhesisset. iij. regum. xij. Pro quo vulgare malo eligere se- num grauitatē, pulsam/ q̄ iuuenum velocitatē incautam: qui mortem reperire solēt in sua nimium iuuētute confidē tes. Senes em̄ agunt cuncta consilio titubantes/ merito sancitū a patribus nostris: q plus valebat vmbra senis q̄ ensis iuuenis. in. c. j. §. de renuncia. vbi post id dicitur: q totus mundus regitur quadā vmbra: nā Rex francorū non est nisi vbi tenet pedes: et tn̄ vmbra sua regit totum suum regnū. Et fama vnius boni viri est vmbra gratissima sub qua multi requiescūt. Romani q̄ppe subegerūt totū orbē secūdū Aug. in. x. parte operum suorū in trac. de antixpo. vbi. col. pe. dicit: q licet nunc plures deficiant a Romano imperio tamē anteq; antixps veniat galli adhuc omnia re ducent sub imperio romano. Ito etiam refert mirabilis li- ber prophetiarum carta mihi. vij. Probus.

v ¶ Et prima. Vide. c. futuram. xij. q. j. et ibi archi. qui sequit Joan. mo. vbiq;. Probus.

x ¶ Esse iudex: ita reperio statutū per Philippū. iiij. cogno- mento pulchrum et Carolū. v. Reges francie. Sub his ver bis. Nolumus q aliquis preficiat in seneschalum/ ppositū iudicem/ vicarium vel balliuum in loco vnde dicitur oriun dus. Et hoc sub titu. de elec. arti. iij. vide que in proposito dicit Alber. Brunus. con. lij. non potest et late benedictus in repeti. c. rainucius de testa. in verbo et vxorem nomine adela. nu. 1050. Probus.

Bonifacius Octauus. Cap. xviij.

Vanquam in casu negligentię sit sta- tutum a iure vt ec clesia cathedrali va cante, si per eos ad quos spectat nō fue rit electio de prela to infra tempus de bitū celebrata eli- gendi potestas ad superiorem proximum de- uoluatur, hoc tamen non est ad casum alium ex tendendum, Igitur si electores in huiusmodi ec clesia vel ipso iure cum eligunt scienter indi- gnum, vel per sententiam cum formam tradi- tam in generali cōcilio non obseruāt, eligendi potestate priuentur non ad dictum superiorem sed ad romanum pontificem potestas eadem deuoluetur.

¶ Secus autem in inferioribus ecclesijs est cen sendum.

¶ Summarium Domini Ioannis Mo- nachi Cardinalis.

1 Nunq; intelligitur prohibitus quod non inuenitur expres se concessum.
2 Ubi est par ratio/ concessum in vno obtinet in alio. Ubi est defectus materie siue de qua fit electio/ siue in qua fit electio/ nulla est electio. Ipso iure quid importet.
3 Quando fundamentum nullum est/ nihil super edificari potest. Paria sunt nullum habere/ siue inhabilem
4 Ubi est defectus forme materia tamen idonea iam non est null'um quod primordium habet bonum/ licet cassari pos sit propter formam indebite in materia impressam.
5 Archiepiscopus non tantum ius habet in diocesi suffra- ganei sui sicut habet episcopus in sua diocesi.
6 Non respicias ad id quod fit sed ad quod fieri conuenit.
7 Eadem est ratio principalis et additamenti.

¶ Summarium domini Phi- lippi Probi.

1 Sicut petitio legitime ad heredes transmititur/ita ⁊ illius supplementum.
2 Tẽpus augmenti debet intelligi secundum qualitatẽ ⁊ naturam tẽporis principalis.
3 Dignitas adhibita dignitati auget dignitatem.
4 Lucrum eam sibi assumit rationẽ/ quam habet capitalis.
5 Augmẽtum est eiusdem nature cuius est res que augetur. De augmento pensionis idẽ iudicatur / quod de pensione principali.
6 Dispositio includens certam rem : refert etiam ad eius additamentum.
7 Quando caput suspectum est etiam alij qui verisimiliter caput sequuntur suspecti sunt : ⁊ de illis idem quod de capite iudicatur.
8 Augmentum censetur esse eiusdem iuris/quo res cui adiungitur.

Qvanquam .s̃.eo.ne pro defectu/propter negligẽtiam electores in cathedrali ecclesia potestate eligendi priuabitur : ⁊ hec potestas ad proximum superiorẽ deuoluitur/ sed istud ad casũ alium non extẽditur : vt hic. Et est ratio : quia * nonnunq̃ intelligitur prohibitum : quod non inuenitur expresse concessum.ĩ.de transla.epi.inter corporalia .§. sed neq̃ in fine ⁊.C.de procura.l.maritus/presertim in hac materia in qua est regulare quod non reperitur concessum metropolitano: a iure vel prisca consuetudine in prouincia sua : hoc cẽsetur prohibitum [a] .ĩ.hoc libro de supplẽ.negli. p̃lata.c.j.ix. q.iij. conq̃stus vbi tñ est par * ratio. Concessum in vno obtinet [b] in alio.C.de diuer.rescrip.l.j.

¶ Igitur quod. s̃. dixit in gñe nunc declarat ĩ specie.[In dignũ].s̃.eo.innotuit:⁊.c. cum in cunctis [non obseruẽt] s̃.eo.quia propter.⁊.c.auditis.

¶ Sed que est ratio diuersitatis in istis casib⁹: dic vbi est defectus materie siue de qua fit electio/siue in qua fit electio / nulla est electio [ipso iure] hoc est nullo facto hominis extrinsecus operante /vt no.supra eodem . cupientes sup verbo iuribus:⁊.d.c.innotuit.⁊.ĩ. de renũcia.c.vltimo.ĩ.de accusa.ad petitionem. Nam * quando fundamẽtum [c] nullum est:nihil superedificari potest.ĩ.de p̃sbytero non bap.c.veniẽs .prima.q.j.cum Paulus ar. ff. de excep. rei.iudi.l.egi tecum.

¶ Et hec paria sunt nullum habere siue inhabilẽ.ff.quod cuiusq̃ vniuer.l.prĩa .§.penul.⁊.ff.qui satisda.cog.l. quotiens.ĩ.de transla.epi.inter.d.§.sed neq̃. Sed vbi * est defectus forme / materia tamẽ idonea iam non est nullum [d] quod primordium habz bonum/ licet cassari possit propter formam indebite in materia imp̃ssam. ar.ff.de lega.ij.l. cũ filius.§.heres [censendũ [e]] Sed que ratio diuersitatis inter hunc casum ⁊ precederem, respondeo * . Archiep̃s nõ tantũ ius habet in diocesi suffraganei sui/ sicut habet episcopus in sua diocesi/ ⁊ de hoc no.s̃.de officio ordi. cum ab ecclesiarum.⁊.c.pastoralis.xj.q.prima.de persona. Et quia pingui⁹ ius est episcopo:pinguius sibi subuenitur: quia nedum in casu negligẽtie:sed etiam vbi electio seu presentatio nulla est seu annullanda habet ius prouidendi.

¶ Sed oppones : fm hoc ep̃i difficultates ⁊ malitias ingerent:vt prouisiones ad ipsos deferantur. Solu. Non respicias * ad id quod fit: sed ad id quod fieri conuenit [f] ff.de iusti.⁊ iur.l.pe.§.p̃tor ⁊.ff.de offi.p̃sid.sed ⁊ licet ⁊ tamẽ hic grauato competit remedium appellandi/quod datur oppressis.ij.q.vj.ad romanam. Simile.ĩ.eo. quia sepe ĩ.de sentẽ.excõica.alma.§.vlti.

¶ Sed nunquid sub primo dicto huius.c. comp̃hẽditur ecclesia regularis: videtur q̃ sic. Cum comp̃hẽdatur interpretata .supra eodem.ne pro defectu : ergo ⁊ in ista interp̃tante/ cum cathedralis ⁊ regularis eccl̃ia equiparentur vt.d.c.s̃.eo.quia propter.⁊.c.cupiẽtes.

¶ Solu.in casu negligẽtie deuolui potest nedum electio ecclesie cathedralis ad metropolitanum/ sed etiam regularis ⁊ alia bñficia.ĩ.de suppl.negl.p̃la.licet.⁊.c. seq̃ẽ. ⁊ seq̃ẽ. Sed vbi non est negligentia : secus vt hic propter rationem p̃dictam ⁊ abbatia / siue ecclesia rl̃aris [g] est de inferiorib⁹.s̃.eo.cum in cunctis.§.inferiora.

¶ Et licet rl̃aris et cathedralis eccl̃ia in multis equipararẽtur/in hoc casu discrepant/propter rationẽ iam dictã ⁊ hoc verbum secus/refertur vt ponatur diuersitas quo ad modum diuersum deuoluendi ad ep̃m ⁊ Archiepiscopum quia ad ep̃m deuoluitur potestas in omnibus predictis modis. Sed ad archiep̃m in solo casu negligẽtie vnde in primo responso huius.c.p̃terq̃ in casu negligentie non potest deuolui potestas prouidendi ad metropolitanum/propter rationem ibi dictã. Nec ad capitulũ qui illa vice sunt priuati seu priuandi.s̃.eo.cum vintoñ. Et sic est necesse cõcludere/q̃ ad Papam illa vice prouisio deuoluatur /si sit inferior ecclesia cathedrali:in omnibus p̃dictis deuoluitur potestas ad ep̃m:qui ex pctõ omissionis p negligẽtiã vel commissionis peccando in materia / vel in forma ius p̃uidendi acquirit si sit immediatus superior.

¶ Sed quid si ecclesia cathedralis vacet / dic vt infra ne sede vacante.c.ij.⁊.ĩ.hoc lib.eo.ti.c.vno. Sed dices dicta iura nihil facere que loquuntur quãdo simpliciter beneficia vacant sed hic non simpliciter/sed illa vice.

¶ Solu.ea esse * ratio principalis [h] ⁊ additamẽti [i] vt. ff. de iur.dotium inter socerum.§.cum mater.ĩ. hoc libro de regulis iuris.accessorium ⁊.s̃.de consuetu.cum olim. Joan. Mona. Cardinalis.

Prohibitum/vide late p Jo.mona.in.c.j.ĩ. de supplen.neg. p̃la. de potestate metropolitanorũ in subditos suffraganeorum . ⁊ nouissime p Do. Arnulphũ Ruzeum in trac.de p̃eminẽtia Archip̃sulum quod dicauimus cardinali lingonen. Probus.

¶ Obtinet in alio. Adde Alex. in con.xcvij.nu.primo.viso themate.vol.ij. ⁊ Cepol.in con. cri. con.xviij.vsi.itẽ hoc p̃batur sic. Statutũ vicẽtie. Prob⁹.

¶ Nullum. idem dicendum venit quando est imperfectum decius con.463.nu.5.in causa que nomine camere latissime Jason.con.viij.pro ista infante.vol.iij. Probus.

¶ Est nullum:regulariter tamen dicimus vitium forme:fore potentius q̃ materie:eo q̃ forma sit/ que dat esse rei et conseruat rem in esse. Bar.⁊ moderni in.l.prima .§. si quis ita.ff.de verborum obliga.⁊ doc.in.l.non codicillum. C.de codi. Antho.de buttrio.in.c.cũ super col.iij.s̃.de off.deleg.

¶ Et si velis informare ad plenum vtrum gesta contra formam sint nulla. vel vide per Bar.⁊ Bal.post Cy.in.l.non dubiũ. C.de legi.⁊ Bar.ĩ.l pretor ait in prĩo respõso.ff.de no. oper.nunciatio.⁊ in.l.cum lex.ff.de fideiusso.⁊ in.l.vniuersi.C.de precib.imper.offer.⁊ in.l.fi.ff.de diuor. Panor. in.c.ij.s̃.de testa.vide etiã brunum de potẽ.⁊ effectu forme Maleretum in trac.de elec.carta mihi.52. Probus.

¶ Censenduz:adde Alex.de Jmol.cõ.vj.col.fi.vol.vj. vbi pro suo intento alleg.Jo.mo.hic. Probus.

¶ Conuenit.ĩ.eo.c.si quis in prin. Probus.

¶ Regularis.ad quem spectet electio regularis ecclesie vide per Alex.con.cvj.perspectis his vol.ij. Probus.

¶ Principalis:istud dictum possumus comprobare/per ea que apud iuris cesarei professores dicuntur q̃ q̃admodũ * petitio legitime trãsmittitur ad heredes ita ⁊ suplemẽtum:sic firmat Alex.con.lv.nu.vj.viso titulo q̃stionis vol. ij.allegat ad hoc Saly.in.l.scimus in prin.in.j. questione. C.de inoffi.testa. quod est de mente Bal.in.l.si arrogator in.ij.oppositione in fine.ff.de adop.⁊ in.l.ij.circa finez.C. de liber.preter.⁊ in.l.si quis filium.col.j.C.de inoffi.testa. Et in hoc nõ venit dubitandum. Decius con.ccciij.in prĩ. in casu occurenti vbi subdit q̃ communis est q̃ huic prescribitur.xxx.an.spacio. vide eũdem Decium.con.cccxxxj.col. pe.pro resolutione:qui ibi subdit in proposito : q̃ portio q̃ accrescit/debet sapere naturam eius cui accrescit.l.si ex toto in prin.de lega.j.intentum placet Domi.in con.cxxviij. col.ij. Factum tale ⁊ p iura pro eo allegata. Alexã.in con. cxvij.in fine stantibus.vol.iij.dicit q̃ * tempus augmenti debet intelligi secundum qualitatem ⁊ naturam temporis principalis. Probus

¶ Additamenti.vltra sequentia dic quod additamentum auget per ea que notat Maria.Sozi.con.cxxix. col.pe.p̃stantissimi.q̃ sicut dignitas * adhibita dignitati auget dignitatem.l.senatorem.ff.de sena. Ita ciuilitas addita ciuilitati auget ciuilitatem sicut ille qui est ingenuus non simpliciter sed secundum quid potest perfecte effici ingenuus l.ij.ff.de iure aureo.annullo. Pro hoc etiam vide eundem

Sozi.con.ccliij.col.fi.visa ⁊ censiderata vbi ꝓ cōprobatiōe Jo Mo.hic adducit tex.in.l.j.in fine de fund.vrb. constan. lib.xj.C.per quem dicunt ibi Bar.⁊ Jo.de pla. ꝙ lucrum
4 * assumit sibi eam ratione quam habet capitale. Et ideo si inter aliquos socios sit contracta societas vsq; ad certū tempus/sicut nō licet minuere de capitali immisso:ita nec de lucro/facit regula iuris accessorium cum sua materia.

¶ Ultra predicta in ꝓposito Jo.Mo.hic vide que dixi.s. in.c.cum in tua versiculo sed gratia perinde valere de cō-sue.facit quod dicit Sozin consi.cxvj.nu.x.vol.iiij. ꝙ au-
5 gmentum * est eiusdem nature cuius est res que augetur hinc Jason istud adducēs in con.146.col.ij.punctus que stionis parte.ij.ait ꝙ iurisditio: vel Merum imperium coherens in territorio transfertur per alluuionē territorij de cuius veritate:ibi vide.

¶ Et pro principali intēto:vide tu etiam que dico in.c.p̄-senti versi.amplia ꝓpterea.j.de offi.leg.concordat Decius con.141.ad plura dubia.col.j.vbi citat:ꝙ de augmento pēsionis idem iudicatur quod de principali pēsione/quia augmentum naturā principalis sequitur.l.etiam:vbi Bal. C.de iure do.ff.co.ti.l.iiij.firmat Jo.mo.dictum suum.in c.dispēdia.s.de renuncia.Et domi.con.xxv.col.j.duo vi-
6 dētur insurgere dubia:ꝙ dispositio * includens certā rē refertur etiam ad eius additamētum tex.in.c.fi.§.sin autē de preben.hoc lib.per quē not.Gemi.ꝙ augmentum eiusdem iuris esse censetur quo res cui adiungitur. Et sic di-cit facere illum tex.quod habens priuilegiū ꝙ possit transire per territorium alicuius sine solutione gabelle/possit eodē modo transire ꝑ territorium illi additum tex.etiam. de consti.c.cum.M.⁊ c.fi.⁊ quod ibi not.s.de verbo.signi-fica.Jdem Jo.mo.in.c.accessoriū de regul.iur. Et in simi-li idem possumus dicere de adherentibus quod de princi-pali.c.ad apl̄ice.j.de re iudic.hoc lib.no.in.c.j.s.de postu. p̄la.⁊ in.l.que religiosis vbi Ang.in prin.ff.de rei vendi-ca.Jdem refert Decius con.clj.nu.15.maximi pōderis est
7 ⁊ subdit:ꝙ quando * caput suspectum est etiam alij qui verisimiliter caput sequuntur:suspecti sunt:⁊ de illis idē qꝺ de capite iudicatur.Panor.in.c.j.s.de iudi.Bal.in.l.j.col. j.C.si Rec.proui.facit tex.in.c.accedēs el.j.⁊ quod ibi not. Panor.s.vt lite non contesta. Jdem refert ipse Decius in sermone con.pisa.col.ij.qui ponitur post dictum con.clj.

¶ Dictum thematis etiam firmat Roma.cō.469.nu.v. quo ad primum. Jtem facit quod citat neuisa.con.xij.col. xvj. Patres commederunt/quod situatur inter consilia
8 Alber.bruni:dum dicit ꝙ augmentum * cēsetur esse eiusdem iuris quo res cui adiungitur. Et sic idem de vtroq; debet iudicari.Sozi.consi.ccxcvj.colū.iij.in presenti con-sultatione. Quod ꝓcedit ratiōe vnionis/ideo cēsetur eiusdem nature ⁊ habere idem priuilegium:ar.tex.l.qui patri. ff.de acqui.heredi.cum ibi no.qui tex.dicitur peregrinus singularis ⁊ non habere concordantē in iure secundum Bar. Bal.Paul.Ang.Jmol.⁊ Alex.ibi.⁊ Jaso.in.l.quidam elo gio.col.ij.C.de iure delib.⁊ in.l.qui liberis.§.hec verba.ff. de vulga. Quod ius accrescendi vnitum cum substitutiōe pupillari/habet locum post aditam hereditatem/⁊ trahitur ad bona impuberis. Et sic habemus:ꝙ portio accrescens debet esse eiusdem nature.d.l.qui patri:q2 omne priuilegium datū pricipali porrigere ad eius augmētum not. Ang.in.§.j.in.Auten.de equa.dot.cum quod est statutū in principali extēdere ad accessorium.l.iij.§.hec verba ver. sed si quid vbi Bal.ff.de nego.gest.Probus.

Bonifacius Octauus.

Cap. xix,

IS qui contra electionis formam vel electi personam aliqua obijciens ad sedem apostolicā appellauit corporali a se p̄stito iuramento, quod illa quę in appellatiōe sua expresserat, vel ea quæ de ipsis deberent sufficere, vera esse credebat, & se posse probare, non est super obiectis vel expresis huiusmodi audiendus.

¶ Cum non simpliciter sicuti tenebatur iuxta constitutionem fœlicis recordationis Gregorij Pape.x.predecessoris nostri editam in concilio generali Ludunen. iurauerit expressa eadem seu obiecta se credere vera esse, & se posse probare, sed indeterminate illa vel ea quæ deberent sufficere de eisdem.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi.

1 Ubi me astringo ad duo sub copulatione/vel ius me astringit/non est satis adimplere alterutrum secus in disiūcta.
2 Disiuncta aliquando vocatur indeterminata.
3 Omnis disiuncta est vna/sed dubia/sed copulatiua est plures.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Aduocati quando dicunt. Sic vidi interloqui per papam.
2 Archiepiscopus Bituricē.dicitur primas in francia/ꝓut Archiepiscopus Uiennensis.

IS qui. Hec decretalis est declaratio ad.c.s.eo. vt circa: ⁊ sic fuit declaratum:vt hic habetur per Jnno.v.in facto Bituricen. Et
1 est ratio vbi me astrīgo * ad duo sub copulatione/vel ius me astringit:vt hic:non est satis implere alterutrum Secus in disiuncta.ff.de verbo.obliga.si quis ita stipulatus fuerit.x.⁊.ff.de rebus dub.l.si is qui ducenta.§.vtrum ⁊.j.de pro-
2 ba.licet.[indetermiate] nota disiūctā vocari * indeterminatā vt hic.arg.ff.de ꝯditio.indebi.l.cum is.§.voti.ff.de ṽbo. obliga.l.vbi autem non apparet.§.qui illud ⁊ est ratio q2
3 * oīs disiuncta est vna/sed dubia/sed copulatiua est plures/secundum philosophum.⁊ probatur.ff.de lega.primo. si ex toto.§.si ita.⁊.ff.de verbo.obliga.pluribus primo respon.⁊.l.inter stipulantem.§.si stipulante ⁊.§.sequenti.Jo. mo.Cardinalis.

a IN facto Bituricen.adde non tamen omnimode ad propositum id quod voluit Alber.
1 in.l.prima.ff.de cōsti.pri.ꝙ aduocati * curie romane quando deficiunt eis iura ad allegandum:dicunt ego sic vidi interloqui papam:quod nouerunt aduocati parisienses dicentes vidi arrestū in casu simili latum per curiam parlamenti.Sed dic ꝙ huiusmodi iudicia nihil faciunt dato ꝙ sit verum cum non sint redacta in corpore iuris.tum etiam quia non exemplis sed legibus iudicamus.l.nemo.C.de senten.⁊ interlocut ōnium iudic.nisi quando est dubium dixi.s.in prefa.nu.52.

¶ Preterea attende ꝙ Archiepiscopus Bituricen.dicitur primas in Francia prout ⁊ archiepiscopus Uiennensis refert franci.de patauinis in trac.ne sede vac.in preludio vj.ṽsi.Sunt etiam primates:de Bituricen.habetur in.c. fi.s.de maior.⁊ obedien.⁊ in.c.exposuit de dila.

¶ Uide Joa. montaigne in trac.de auctori.sacri concilij. querela enim est antiqua de primatia aquitanie inter Bituricen.Archiep̄m ⁊ Burdegalen.que sumpsit exordium seu datus est libellus in ea/coram Gregorio.ix.in qua erat aduocatus rofredus vt testimoniū perhibet in rub.q̄ iura babeant primates in suffraganeos suos.vbi idem dicit de tolletano cōtra cōpostellan.archiep̄m.

¶ Jdem babes ꝙ archiepiscopus Bituricen.eo ipso ꝙ in archiep̄m eligit etiam eligitur ⁊ ei sibi prouidetur de canonicatu ⁊ hoc de speciali consuetudine de qua per glo. in.c.pe.⁊ ibi Jo. And.loquens de archiepiscopo Bituri.

s.de cōces.prebē.que cōsuetudo seruatur in ecclesia Ebredunen.& dignen.ipsius suffraganea/scdm Hostiē. Ibi:qui dicit se testimoniū phiberē/quia vidit & palpauit quod facilime credendum venit: quia archiepiscopus Ebredunē. erat/vt patet ibi in ecclesia nostra/ scilicet Ebredunensi. Philippus Probus.

¶Bonifacius Octauus. Cap. xx.

QVi contra certam & nominatam personam ne ab alijs eligatur, ad sedem apostolicam antequam fiat electio duxerit appellandum, debet per omnia in appellando seruare formam constitutionis fœlicis recordationis Grego.pape.x.predecessoris nostri, vt circa, editę in concilio Lugdunen.ac si electione iam facta eum contigeret appellare. ¶Alioquin non obseruans pœne constitutionis eiusdem se nouerit subiacere.

QVi contra, Hic interpretatur decretalis: vt circa.s.eo. Et sic fuit diffinitum in facto Frigien. Et par ratio/ simile ius suadere videtur.C.ad legem falcidiam.l.finali. Joan.Mona.Cardi.

¶Bonifacius Octauus. Cap. xxj.

SIcut cum per formam scrutinij ad electionem proceditur, est per vnum pronuncianda & facienda communis electio secundum canonica instituta sic & per vnum debet fieri, cum per formam proceditur compromissi. ¶Quāuis in arbitris compromissarijs lex humana innuat quod ab eis omnibus sit pronunciatio facienda, alioquin a pluribus compromissarijs facta simul electio eo ipso viribus non subsistat.

¶Summarium Domini ioannis Monachi Cardi.

1 Actus sunt suppositoꝝ/vel singulorum.
2 Collegium licet ex multis constituatur / est tamen vnum representatione.
Facile est vt aliquid reducatur/ ad id a quo effluxit.
3 Prout contractum est/peti oportet & sententia debet pronunciari/vt petitum est.
4 Plures iudices delegati habēt cām ab vno/nō sic arbitri/ Redditur iudicium in inuitum.

SIcut cū p formā, Aboli erat statutuz: q qñ pcedit p viā scrutinij:cōis electio sequi debet.s.eo.quia pPter/ &.c.in Genesi. Et hodie statuit:qñ pceditur per viā cōpromissi. Sed que fuit ratio. Respōdeo. Collegiū eligit.xvj.q.vlti.capi.vltimo. 1 Quia cū * actus sunt suppositorū vel singuloꝝ/ scdm philosophū Iste actus qui est eligere/sic cōpetit collegio/ quod singulis de collegio cōpetit:cū quilibet cōtemptum suū psequi possit.j.eo. Eccłia.ij. Unde vt res ad suā naturā reuertat: pulsum est dictis casibus/vt fiat electio cōis per vnū non 2 per plures. ¶Collegiū* eñ licet ex multis cōstituatur/ est tamē vnū representatione arg.ff.de fideiusso.l.mortuo in fine. Et constat q in forma compromissi vice omnium est ecclesie viduate prouidendū.s.eo.quia propter &si.vel saltem. Et ideo decet vt in hac forma fiat communis electio vt res suo principio a quo fluxit attestetur/siue ad id reducatur qd est facile.ff.de pactis.l.si vnus.§. pactus &si.qd in specie.ff.de libe.& posthu.l.filio q.

¶Sed quid si sit cōpromissum in vnum vt. s. eo.causam: dic q eius factum totum est vnum. Unde non est necesse reductione ad aliū cum non.sit recessuz ab vno vt.d.c.causam[facienda].ff.de arbi. Item si vnus.§. Item si plures .§.fi.&.l.sequenti.& ibi.not.

¶Et est ratio. Quia vbi i plures compromittitur:& vt in plures necesse fuit vt oēs pronunciarent/quia prout con3 tractum est:peti oportet/& sententia * debet promi vt petitum est.ff.de arbi.l.pedius insti.de actio.§.huic autem.ff. communi diuidundo.l.vt fundus.j.de Symo.licet hely.j. de accu.qualiter & quando circa finem.

¶Et idem dic in pluribus delegatis iudicibus. ff. de re iudi.l.duo ex tribus.

¶Dicunt tamen quidam esse satis / q vnus pronunciet alijs presentibus & consentientibus:secus in arbitris: qr 4 plures * iudices delegati habent causam ab vno/non sic arbitri.et magis arbitrium pendet a partibus/cum sit voluntarium q iudicium/quod reditur in inuitum.ff.de &bo.obliga.inter stipulantem.§.j. Et ideo iudicium reduci potest conueniētius ad vnum q arbitrium:hodie tene quod habetur.j.hoc.lib.de re iudic.cum ab vno. Jo.mo.Car.

¶Bonifacius octauus. Cap.xxij.

STatutum fęlicis recordationis Gregorioij .x. papæ prędecessoris nostri de his qui ad parrochialium ecclæsiarum regimen assumuntur promouendis ad sacerdotium ecclesiarum regimen assumuntur promouendis ad sacerdotiū infra annum.alioquin eisdem ecclesijs sint priuati. ¶Quod(cum sit pœnale)restringi potius conuenit quam laxari.

¶Declaramus ad collegiatas ecclesias,etiam si alias parrochiales extiterint, & assumptos ad earum regimen non extendi, sed antiqua iura seruari debere potius in eisdem,

¶Summarium Dñi ioannis monachi.

1 Penale est restringenduz.
2 Appellatione ecclesie parrochialis non continetur ecclesia parrochialis habens dignitatem presidentie.

STatutum, Hec decretalis interpretatur.c.licet canon.s.eo.vt dictum.c.dignitates non comprehendat.

¶Et est ratio.s.eo.c.cum in cunctis habebatur certa forma in dignitatibus & ecclesijs parrochialibus. E qd ibi erat ferende sentie fit late in.c.licet quo ad ecclesias prochiales. Ergo in alio stetur iuri antiquo.C.de appella.pcipimus in fine.C.de testa. sancimus .j.de priuileg.pastora.j.eo.constitutio.

1 ¶Alia etiā rō hic reddit cū.d.c.licet/sit * penale & sic restringendum.ff.de pe.l.interptatione.j.hoc lib.de preben. qquis.j.j.respō.j.hoc lib.de fil.pbro.c.j.i fine ['extiterint]
2 Hic nota appellatione * ecclie parrochialis nō cōtinetur ecclia prochialis hñs dignitatē psidētie quo ad collegiū Et est ratio. Nam noiando parrochialē ecclaz non cōprehendit dignius in illo gñe. C.de aque duc.l.eos lib.xj.& nota.j.hoc.lib.de regul.iur.i gñali & iā non habet denoiari a a ecclia prochialis.sed dignitas.j.de pben.extirpande.§. qui vero.&.j.hoc.lib.de pben.sup eo. Jo.mo.Car.

a Abet denoīari. Istō facit ad id quod notat Car. consi. 30. Quidā a/presbiter. colū. j. ꝙ quando concurrunt ad idem cura collegij ⁊ cura parrochie sufficit de cura collegij fieri mentionē tanꝙ de principali. Parrochia enim adherens parrochie pro nulla estimatur per tex. nostrū ibi etiā si alias parrochiales extiterint/ ⁊ illud fortificat per dictū Joan. mo. hic cuꝫ quo Archi. Fit enim denominatio a potiori: quando due qualitates iungūtur in vnū subiectū: vt in auten. vt iudi. sine quoquo suf. §. illud tn̄. colū. ij. Sic etiam in electione cū coniunguntur forma scrutinij / ⁊ forma cōpromissi/licet limitati. s̄. hoc titu. cap. dilecti. ⁊ capi. cum expediat hoc libro. Uide que dico. in capi. super eo. j. de prebend. ⁊ late per Signo. de homedeis. consi. clxviij. in curia. Probus.

Bonifacius Octauus. Cap. xxiij.

SI cui eligendi potestas data fuerit sub hac forma vt ipse secreto & sigillatim votis singulorum de capitulo exquisitis & in scriptis redactis, illum eligat in quē plures de capitulo partium comparatione minorum consenserint, licet consentientes maiorem partem totius capituli nō attingāt, ipseque facto huiusmodi scrutinio, & in scriptis redacto, iuxta traditam sibi formam eum in quem non maior pars, sed plures de dicto capitulo, quam in quenquam alium direxerant vota sua duxerit eligendum. Talis electio (cum præter formas quas generale cōcilium seruare statuit in electionibus celebrandis, decernens eas si aliter fierent nō valere fuerit attētata) robur nō obtinet firmitatis.

Sūmariū Do. Ioan. mona. Cardi.

1 Quando est data certa eligendi forma/electores illam nō possunt excedere.
2 Totū capitulū potest dare potestatē vni: ergo illi qui habebit maiorē partē cōparatione minoris.

Summarium Domini Philippi Probi.

1 Ratio ⁊ mēs sunt sicut aīa/⁊ v̄ba sicut corpus/⁊ sup̄ficies
Actus nostri debent regulari a ratione.
2 Sententie sunt preponende verbis: sicut anima prefertur corpori.
Probabiles rationes p̄ponūtur opinionibus doctorum.
Ubi habet locum ratio/ibi habet locum lex.
3 Data paritate testium / credendum est eis qui meliorem assignant rationem.
Non valet statutum quod credatur testibus deponētibus sine ratione.
4 Homo qui nō vtitur ratione/nō est homo sed bestia.
Omne disputatione agendū: ⁊ ratione iuuandū est.
Qui sine ratione loquitur deridendus est.
5 Ratio que redditur/debet esse concludens.
Ratio que est eadem cum dicto non probat: quia non concludit.
6 Ratio ⁊ intellectus idem sunt.
7 Correcta ratione legis/⁊ ea restricta etiam lex corrigitur ⁊ restringitur.
8 Maior ⁊ sanior pars copulatiue in electionibus ecclesiasticis requiritur.
9 Maior pars reputatur pro toto. vide fallentias hic.
10 Turpis pars esse dicitur que suo non congruit vniuerso.

a 1 SI cui, Ratio huius capituli est hic. Qr * cū certa forma data sit eligendi. s̄. eo. quia propter electores iure astricti illam non possunt excedere ar. ff. de lega. primo nemo. Et ideo quicquid factū est contra concilium quia ꝓpter. illud totum est irritū vt hic. b 2 Sed quero * totū [b] capitulum posset dare vni ptātē. s̄. eo. causā c ergo illi qui habebit maiorē [c] partem comparatione minoris. Solu. primum factum non est damnatū: sed secundum sic vt hic ⁊. s̄. eo. quia propter.
Item primo casu est voluntas totius capituli transferēdo in vnum solum potestatem eligendi: sed hic non trasfertur sed vota scrutari mandātur/quibus scrutatis non deuenitur ad maiorem partem capituli.
Et sic vota istorum/capitulum non faciunt secus si vota d facerent maiorem [d] partem. ff. de regul. iuris. Aliud §. referatur. C. de legatio. l. si quod. lib. x. ⁊. j. de his que fiunt a maior. parte capituli. c. primo. ⁊ est expressum. j. eo. cum expediat. Jo. mo. Cardinalis.

a 1 RAtio/Que prout * ⁊ mēs sunt sicut anima ⁊ verba ac sicut corpus ⁊ superficies. Et sicut homo constituitur ex anima ⁊ corpore/sic dispositio ex mente seu ratione. Et sicut corpus regulatur ab anima seu regulari debet: ita actus nostri debent regulari a ratione.
Est enim ratio anima cuiuscunque dispositionis. l. non dubium vbi Bal. C. de legib. ⁊ Panor in. c. fi. col. iij. s̄. de rescrp. Ideo magis attendimus rationem intellectus ꝙ̄ vocabula ⁊ verba. Pro hoc Bal. in. l. si quis seruo. C. de fur. Petrus de Ancha. in. c. canonum statuta in fine. s̄. de constitu. facit tex. in. l. scire oportet §. sed ⁊ si maxime. ff. de excu. tuto.
2 Itē * sententie preponende sunt verbis/sicut anima prefertur corpori/facit. c. sedulo. xxxviij. di.
Itē rō canoni equiualet/⁊ probabiles rationes preponderantur opinionibus doctorū. Franci. Cursius con. lvij. nu. xv. super eo vide que dixi post Jo. mo. in. c. primo. s̄. de constitutio.
Item vbi habet locum ratio ibi habet locū lex. Pet. de Ancha. cō. ccxv. col. fi. scripsit papa.
3 Item data * paritate testium/ credendum est eis qui assignant meliorem rationē. Fely. in. c. licet causam. col. viij. de probatio. ⁊ est tex. in. l. heres absens §. proinde. ff. de iudi. in tantum ꝙ non valet statutum/ꝙ credatur testibus deponentibus sine ratione secundum Bal. in. l. si non speciali ad finem. C. de testa. quod sequitur Fely. vbi. s̄.
Et dato ꝙ valeret/debet intelligi si nō fuerūt interrogati vel nisi assignant malam rationē. Decius con. xxxvij.
Alia de ratione reddēda vide Do. meū de ripa. lib. ij. inter. c. si quando. nu. xx. cū sequen. qui subdit nu. 28. ꝙ hō q̄ 4 * nō vtitur ratione nō est hō/sed bestia ꝛm glo. in auten. de mo. in pri. in verbo decētē. coll. j. Oē eīm disputatiōe agendum/⁊ ratione iuuandū est. c. vides. xxiij. q. v. facit tex. c. nulla ratio. s̄. de p̄ben. ⁊ qui sine ratione loquitur deridēdus est. l. ⁊ an vltro §. j. ibi sed celsus elegāter deridet. ff. de nego. gest. q̄ lex facit contra docto. q̄ ꝯsulūt sine lege et 5 rōe testatur Bal. in p̄ludio feudo. Itē ratio * q̄ redditur debet esse ꝯcludēs tex. in. d. c. si quādo. ibi. rōnabilē cāꝫ merito dicimus ꝙ testis assignās rōnē q̄ sit eadē cū dicto nō probat quia talis ratio non concludit. l. fi. ff. de offi. procura. cesar. l. quod labeo. ff. de carbo. edic. Baldus in. l. solam. C. de testibus. tex. in. l. qui interrogatus. ff. de petitio. heredita. Bar. in. l. curatores. ff. de offici. procurato. Cesarꝫ. post tex. ibi.
Pro p̄missis vide eūdē Pe. de ancha. ī repe. d. c. canonū statuta Carta mihi. 15. ibi ⁊ concludo ꝙ si rō in lege non

exprimitur: debet intelligi naturalis ꝛ verisimilis ꝙtũ potest. Nec dicetur interpretatio extensiua/sed intellectiua: quia * intellectus ꝛ ratio idem sunt/facit.l.vnum ex familia.§.imperator.de lega.ij.ꝛ quod notat Bal. in.l.ꝙuis.C. de fideicõ.ꝛ latius Alex.cõ.89.col.2.ꝛ.4. Circa primũ.volu.6.dico in ca.primo.de tẽpo.ordinã.facit equidem. Nam quo ꝓgreditur ratio que est anima legis: ꝓgreditur ꝛ ipsa lex. Bart.in.l.regula.§.si quis. ff. de iur.ꝛ fac. ignor. Et correcta * ratione legis ꝛ ea restricta/etiã lex corrigitur/ꝛ restringit.l.adigere.§.ꝙuis.ff.de iur.patro.c.cuz cessante.s̃.de appel. Alex.in.l.ex facto. in.ij.no.ff.de vulga. Idẽ in.l.j.col.ij.ff.solu.matri. Iason in.l.qð dictũ.ff.de pac.

6

7

¶ Pro premissis/ postremo habes quod notat Petrus de Ancha.con.xcvj.Vsi.in contrarium. Super dicto dubio ꝙ nec minus rationes efficaciter concludentes sunt considerande ꝙ cortices verboꝝ/imo magis intentioni ꝙ verbis deseruire debemus/prima.q.pria marchion. Idẽ Petrus con.cxj.col.ij. Ex supradicta:qui dicit. con.clix.col.ij. Rationes ꝙ magis mens ꝙ verba debet considerari maxime quãdo ex verbis ad corticem intellectus resultat vitiosus.vt.l.scire oportet.§.aliõ aũt.ff.de excu.tut. Probꝰ.

b ¶ Totum capitulum/ Totum hic non capitur pro maiori parte/prout in sequen.dico. Nam in tali subdelegatiõe requiritur/ꝙ fiat de licentia omniũ/ Feli. in ca.cum oẽs sub nume.xviij.versi.xiij.fallit. Probus.

c ¶ Maiorem partem. Adde Roma.consi.366. Queritur nunquid. Probus.

d 8 ¶ Maiorẽ/Que maior * ꝛ sanior pars (dico copulatiue) in electionibus ecclesiasticis requiritur scðm magis cõem opinionẽ doc.in cap.qꝛ ꝓpter.s̃.hoc titu.firmat Alex.cõ. cxcij.nu.7.perspecta.vol.vij.vbi late disputat/an id habeat locũ in electionibus prophanis quod videre placet.

9 ¶ Ulterius adde in proposito. Bart.in.l.cum delanionis. §.sabinus.ff.de fundo instructo dicentem: ꝙ maior * pars reputatur pro toto/per illũ tex.quia si statutũ dicat. Quicũꝙ habitauerit per tot annos sit ciuis ꝙ videtur habitare qui maiori parte anni/ꝛ causa manendi ibi habitat. Itẽ in simili si plures ludunt ad palletas quando proijcitur lapis ad certum signum si lapis frangitur in duas vel plures partes attendi debet tm̃ maior pars/ꝛ scðm illam iudicari quis sit ꝓximior signo.glo.insti. de reruz diuisio.in.§. Religiosum.quã ꝓ hoc allegat Cepo.in suis cõ.cri.consi. xix.colũ.ij. Datũ est damnũ. Ista quippe regula fundatur in.l.quod maior ibi pro eo habetur/ac si oẽs egerint.ff. ad municipales. Et sic ratione huius clausule/ ac si verificatur:ꝙ non vere/sed per fictionẽ quandã/ vt dixi late. s̃. in cap.cũ in tua de consuetu.versi. hanc eñ materiã perinde. Et ratio huius regule videtur in euidenti apparere: quia negocia vniuersitatis nunꝙ possent (saltem de facili) expediri si oẽs deberent cõsentire. Unde scðz Bar.in.l. quicũꝙ/cl.ij.in fi.de omni agro deserto.lib.xj.C. Quãꝙuis dicatur in aliquo actu de consensu oim. Idem tamen esse videtur in cõsensu maioris partis. Idem Bal.in.l.rescriptũ. in prin.per illuz tex.ff.de pac.ꝛ in.l.veterẽ.ff.de aucto.prestã.firmat Calca.in cõsi.primo.col.3.ꝛ.4. quẽ videas precor si nõ graueris. ¶ Et licet hec regula sit iuribus ꝛ auctoritatibꝰ in schola legali ꝛ canonica cõprobata/vt videre licet per ea que tradit lapus alleg.pe.tamẽ videtur moderanda. Primo nisi constet de mente disponentis ꝙ precise cõsensus oim requireretur quod verificare poteris ꝑ glo.no.in cap.vbi periculuz.§. Idem quoꝙ in verbo singulis in fine.s̃.hoc.ti.ꝛ in cap.cupiẽtes.eo.ti. Firmatur per Bal.in.c.nõ potest.s̃.de re iudi.vbi citat ꝙ maior pars attenditur/ nisi expresse statutum sit: ꝙ omnes debeant consentire. Et illi de vniuersitate statuere possũt ꝙ in aliquo actu omnium consensus precise requiratur: notat Panor. in capi. constitutus.colum.penul.in versicu. Ex quo notabis. s̃. de appella. Et ratio resultat ex dictis Bald.in.d. capitu.non potest: quia ille numerus datus est pro forma/ qua non seruata corruit actus tanꝙ deficiente substantia: secus si adhereret actui tanquã qualitas/que facilius remouetur siue inducitur ꝙ substãtia glo.fina.in l. talis scriptura.ff.de lega.primo.

¶ Contra tamẽ huiusmodi moderationem habeo id quod notat (post docto.in capi.primo. s̃.de his que fiunt a maio.parte.capi.) Alexan.consi.ccxxiiij.in re tam graui. vol. vj.ꝙ si capitulũ statuat ꝛ determĩet ꝙ in aliquo actu reqraꝛ concordia maior ꝙ maioris partis nõ valebit statutũ.

¶ Moderare. ꝛ secundo non habere locum vbi maior vellet aliquid statuere contra illud quod iam semel ordinasset:ita dicit in effectu Inno.in.c.hũilis. s̃.de maior.et obediẽ. Pro quo vide Fely.in.c.cũ oẽs col.x.sub nu.xviij: Vsi.fallit.ij.s̃.de cõstitu.q nõ videꝛ hãc indist ncte tenere ꝑ ea tñ facit.c.oĩs res.s̃.de regul.iur.ꝛ.l.vulgata in scholis nihil tam naturale.

¶ Moderare ꝛ.iij.nisi alij vellent statuere contra ius vt dicit idem Inno.in.d.c.cum omnes refert ꝛ sequitur roma. in repeti rubri.ff.de arbit. Bal.in.l.fi.C.de auctoritate prestan.facit quod not. Domi.con.lv. col.ij. Quidam populꝰ ꝙ preualet dictum vnius habentis in sua contradictione conformitatem iuris:ita vt ei stetur contradictum omniuz de vniuersitate.xxxj.di.c.nisena.

¶ Moderare ꝛ.iiij.non habere locũ vbi tractatur de reformatione alicuꝰ officialis in ciuitate:qꝛ tũc nõ est sufficiẽs maior pars/sed opus est ꝙ omnes in vnum consentiant. Iste est casus singularis secundum omnes in autẽ.de defen.ciuita.§.ꝛ si quidez ibi communi consensu ꝛ nullo reluctante:ita dicit roma.in.d.repeti.ꝛ Angelus de perusio in l.maiorem.ff.de pac. Et hoc de iure communi: secus si aliter disponeretur per statuta secundum Antho.cor. in singul.in verbo vniuersitas: vbi ponit alias modificationes ꝛ latius Fely.in.d.cap.cum omnes.vbi ponit vsꝙ ad numerum.xiij. Aliam modificationem poteris colligere ex dictis Maria. Sozi.cõ.xlv.col.pe.visa appellatione videlicet qñ actus geriꝛ in ꝑiudicium singulorum de vniuersitate:quia tunc regulariter omnes debent consentire glo. Inno.ꝛ canoniste in.d.c.cum omnes.s̃.de constitu. Bar. in.l.quidem.maior.ff.ad municip. Bal.in.l.fi.de auctoritate prestan.C. Istud vltimũ cõprobat Pet.de Ancha.con. x.col.fi.videꝛ efficaciter posse.vbi dicit ꝙ istud vulgare ꝙ nõ licet mẽbrũ a capite discedere.c.pe.s̃.de maio.ꝛ obe.et

10 Freder.con.j.col.ij.iuxta illð. Turpis * ps q̃ suo non congruit vniuerso.c.illa.c.de his ꝛ.c.nouit.xij.distinc. intelligiꝛ cũ caput seu maior pars(q̃ regulariter venit sequẽda)aliqd salubriter ꝓ cõi vtilitate statuit:ꝛ aliqd illicite caput non attẽtat.alias secus quia hoc in casu laude dignus est q̃ caput nõ sequitur.vt.c.si qs vbroꝝ. s̃. de reb. eccle.nõ alie.facit.l.oẽs iudices.C.de appel.qð sequitur Domi.d.cõ.lv.in fine. Itẽ teneꝛ minor ps sequi maiorem cũ vtiꝛ iure suo secus si abutiꝛ/puta delinquẽdo. Tũc eñ alijs nõ ꝑiudicat.l.j.§.j.ff.de mag.cõue. Et tũc est verum cũ vtiꝛ,re ad vsum destinatũ/secus si ad vsum insolitum ꝛ grauamen singuloꝝ/quia hoc casu stat rꝫ qð oẽs tangit ꝛc.no.in.c.cũ oẽs.s̃.de ꝯstitu.in.c.hũilis.s̃.de maio.ꝛ obe. ꝛ in.c.bone.ij.s̃.de postul.prela. Probus.

¶ Bonifacius octauus. Cap.xxiiij.

QVorundam oculos sic vitium ambitionis excæcat quod quasi suę professionis immemores / qua contẽptis honoribus adiectis diuitijs,sprætisque delitijs, arbitrium proprium subiugarunt alterius ditioni,retro respiciunt ad aratrum manumissa dum pręcipitanter ruunt in litigiorum anfractus, & causarum strepitibus se inuoluunt & extra administrationes proprij ordinis solium pręlaturę conscẽdere moliunꝛ electiõibꝰ, postulationibꝰ seu ꝓuisiõibꝰ de se in discordia celebratis ĩprouide prẽstãdo consensũ præbẽdi assensũ a suo superiore nonnunquã extorta licentia potius quam obtenta,ex quo animarnm & ecclesiarum dispendia noscimus prouenisse,& prouentura maiora in antea verisimiliter formidamus.

¶ Volentes igitur huic pesti salubri remedio obuiare, præsenti constitutione sancimus, vt nulli religioso prædicatorum minorum heremitarum sancti Augustini, aut quorumlibet mendicantium ordinum ex electione, postulatione, prouisione, seu vocatione, ad aliquam extra administrationem sui ordinis prælaturam in discordia de se facta ius de cætero acquiratur nec eorum aliquis tali electioni, postulationi, prouisioni, aut vocationi, quoquo modo valeat consentire etiam si magistri aut ministri vel prioris generalium eorundem ad id accesserit licentia vel consensus.

¶ Circa religiosos quoque alios cuiuscunque conditionis vel status existant, volumus hoc seruari, vt nec ipsi electionibus, postulationibus, prouisionibus, aut vocationibus, a minori parte numero ad prælationes quaslibet de se factis (quæ hoc ipso quod a minori parte processerint nullũ prorsus tribuant ius eisdem) suum audeant præstare cõsensum, etiam si super hoc assensus vel licentia suorum interuenerit prælatorum.

¶ Nos enim quicquid contra præmissa vel eorum aliquod a quoquam cõtigerit attentari, omnino decernimus irritum & inane.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi.

1 Electio qñ dicitur facta in concordia vel discordia. Refert an in limine tractatus appareat euictor.
2 Jus quesitum ex electione concordi ex discordia secuta/ non corrumpitur.
3 Leuius quis repellitur ab administratione professionis aliene/ q̃ proprie.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Initiũ attẽditur in electione/ vt dr facta in cõcordia.
2 Qualitas adiecta participio siue verbo debet adesse tempore celebrati actus.
3 Occasio discordie ex litibus & contentione nascitur.
4 Personas que non faciũt numerũ in electione vide hic.

Vorundã. Hec decretalis diuiditur in quatuor partes. Primo ponit prohemium ad dicenda super electis religiosis extra a admi nistrationes sui ordinis in discordia. Secundo §. [volentes] illud prohemiũ in religiosis mendicantibus pertractat. Tertio §. [circa] in religiosis non mendicantibus. Quarto §. [nos enim] actum in contrariũ irritat [in discordia.] Aliquid * dicetur discordia si sit mota post electionẽ quãdocunq; & cõcordia si reducatur ad cõcordiam quandocunq;/ Respondeo. Litera dicit: electio est facta in discordia. Et tunc b dico discordiam c licet post deueniatur ad concordiam/ quia verum est ipsam electionem factam in discordia. Sed dico concordiam que fuit in fine electionis/ & ipsa facta licet postmoduz apparuerit d contradictor. Et sic vidi seruari in simili. s. eo. nihil est ad finem. Et refert an in limine contractus appareat euictor/ vel non. C. de euictio. si post/ quod est verum quo ad priuilegium dicti capi. nichil/ quia * ius quesitum ex electione concordi ex discordia sequuta non corrumpitur. l. fi. C. de nup. secus. s. eo. c. cupientes §. si vero. ¶ Circa: hunc §. intelligo f de his religiosis qui assumuntur extra sua monasteria sicut precedens loquitur de mendicantibus electis extra administrationem sui ordinis: alias prohemiuz loquens de administrationibus extra electi ordinem nõ faceret ad propositũ & hoc. c. §. nõ adeo artantur religiosi non mẽdicantes/ sicut in superiori §. artantur mendicantes quorum electio in discordia non valet. Sed aliorum sustineri potest non irritatur hic si non fuerit facta a minori parte numero & hic §. innuit hoc: qui pcedenti non aduersatur/ sed continuatur f in verbo quoq; hoc etiam innuit verbum quod est infra. s. licentia suorum prelatorum. ¶ Et est ratio predictorum quia leuius * repellitur quis ab administratione professionis aliene q̃ proprie [parte numero] quod intelligo de facto g non de ficto per seductionem faciendam: alias nihil adijceret hec constitutio ad iura antiqua.

h ¶ Et intelligo: siue eodem pretextu fuerint facte due h electiones siue ex interuallo. Et sic declarauit papa in facto monasterij Aramacensis Trecen. diocesis me pñte. ¶ Sed contra. s. eo. si qñ. Sol. illa ponit aliam prouisionẽ contra attenuationem. ad quam quis non admittitur isto casu. hic ponit aliam prouisionem ad artandum monachos electos minori numero extra sua monasteria. Jo. mo. Car.

a Extra. Uide que in proposito dicit Decius in con. 523. alias scripsi. Philippus Probus.

b ¶ Et dico. Hic habes * attendere initiũ: videlicet vt ab initio facta sit electio in concordia. Quod modera non procedere in electione monialiuz q2 eo in casu sufficit supueniẽtia ꝯcordie tex. est in. c. indemnitatibus §. si autem nulla. ĩ. hoc ti. Car. in cle. quia circa. q. v. eo. ti. vbi ponit aliam fallentiaz. Et dic initium attendi ex vi huius verbi celebratis/ scd̃m archi. hic col. ij. q̃ in hoc concordat cũ Jo. mo. & sequitur Pet. quia qualitas * adiecta participio siue verbo debet adesse tẽpore celebrati actus. l. in delictis §. si extraneus. ff. de noxa. & l. titius. ff. de testa. milita. Prob9.

c ¶ Discordiaz. Cuius * occasio ex litibus & contẽtione nascitur. l. seru9. ℣. sed si aliqua. ff. de actio. & obliga. l. cũ oportet §. sinautem res in fi. ff. de bonisq; liber. Decius. consi. 520. numero. x. in causa. Probus.

d ¶ Apparuerit. Scribẽtes hic ĩ hoc nõ discordãt a Jo. mo. quem sequitur Stepha. in cle. q; circa eo. prout ibi refert card. q. iiij. Firmat idem Jo. mo. in. c. fi. hoc. ti. Probus.

e ¶ Intelligo. Oldra cõ. ciij. qd̃ exorditur. Questio est: pluribus fũdamẽtis/ hic per Petrum ad calamũ relatis videt ꝯcludere §. circa nõ habere locũ ĩ monacho electo ad abbatiam proprij monasterij & sic tenere opinionem Jo. mo. & archi. cõtra quos hic tenet Jo. And. tã in glo. in verbo quaslibet/ q̃ in nouel. vbi dicit q; fertur Jo. papam suam in consistorio publico approbasse opinionem quem sequitur Pe. de Ancha. in fine. Domi. & Francus hic qui dicit q; ita approbat curia et ita hodie tenenda est indistincte. cle. j. eo. ti. & est verior secundum Domi. Et sic procedit tex. non solum si electio sit facta de religioso non mendicante in alio monasterio etiam eiusdem ordinis/ sed etiam si in eodem/ & proprio monasterio propter verbuz quaslibet in tex. descriptum: quod comprobat constitutionem fore generalez ad quecunq; beneficia vbicunq; sita.

¶ Hinc sumpta occasione phũs hic post Domi. dicit q; si religiosus sit presentatus ad ecclesiam parrochialem a minore parte patronorum non valebit presentatio cum in ea locum habeat iste tex. vt hic per eos nec premissis refragantur verba in tex. posita ibi vel licentia suorum interuenerit prelatorum: de quibus Jo. mo. suum fulcit intentuz. quia secundum Domi. hic licet quis eligatur ad proprium monasterium: tamen requiritur licentia proprij superioris sui/ & si non mediate tunc saltem immediate. s. episcopi qui hoc casu succedit abbati vel alteri prelato defuncto. c. si religiosus hoc ti. Non refragatur etiam hec dictio quoq; q2 secundum Joannem Andream. Domi. & Franc. potius videtur ordinis copulatiua: id est superuacua/ vt potius ponatur ad ornatum q̃ copulatiue vt patet in. c. si motu de prebendis hoc libro. & capitulo sequenti cum similibus. Philippus Probus.

f ¶ Quoqȝ. Uide pro hac ⁊ intento principali Decium con-
si. cxxiij. alias scripsi. Probus.

g ¶ Non de facto/ Pro hoc habemus hodie tex. in cle. quod circa. eo. ti. vbi glo. dicit ꝙ tex. ille approbat dictum Joan. mona. ⁊ Archi. hic. ¶ Et pro intento ⁊ illius intelligentia pone. Sunt duodecim canonici regulares vel monachi/ procedētes ad electionem pastoris. Octo eligūt. S. ⁊ quatuor. P. hac electiōe sic facta reperiūtur ipsi octo excōicati/ aut suspensi/ medio cuius. P. dicit se electum a parte maiori/ ⁊ eo medio ꝙ eius electio tāquā validior debet cōfirmari. An veniat audiendus? Et dic ꝙ nō: qꝛ licet reperiatur electus a maiori parte respectu habilium/ ⁊ sic fictione/ nō tamē respectu numeri/ vt hic requiritur. Mens eīn cle. quia circa/ eo. ti. super qua fundatur doctrina Jo. mo. est: ꝙ alias habens vocē ex fictione/ non excludatur a numero. Secus si nō habeat/ nec in actu/ nec in habitu: vt
4 sicut * nō ꝓfessus impubes/ nō cōstitutus in sacris. Itē qui venire noluit. Item qui declarauit eligere nolle. Itē notorie excōicatus ⁊ declaratus inhabilis per sentētiam hoīs. Et ille qui ad aliud monasteriū trāsierit. Itē qui suo beneficio (ratione cuius vocē habet) renūciauerit ⁊ renūciatio est per superiorē admissa. Itē intrusus in beneficio ꝓpter quod vocē habet. Itē ille qui priuatus est bñficio ipso iure propter quod etiā vocē habet. Quia isti nō cōputātur in numero ꝑsonarū nec vocū. Ita dicūt Domi. in capi. Indēnitatibus. §. sanc. colū. ij. j. hoc titu. Joā. de imol. ⁊ Car. in. d. cle. qꝛ circa post glo. ibi/ qui ibi. colū. ij. verificat de notorie excōicato. Quia nō fuit de intētione huius capi. ⁊. d. cle. qꝛ circa ꝙ cogerētur nō excōicati cōicare excōmunicato quod iura prohibent etiā Gallicana: vt patet in titu. de excōmunica. non vitan. in fine in pragma. ⁊ cōcor. Alia verificat/ in colū. 4. questio. xij. de impubere: per cap. ex eo ꝙ ⁊. d. capi. Indēnitatibꝰ. j. respō. hoc titu. de nō ꝓfesso: per cap. nullus eo. de non constituto in sacris/ ꝑ cle. vt hi qui vbi glo. de eta. ⁊ qualita. Probus.

h ¶ Due. Idē si fiat vna sola/ sed a maiori numero scdm Joan. and. hic in nouel. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xxv.

notari aliqua subreptio vel ambitio. Et sic citra culpã / nõ
debet in aliquo puniri ar.c .quesiuit. s̃.de his que fiunt a
ma.parte capituli:vbi glo.ampla.Panor.con.99.col.pe.in
3 questiõe que ad p̃sens volu.ij. vbi citat ꝙ * quelibet res
nõ debet excedere effectũ suum ⁊ trãsire ad alias perso-
nas:hanc opinionez cõproba per ea que voluit Antho.de
butrio in.c.tuam.s̃.de eta.⁊ qualita.vij.no.vbi dicit ꝙ mo
tus proprius cadit in inferiorem a papa. Firmat cal.con.
iij.in ti.de p̃ben.hinc glo.regul.cãcellarie.xv.ꝙ si vn⁹ ha-
beret ꝓuisionem legati motu proprio/⁊ alius eodem die a
papa ad supplicationem ꝙ prefertur habens motu ꝓprio
a legato. Et idem credere de motu ꝓprio ordinarij de quo
motu/vide glo.in.c.si apostolice de p̃ben.hoc lib.vbi recor-
datur de motu ꝓprio capituli. Ad idem glo.regule cãcel.
xx.de motu ꝓprio ipsius ordinarij. Non eñ inuenio ꝓhi-
bitum ꝙ ordinarius non possit cõferre motu proprio/ ⁊ se
vocare seruuz seruorum dei prout ⁊ papa. Quo ad proui-
sionem legati motu proprio factam firmat Do.nicol. boerij
in trac.de po.lega.in.iiij.preludio.col.iiij . Et quo ad mo-
tum propriũ ordinarij dicit Car.notabiliter in.d.cle.ij.in
4 fine ꝙ ordinarij * originales intelligũtur prouidere ec-
clesie motu proprio:cum ad hoc teneantur. Nec debent be
neficium conferre nisi persona sit bene nota. Sed papa et
legati prouident personis ⁊ non ecclesijs principaliter.
Pro hoc habeo doctrinam Jo.mo.in.c. statutum sub nu.
xij.ibi. Sic delegatus noscẽs partes videtur potius com
mittere persone q̃ dignitati.s̃.de res. Jdeo in eorũ prelu-
dijs dicitur volẽtes tibi gratiam facere specialez. Ordina
rij vero inter incumbentia onera illos nõ magis solicitant
vt ad ecclesiias vacantes vt personas idoneas p̃ficiamus
Jdeo aduertentes talem ecclesiam vacare/⁊ talẽ esse ido
neũ ⁊c. Quod idem dic in papa in his in quibus iure ordi
nario ⁊ principali prouidet qui exorditur dum ad vniuersi
orbis ecclesias iuxta pastoralis debitũ officij cui disponẽ
te dño presidemus/apostolice diffundimus cõsideratiõis
intuitũ illarum nimirum ꝓpensiori cura nos auget quas
suis pastoribus destitutas subiacere dispẽdiose vacatiõis
conspicimus detrimẽto vt per nostre ꝓuidẽtie ministeriũ
illis preficiãtur viri secundum cor nostrum idonei in pasto
res/sub quorũ reginimib⁹ ecclesie ipse in spũalibus ⁊ tem-
poralibus feliciter gubernentur ⁊c.

¶ Ex quibus verbis ꝓhemialibus colligitur intẽtio scri-
bentis vide autoritates quas posui.s̃.in ꝓhemio in ver-
bo prohemium. Et ibi late ⁊ in rub.de reg.iur.

¶ Et vt clariorem in puncto hoc habeas mentem:respon-
de ad iura per Do.Jo.mo.⁊ sequaces adducta. Primo dũ
tex.nostrũ allegant ⁊.d.cle.ij.ꝙ nihil est cõcludere q2 de-
bent intelligi de ea collatione legati que fit ad impetran-
tis instantiam non de ea que fit motu ꝓprio que in aliquo
nõ ambit sicut alia/testatur Jo.and.in.c.duobus.s̃.de res.
5 hoc lib.ꝙ * gratia motu ꝓprio concessa dicitur beneficiũ:
impetrata vero sonat ambitionem.c.q̃uis.j. de p̃ben. eo.
libro ꝓbat.d.cap.si motu: ibiq3 de nostra mera liberalitate
6 ꝓcessit. Beneficium * eñ siue priuilegiũ(motu ꝓprio con
cessum)solet fauorabilius interpretari q̃ illud quod est cõ
cessum ad postulationem partis/secũdũ glo.fi.in fine in.c.
ij.s̃.de mutuis petitio.Panor.in. c.cum in cũctis.§. q2 ve
ro.nu.vij.⁊.viij.s̃.ꝺ elec. Jo.mo.ĩ.c.is cui ꝺ p̃bẽ. Deci⁹ cõ.
clxviij.col.j.versi.modo in casu reuerẽde pater. Roma.cõ.
cccxxvij.col.ij.in fine dixi in.d.c.is cui. Secundo dicere fo
re speciale in papa/qui non est ligatus iuribus ideo secus
in legato cõsequẽtia nõ quadrat/cũ(vt predixi) ratio que
militat in ꝓuisione pape militet etiã in legato. Et ꝓpter
hanc clausulam motus proprij/cessat in vtraq3 ambitio/ad
quod aduertere summopere debent superiores. Jtem vi-
demus collationes aliorum non vitiari propter taciturni-
tatem.d.cle.ij.q2 presumuntur scire qualitates eoꝝ quib⁹
beneficia cõferũt:⁊ etiã beneficiorũ/de selua. xij.q.in.xiij.
qualitate in tertia parte. Aliud adducunt pro cõprobatio
ne eorũ opinionis/videlz qua ratione impetrãs debet de
beneficio quod habet facere mẽtionẽ:ita ⁊ legatus cõce-
dens. Dic ꝙ in impetrante potest notari ambitio/in legato
non/qui concedit motu proprio. Et modificando p̃dicta in
tellige secundum Do. Francum hic in legato conferente
motu proprio illi qui iuste detinebat beneficiũ: vel cum di
spẽsatione legitima. Secus si cõtulit iniuste detinenti vel
detinenti iuste/aut cum dispẽsatiõe q2 tunc nõ valet col-
latio nisi seruetur quod habetur in.c.ordinarij.ĩ.ibi non
autẽ cõferre p̃sumãt ꝙ eis sup obtẽtis dispẽsatio euidẽt
sufficiẽs ostẽdat.ĩ.ꝺ offi.or./qꝺ male ad praxĩ hodiernis
temporibus deducitur:⁊ male cũ ibi sit decretum irritans
ideo aliter gestum videtur nullum dico in. d.c. ordinarij
Et quo ad eum cui iniuste alia tenẽti contulit:vide Boni
fa.in cle.si plures.nu. xliij.de p̃ben. Et adde ad ꝓpositũz
ꝙ clausula motu proprio vt tollat subreptionem ⁊ suũ ope
retur effectum debet exprimi in gratia cũ nõ possit per te
7 stes * ꝓbari glo.in.d.c.si motu in verbo expresse. Jason in
l.nec dãnosa.nu.iiij.de p̃cib. imp.offer.C.⁊in.l.si q̃s.ff.si q̃s
cautio.rota deci.332.in nouis. Alex.in.l.iij.ff.quod quisq3
iur. Jstud potest suaderi rationibus duabus. Prima quia
possibile est ꝙ papa aut legatus ad conferendum fuit in-
ductus motu proprio esto ꝙ precesserit impetratio ⁊ non
habito respectu ad impetrationem prout in simili refert
car.con.cxlij.in fine. Unde cũ hoc pẽdeat ex animo/ voluit
papa non ꝓbari posse per testes/hinc glo. in cle. si roma-
nus de p̃ben.citat non intelligi nisi exprimat (maxime di
cit ibi car.)in impetrationib⁹ que sunt odiose secus dic de
certa scientia/q2 hec probatur per testes de selua.d.q.xij.
ibi fallit istud primo.

¶ Jtem queãdmodũ hec clausula motu ꝓprio/non potest
8 probari ꝑ testes ita * cũ est expressa in literis non potest
probari contrariũ/ vt ꝙ ad prouisi vel alterius supplicatio
nẽ/papa vel legatus aut ordinarius id fecerit ita firmant
Domi.⁊ franc.post glo.fi.in.d.c.si motu cũ id esset argue-
re papã/⁊ alios de mẽdacio:quod non licet iuxta notata
per glo.magnã ĩ cle.vna de ꝓbatio. Ad vnũ in ꝓposito at
tẽde/ꝙ legati clausula huiusmodi motu ꝓprio non solent
vti prout vidi q2 in legatiõe Auinionen.trium annoꝝ spa-
cio steti tamẽ aliquam expeditionẽ etiam in quauis mate
ria sub hac clausula formari nõ vidi:licet ad omnia q̃ inibi
expedirẽtur tãq3 cupidus fere a cunabulis circa stilum cu
rie romane studiose attenderim.

9 ¶ Nunc venio ad discussionem/quod taciturnitas * bene
ficij quantuncunq3 modici (etiam.xx.solidorum testatur ar
chi.in.c.non potest.ĩ. de preben.) reddit alterius benefi-
cij impetrationem a papa aut legato obtentam/ subrepti-
tiam ipsoq3 iure nullam:istud apparet infinitis iuribus et
autoritatibus comprobatum. Probat tex.⁊ ibi scriben.in.c.
si proponente/ in.c.ad audientiam el.ij.c. nonnulli.c. super
literis.s̃.de res.in antiq.tex.⁊ ibi glo. Car. Petrus de An
cha. Bonifa. Jo.de Jmola.⁊ alij in.d.cle.ij.de offi.ordi. ad
idem tex.in.d.c.si motu proprio/vbi etiam Archi. Jo. And.
domi. Guil. Francus.zenzel.⁊ alij postremo probat tex.no
ster. Modo expediamus antidotum huic morbo salubre et
necessarium.

¶ Tu dic insequẽdo stilum in curia tritissimum/ quod con
uenit formando supplicationẽ addere in clausulis post cor
pus illius descriptis hec.

10 ¶ Et ꝙ * obstantie beneficiales oratoris habeãtur pro ex
pressis seu exprimi possint in confectione literarum vt ora
tori videbitur/opportunũq3 fuerit/cuius vigore(dico clau
sule)officiarij cancellarie aut camere extendẽt eandẽ clau
sulam secũdum modificationes/restrictiones/⁊ ampliatio-
nes stili curie:vt in simili citat prouincialis charta mihi.
xlv. col. prima impressis Rome. 1513. videlicet sub hoc
verborum contextu.

¶ Necnon omnia ⁊ singula beneficia ecclesiastica cum cu-
ra vel sine cura / que ex quibusuis dispensationibus apo-
stolicis obtines ⁊ expectas/ac in quibus ⁊ ad que ius tibi
quomodolibet competit/quecunq3 quotcunq3 ⁊ qualiacun
q3 sint eorumq3 fructuum reddituum ⁊ prouẽtuum certos
⁊ annuos valores ac huiusmodi dispensationũ tenores pre
sentibus pro sufficienter expressis habentes.

¶ Et per hec non ostabit/non expressio cum clausula ꝓ ex
pressis habentes operetur in hoc maximum iuris effectum
in obũbratione huiusmodi subreptiõis et illi⁹ eneruatiõis.
Pro quo habes vulgarem doctrinam Feli.in.d.c.nonnul-
li per diuersas colũnas sparsam. Et post eum per de selua.
in.iij.parte trac.bene.q.xliij. Probat tex.in.l.omnes vulga
ta ibi tanq3 per hanc legem specialiter ⁊ nominatim fuis-
sent enumerate quã ad hoc dicunt singul.ibi Bal. ⁊ Ang.
firmando hoc dictum tanq3 verum/idem Bal.de pace con-

ſtan.in verbo nõ obſtãte. Idē Ang.in.l.diuus §.licet.ff.de
iur.condicil.⁊ in.l.ſi quis §.q̄ſitum:in fi.ff.ſi quis cautio. ⁊
ibi Alex.⁊ Iaſon in.l.actione.nu.vij.C.de trãſac. Iſtud la
te firmat(ꝓut dixi)Feli.in.d.c.nõnulli in ṽſi.fallit.ij.poſt
Antho.de butrio in cõ.ij.⁊ xlix.ibi ꝙ ſi gratia pape ſignat̃
hoc modo fiat vt petitur. Et in ſupplicatione petebatur ꝙ
certa cõceſſio que debebat exprimi haberet̃ pro expreſſa
certe ex tali ſignatura/ꝑinde eſt acſi fuiſſet expreſſe ſpeci
1 ficata. Poteſt * eñ papa ad vtilitatē actus a ſe geſti fin-
gere expreſſum quod non eſt expreſſum ⁊ habeatur ꝓ ex-
preſſo. Allegat idē Antho.c.j.de tranſac.⁊ cle.paſtoralis
de re iudi.⁊.d.c.ſi motu.vide Iaſo.i cõ.xxix.col.pe.⁊in cõ.
cxxj.vol.iiij. Iuuat ſtilus curie qui in cõfirmationibꝰ appo
nit clauſulas has vel illis ſimiles/videlicet cuius tenorē
12 haberi volumus ꝓ expreſſo facit p̄terea. Nã * ad quē fit
relatio ꝑinde cēſetur ac ſi expreſſum foret ſpecifice in ſcri-
ptura q̄ ad aliam refertur.l.aut p̄tor §.ſi iudex ibi ſic acci-
piendum eſt quaſi q̃titatem noīauerit.ff.de re iudi.⁊.ff.de
hered.inſti.l.aſſe.⁊.ff.de cõditio.⁊,demõ.l.ſi ita ſcripſero ⁊
de cõdi.inſti.l.illa īſtitutio ⁊.c.cũ venerabilis.s̄.de excep.
⁊.c.cõſtitutus.s̄.de religi.domi.iſtud latiꝰ cõprobo in trac.
de manda.apoſtolicis expediēdo ſignaturam pape.

¶ Item ex quo vult papa haberi pro expreſſo/fingitur ex
preſſum:licet expreſſum non ſit.d.cle.vna de probatio. Cõ
probatur per ipſum ſtilum curie romane dum dicitur non
obſtãtibus priuilegijs etiã ſi eſſent talia de quibus debe
ret fieri mētio de verbo ad verbũ q꞉ hec eq̇pollent expreſ-
ſioni. ¶ Pro ampliori comprobatione habes id quod vo
luit Ang.cõ.cclxx.ꝙ ſi papa cõmemorat quandam ſuã con
ceſſionē.⁊ dicit. Sub dicta forma ⁊ quauis alia forma ſub
quacunq꞉ cõceptione verboꝝ per hec: ꝑinde eſt acſi ſigil-
latim eſſet extenſum in literis quicq̇d cõtinebatur in alia
cõceſſione.ar.d.l.ſi ita ſcripſero ⁊.d.l.aſſe. Item licet in cõ
miſſione ꝑ quã reuocatur cõmiſſio alteri facta ſit faciēda
mētio de proceſſu primi iudicis.c.inter.s̄.de re iudic. la-
te Fely.in.c.ceterum.s̄.de reſ.fallit tamē ſi in cõmiſſione
petebatur certam cauſam cõmitti alteri auditori/dicendo
ꝙ per prius fuit alteri cõmiſſa:ſubdendo clauſulam aſſue-
tã/videlicet cuius cauſe ſtatum dignemini habere ꝓ ex-
preſſo:q꞉ tunc cõmittēdo alteri:videtur papa ex certa ſciē
tia cõmittere/⁊ habere ſtatũ cauſe ꝓ expreſſo:pro his facit
glo.in verbo ꝑſonatus in extraua. Execrabilis.⁊ ꝑ hec eſt
reſponſum ad.c.ij.s̄.de dolo.⁊ contu.⁊ ad.d.c.inter.⁊.c.di-
lectus:vt lite pendē. Quia intelliguntur niſi in ſupplica-
tione petatur ⁊ cõcedatur ꝙ pro expreſſo habeatur : alias
ſecus. ¶ Modifica hanc doctrinã vt ſolum ꝓcedat in pa
13 pa:q꞉ ille * ſolus tantum ꝓ expreſſo habere poteſt ⁊ hac
clauſula vti/teſtatur Feli.in.d.c.nõnulli verſi.hec ⁊ ſimi-
lia:allegat Ang.in.d.§.queſitum per illũ tex.in verbo ſpe
cialiter dicentem ꝙ ſi partes dicant/ꝙ volũt haberi ꝓ ex
preſſis ⁊ ſpecificatis omnes caſus fortuitos qui occurre-
re poſſent non ſufficit: pro quo ibi Alex. dicit eſſe bonum
tex.in.c.qui ad agendum.j.de procura. Alia videper Fe-
li.ibi. Et fortius Feli.in.c.poſtulaſti. col.xv. nu.xiij. veſi.
quartus caſus.s̄.de re.pcſt Inno.in.c.cũ ad monaſterium
col.j.s̄.de ſta.mo.⁊ in.c.veniens in.j.glo.de filijs p̄ſbyte-
roꝝ.⁊ Panor.in.c.at ſi clerici §.de adulterijs. s̄.de iudi.
dicit ꝙ vicegerēs pape nõ poteſt diſpenſare ſine cauſa.li-
cet papa poſſet:dixi.s̄.in prohemio ſacroſancte. Quod ſi
non fuerit apposita hec clauſula,officiarij ⁊ regētes curie
illã opponere nõ poterũt in cõfectione forme bullarũ/cum
ſi inſcio papa apponerētur verba ipſius clauſule:duo; ab-
ſurda ⁊ in ſuſtentabilia ſequerentur. Primum ꝙ ſine certa
ſcientia pape expedirent̃ ea que ex illius certa ſcientia ex
ꝑediēda ſunt : informatur eñ papa ex ſupplicatiõe de pe-
titis ⁊ nõ aliunde/dicit Feli.d.c.poſtulaſti. Ideo ſi clauſu
la ipſa nõ fuerit in ſignatura poſita non videtur papa pe-
tita ꝯceſſiſſe ex certa ſcientia. Secundũ q꞉ alias officiarij
poſſent tacitũ habere pro expreſſo/quod nõ legitur de am
14 pliationibꝰ ſtili fore ⁊ dicit̃ fieri * ex certa ſcientia quãdo
ſuꝑior habuit noticiã facti/⁊ parte cõtradicente appoſuit
ſuperior illã clauſulam ex certa ſcientia:ita dicit Io and.
in.c.paſtoralis.de offi.dele.s̄.refert Barb.con.49.ſub
nu.vj.vol.iiij.quod verũ dicerem vbi extat materia in qua
de eiꝰ natura adeſt pars aduerſa/ſecus in alia vt in propo
ſito:dic tñ in diſtincte q꞉ illa eſt pape poteſtas etiã parte
nõ vocata q̄ eo modo cõtradicere nõ potuit qđ poteſt mul
tipliciter cõprobari ꝑ ſanum cerebrum.

¶ Ex q̇bꝰ reſultat firmatũ fore in iure nr̃o/hoc ſoli pape cõ
petere niſi dicas ꝙ legatis aut alijs ſpeciali facultate fue
rit cõceſſũ ꝓut vidi datũ a Sixto.iiij. Iuliano legato Frã

cie. Scotie.⁊ Auinionen.dũ deſcriberetur/illorũq꞉ fructꝰ
redditus ⁊ prouentꝰ ac qualitates:etiã ſi curata ⁊ electi-
ua ſint exprimendo/ſeu illa pro expreſſis habēdo. Et hoc
ſub datum Rome.1480.quarto kal.maij Anno nono pon
tificatus eiuſdem Sixti.

Redeundo q̇ppe vnde digreſſi ſumus: inq̃tum concernit
dictũ ipſius clauſule pro expreſſis habētes vide Car.con.
136.factum ſic ſe habet/vbi inter alia refert. nu.xix. poſt
Inno.in.c.ſignificãtibꝰ.s̄.de offi.delega.ꝙ reſcriptũ impe
15 tratum * cõtra miſerabilem ꝑſonã/quod eſt dicere ſecũdũ
Io.and.in.d.c.ſignificãtibꝰ in prin.ſuper quã natura mo-
uetur ad miſerãdum:vt quia diuturno morbo grauata vel
fatigata ⁊ debilis reperitur dico debilē ex parte bonoꝝ vt
in caſu ſuppoſito:nõ valet/niſi expreſſe de miſeria ipſiꝰ mē
tionem fecerit.l.vna.C.qñ imper.inter pupil.⁊ viduas vbi
Cy.adducit/ꝙ ſi monialibꝰ cõceſſum eſt priuilegiũ/ꝙ non
teneantur ad collectas: tũc non tenentur ad procuratio-
nes cardinaliũ:eſto ꝙ habeãt priuilegiũ/ꝙ poſſint impone
re collectas non obſtãte aliquo priuilegio etiã ſi dicatur/ꝙ
papa velit derogare cuicunq꞉ priuilegio in cõtrariũ repto
q̃q̃ de eo deberet fieri mētio ſpecialis/q꞉ hoc caſu talis
mētio nõ ſufficit/qđ verũ ſecundum eũdem Car.ſi moniali
bus ipſis fuit cõceſſum tãq꞉ perſonis miſerabilibꝰ ar.d.l.
vnice qñ.imꝑator ⁊c. Sequitur Decius cõ.clxv.nu.v.viſo
tenore quod ibi dilatat:idem fore in priuilegio pie cauſe cõ
ceſſo.c.ſi propter.s̄.de reſ.hoc lib.⁊ priuilegio cõceſſo cau
ſa alimentoꝝ.l.libertus.§.poſthumꝰ.ff.de alimen.⁊ cibar.
lega.roma.per illum tex.cõ.436.nu.xx.quod exordit̃/qđ
indultũ pet. Predictis iũgere poteris notata per freder.
cõ.233.caſus talis eſt.

¶ Et per hec habes limitationem ad regulã/cui adhereas
⁊ ad eã confugias/tãq꞉ naute ad anchorã : maxime ſi dica
tur/nõ obſtãtibus priuilegijs in cõtrarium facientibꝰ:etiã
ſi de illis oporteret facere mentionem / quoꝝ tenores de
verbo ad verbum haberi volumꝰ pro exp̄ſſis : iſtud monet
dñs meus dñs de ripa.ij.interp̄.c.j.de reſ. nu.8. ꝑ tex.in
c.fi.de ſenten. excõi.j.⁊ in cle.j.de ſepultur. firmat idē fre
der.cõ.xlvij.habita.alias ſequeretur abſurdũ ſecũdũ eum
ꝙ ſi papa vellet oībus priuilegijs derogare quibuſcunq꞉
cõceſſis haberet exprimere infinitoꝝ priuilegioꝝ tenores
tam per ſe q̃ illius predeceſſores/⁊ ſubdit ꝙ ita communi
ter tenetur:ita tenet Ioan.de Anania con.lvj.quod exor-
ditur his que in facto proponuntur/vbi dicit hanc eſſe cõ-
munem:ſequitur ibi Bolog.in addi.ad eum:alias ſeque-
retur incõueniens/ꝙ papa poſſet ſibi imponere legē a qua
non poſſet recedere quod eſt falſum vt dixi in.ca.primo.s̄.
de conſti.⁊ in.c.fin.de reb.eccleſie non alienan. contra Io.
mo.vbiq꞉ ⁊ iſtud eſt de mente ⁊ verbis Paul.de caſtro.cõ.
iij.col.ij.in prima parte ⁊ ſic ratione impoſſibilitatis:iſta o-
pinio habet locum/alias ſi non adſit ſecus. Paul.de caſtro
con.ccclvij.col.prima.dicendum videtur in prima parte.

¶ Predictam communem in alio caſu moderare habes: vi-
delicet in teſtamentis/vbi non videtur quadrare identi-
tas cum reuocatio teſtamentorum ſit fauorabilis iuribus
tritis:ſecus in priuilegijs que dicũtur odioſa/teſtatur De
cius.d.con.clxv.col.ij.dicens ꝙ per hanc clauſulã non eſt
ſufficienter derogatum quicquid dicatur addēs ꝙ pro ea
concurrunt plures doctores numero ⁊ pondere maiores.
Et per hec habes opinionem ſupra defenſatam in tituban
ti ſtare: ⁊ maximum ciuile bellum inter iurium profeſſores
pro quo ſedendo dominus meus de ripa vbi.s̄.poſt Deciũ
d.con.clxv.diſtinguit : aut princeps per viam legis gene-
ralis derogat omnibus priuilegijs/etiam ſi de illis oporte
ret facere mentionem ſpecialem/et tunc tolluntur priuile-
gia habentia clauſulam derogatoriam ad futura reſcripta/
⁊ ita loqui dicit iura per Io.And.in.c.vno.j.de exceſſ.pre
la.in hoc puncto adducta : ita firmat Feli.in.d.c.nonnulli
col.vj.⁊ ſequen.s̄.de reſ. tamen talis generalis reuocatio
non ſe extēdit ad priuilegia in corpore iuris clauſa/ niſi ex
alijs coniecturis appareat de mente principis:ita late Ro
ma.con.ccccxcviij.in caſu quo queritur/dicens ꝙ ex eo ꝙ
priuilegia cardinaliũ in corpore iuris (ſaltē ꝓ illoꝝ maiori
ꝑte)incluſa vident̃:ꝙ diſpoſitio quãtũcũq꞉ penalis ſeu re-
uocatoria/ priuilegioꝝ alias conceſſorũ quantuncunq꞉ ge
neraliſſima:non includit ſancte Romane eccleſie cardina-
les/niſi de ipſis fuerit ſpecialis mentio habita:hec eſt cõ-
clu.do.Io.monachi/quem ibi ſequitur Io.And.in nouel.
per illum tex.in cap.vno de ſciſma. Idem do.de Ripa pri-
mo reſpon.c.xv.vbi multas adducit concordantias.

¶ Et ꝙ huiuſmodi priuilegia difficilius tollantur(dico in
corpore iuris clauſa)aut facilius/ probat late Monſerrat

in.iij.parte trac.ſuper pragma.vbi cumulat.xx.differētias inter ius commune ⁊ priuilegium in corpore iuris clauſuz ⁊ quaſdam conuenientias.

¶ Aut derogatur oībus priuilegijs per viā alterius priuilegij vel reſcripti ⁊ tūc eſt animaduertendū ante oīa qualiter clauſule derogatorie vtriuſqꝫ priuilegij ſint concepte q̄r preualent ille q̄ ſunt maioris efficacie.car.d.cō.136.col.

16 fi.ſicut in ſimili dicimus ꝙ difficilius * diſpenſat̄ cōtra id quod eſt maiori auctoritate roboratū roma.cō.cccxxvij.iſte ſunt ratiōes.nu.iij.Feli.in.d.c.nōnulli in pri.iiij.col.ſ.de re.Si vero ſunt equalis efficacie:tūc ſi ſm priuilegiū ſit cōceſſum motu ꝓprio procedit prima opinio ꝙ potens ſit dicta clauſula:ſi ad poſtulationem ꝑtis ſupplicātis tūc ꝓcedit ſcđa opinio cōtraria:ita teſtatur:idem roma.d.cō.327.in fi.ij.col.Et eſt de mēte Cald.d.conſi.xj.in tit.de priui. Tu tamen ſublimita / vt non procedat quotiens inſertum eſt ſpeciale/⁊ ſecundum non inſertū eſt generale:probat.l.non eſt nouum ⁊.l.nam ⁊ poſteriores.ff.de legi.⁊ ibi Bartho.:facit tex.in.l.iij.de ſilentia.lib.xij.C.limitatur etiā vbi priuilegium eſſet ſubreptitiū vel alias nullū q̄r tunc in ſecundo nō eſt neceſſario facienda mentio. Domi.in.c.qm̄.viij.di.firmat glo.in.c.in noſtra ⁊ in.c. ex tenore.ſ.de reſ.in ātiq.etiā ſi primū eſt ellidibile ꝑ exceptiones/quod ſequitur ibi Panor.⁊ poſt eum Fely.vbi etiā diſputant/an hoc habeat locum in literis beneficialibus.

¶ Item etiam niſi priuilegium primū eſſet multū vulgare q̄r valeret ſecundum ⁊ primo licet nō mentionato deroga

17 ret:q̄r * preſumitur ꝙ de eo princeps habeat noticiā/ſicut de iure cōmuni teſtis eſt Bal.in.l.ij.in fi.C.que ſit lōga cōſuetudo.Latius Fely.in.c.j.in.iij.amplia.ſ.de re iudica. Pone exemplū in priuilegio ordini Cluniacen. a pōtificibus cōceſſo/cum ſit notoriū ⁊ vulgare in curia idem in Ciſtercien.⁊ alijs de quib⁹ ⁊ eoꝝ derogatione.ſ.in. c.cum in tua de conſuet.fecimus mētionem:in his tamen votū tuuz ne ſtatuas/dic ꝙ licet dicantur notoria cōſueuit tamen illis ſpecialiter ⁊ ſpecifice vt ꝓdixi in.d.c.cuz in tua derogari prout vidi in praxi iuxta opinionem Decij ⁊ cal.in. d.cō.xj.Et hec eſt tutior ⁊ de iure ſuſtentabilioꝝ cū per eam euitetur omne periculum.

¶ Unum tamen dico ꝙ ratione huiuſmodi ſpecialitatis derogationis/maiores exponuntur pecunie/q̄r additur taxa vna/ſiue illa augetur de.x.⁊ etiam ex parte ſcriptoris bullarum. ¶ Et additur ex abundanti cautela poſt huiuſmodi ſpecialem derogationem clauſula hecquibus omnibus ⁊ ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatiōe de illis eorūqꝫ totis tenoribus ſpecifica / expreſſa indiuidua/ac de verbo ad verbum/nō autem per clauſulas generales idem importātes mētio ſeu queuis alia expreſſio habenda/aut queuis alia exquiſita forma ſeruāda foret / tenores omnium ⁊ ſinguloꝝ ac ſi de verbo ad verbum inſererentur p̄ſentibus pro ſufficiēter expreſſis ⁊ inſertis habentes:illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus.

¶ Et per hec vtraqꝫ opinio remanet iuris ſuffragio fomētata:vltimā tamen puto vt dixi in praxi tutiorem/ licet prima multum placeat. Philippus probus iuris pontificij interpres minimus.

¶ De officio ordinarij. Rubrica.

Legati poteſtas/ordinaria eſt ſupra titu.proxi.legatos.Et ideo de ea eſt premiſſum / ſicut de maiori arti.ff.de offi.procon.l. et ideo et.l.ſequen.in prin.vnde dicto de quodā ordinario in quo eſt magna poteſtas / ⁊ multa ſpecialitas ſaltem in legato de latere.vt ſupra titu.proxi.c.j.Ideo ſpecialiter premittitur de offi.legati:ne videatur neglectum.ff.de iureiuran.l.item apud §.hoc edictum.Et tandem generaliter ſequitur de offi.ordi.Joan.Mona.Cardinalis.

Innocentius quartus in concilio lugdunenſi. Ca.j.

Romana eccleſia, & infra. Prohibemus quoque ne remenſis archiepiſcopus in dioce. ſuffraganeorum ſuorum foraneos officiales cōſtituat, quia cum metropolitani ne ſuorum ſuffraganeorum ingrediantur dioceſes vt in eis auctoritate propria iudicent, diſponant, aliquidve aliud agant, canonica prohibeāt inſtituta, nequaquam hoc poſſunt in illis per alios exercere. Nec pro eo quod cauſas per appellationem delatas ad ipſos poſſunt in ſuffraganeorum ſuorum dioce. delegare, ſimiliter licet eis tales officiales inſtituere in eiſdem, qui eorum vice (cum appellatur ad ipſos) citationes vel inhibitiones faciant, ſeu cōpeſcant in hac parte rebelles. ¶ Quia in cauſis per appellationē deuolutis ad ipſos, iam iuriſditionem obtinere noſcuntur. propter quod licite poſſunt ſuper illis committere vices ſuas. Non ſic autem in alijs in quibus nōdū extitit appellatū, & idcirco nō debent aliquos conſtituere pro citationibus in futuris cauſis appellationum & inhibitionibus faciendis. Niſi aliud Remenſis eccleſia circa talium officialium inſtitutionem de conſuetudine obtineat ſpeciali. A quibus etiam ſi de conſuetudine huiuſmodi poſſint in Remenſi prouincia conſtitui, inhibitiones tamen ne procedatur in cauſis, priuſquam ad Remenſem curiam appelletur fieri penitus inhibemus.

¶ Officiales autē Remēſis archiepiſcopi (quandiu in ſua prouincia vel circa illam extiterit) in ſuffraganeos interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis proferre ſententias non attentēt.

¶ Et hoc idem ab officialibus aliorum metropolitanorum circa ipſorum ſuffraganeos (quib⁹ ob reuerentiam pontificalis officij deferri volumus in hac parte) præcipimus obſeruari.

¶ Summarium Domini Ioan. Monachi Cardinalis.

1 Quilibet ſuffraganeus poteſt officiales in ſua dioceſi conſtituere foraneos.

2 Foranei vnde dicantur.
Metropolitani nihil habent in dioceſi ſuorum ſuffraganeorum/niſi hoc ius ſpecialiter tribuat:vel priſca conſuetudo ab antiquo.

3 Officialis in quibus habeat poteſtatem.

4 Promiſſio poteſt eſſe in pendenti/⁊ contractus/nō iudicia.

5 Subdelegare non eſt actus iudicialis.

6 Tractus futuri iudicij/non ſpectat ad iudicem.

7 Quod per me non poſſum/nec per alios valeo exercere.

8 Juriſditio que non eſt/committi non poteſt.

Dignitas que non est vacare non potest.
9 De eo quod non est iudicium accipi non potest.
10 Circiter refertur ad numerum/circa ad locum/ et circum ad tempus.
11 Multa fieri prohibentur/que facta tamen tenent.
Faciens contra ius priuilegiatum/totum amittit.
12 Judex agens supra potestatem sibi datam:nihil iudiciale agit:sed est irritum quod facit
13 Electus confirmatus habet illa que sunt pontificis / quo ad ea que iurisditionis sunt.

Summarium domini Philippi Probi

1 Producens instrumentum legitimationis/ cõfitetur se nõ fuisse legitimum.
2 Per instrumentum emancipationis / probatur emancipationem/filiationem/ꝛ paternam potestatem ꝓcessisse.
3 Qui agit penitentiam:videtur fateri delictum.
4 Petens se absolui:non fatetur se excommunicatum.
5 Dictio nisi/est aduersatiua/ꝛ alia facit vt hic.
6 Officialis quis dicatur.

ROmana, Hec decretalis habet quinqꝫ dicta. Nã primo quandã ꝓhibitionem ponit. Scdo ꝟsi.[nec pro eo] quandã oppositionez que fieri posset cõtra dictam prohibitionem dissoluit. Tertio ꝟsi.[qꝛ in causis]rationez dicte solutiõis subijcit. Quarto.§.[officiales]quãdã moderationem officialibus remen. iniungit. Quinto.§.[ꝛ hic]dictam moderationem ad officiales aliorum metropolitanorum extendit. Ecce ergo casus[suffraganeorum.]Ergo a contrario in diocesi ꝓpria/potest officiales foraneos cõstituere/
1 ꝛ * quilibet suffraganeus in sua diocesi:pari ratione.s̃.de offi.archi.c.j.ꝛ fi.xxxv.q.vj.episcopus in sinodo.j̃.de accu. sicut olim.j̃.de testib.cogen.c.preterea.
¶Sed quero ad quem appellabitur ab isto officiali foraneo.Dic ad delegantẽ argu.s̃. de offi .delegati sup questionũ.§.porro.ff.de appella.imperatores.ij.respõ.
¶Nec obstat.j̃.hoc lib.de appella.Romana.j . Respõ.qꝛ ibi loquitur vbi est vtriusqꝫ idẽ cõsistoriũ quod non est hic [foraneos]* Sic nominati q̇a foras iurisditionẽ archiepi
2 sunt constituti.Cum regulariter metropolitani nihil habeant in diocesi suffraganeorum/nisi hoc ius specialiter eis tribuat. velpri sca cõsuetudo ab ãtiquo.ix.qu.iij.nullus primas:ꝛc.cõq̃stus:ꝛ.s̃.hoc li.de supp.ne.p̃la.Romana.Tales officiales citabant partes in causis appellationũ ad curiã Remen.emissarum/ꝛ inhibebant iudicibus a quibus appellatum erat/ne in causis ꝓcederent appellatione pẽdẽte.Alioquin in rebelles excommunicationis sententiã fulminabant.Et quia isti cõstituebantur anteqꝫ appellationes essent emisse ob hoc reprobãtur/cũ institués tempore institutionis nõ haberet iurisditionem in diocesi suffraganei sui regulariter.Nec exercitium iurisditionis.Si aũt haberet iurisditionem tunc valeret:licet exercitium iurisditionis non haberet saltem pro tunc sed non pro nunc. ff.de offi.ꝓcon.obseruare.§.vltimo.
¶Ex quo videtur.Si ego ep̃s cõsueui dari iudex in mul
3 tis causis verbi * gratia in forma pauperũ/ꝛ in vno negocio mihi presentato ꝛ alijs q̃ cõtingeret mihi cõmitti in posterum:deinde officialem meum subdelegatum constitui iste officialis in negocijs nondum cõmissis nec receptis a me ep̃o non habebit potestatem.j̃.de appella.sup eo.in fine.j̃.de restitu.spolia.audita.
4 ¶Sed contra:ꝓmissio * potest esse in pendẽti.ff.de verbo.obliga.si stipulatus fuerim.§.primo ꝛ.l.si a colono in fine/ergo commisso.
¶Sol.secus in contractibꝰ/qui possunt esse in pendenti. ff.de vsufruc.l.sed ꝛ si q̇s stipulatꝰ.§.j.vbi de hoc. Secus in iudicijs que nõ possunt pẽdere.ff.de iudi.nõ queẽadmo
5 dum. ¶Sed contra subdelegare * non est actus iudicialis vt not.Inno.j̃.de probatio.c. q̃m:ꝛ colligitur. s̃.de officio deleg.licet.
¶Solu. Licet subdelegare nõ sit actus iudicialis ab ipa

tamẽ delegatione ꝛ subdelegatiõe procedunt/sicut ab origine ꝓcessus iudiciarij ar.s̃.de offi.del.cũ in iure.¶Commissiones igitur ex tractu tẽporis non cõualascũt ex post facto/cũ apud cõmittẽtem nõ sit iurisditio:tẽpore cõmissionis.s̃.de offi.dele.venerabili in fine ꝛ.s̃.de res. qꝛ non-
6 nulli cũ * tractus futuri tẽporis non spectet ad iudicem. ff.de vsur.l.j.ꝛ de hoc notatur.j̃.hoc lib.de sentẽ. excommunica.Romana.§.caueant.
¶Cõsimilis questio no.s̃.hoc lib.de elec.si confirmationẽ [vt in eis] quasi dicat/non prohibent quin possint ingredi ꝛ morari/vel transire sicut extranei[propria] quasi dicat auctoritate pape vel de cõsensu suffraganei hoc posset facere archiep̃s.j̃. hoc lib.de foro compe romana.j.Respõ. [iudicem]sedẽdo ꝓ tribunali [aliud] quantũcũqꝫ sit illud spectans ad iudicia:exceptis casibus a iure permissis. s̃. eo.pastoralis[agant]p se[instituta]ix.q .ij. c.j.ꝛ. iij.q.iij.
7 saluo:ꝛ.c.nullus primas[per alios.] Quia quod per * me non possum:nec per alios valeo exercere. j̃. hoc lib.de regul.iur.quod alicui.ff.de admi.rerum ad ciuita. pertinen. l.ij.§.j.xlvj.di. c.sicut nõ suo[delegare] hodie hoc recipit modificationẽ factam ob vtilitatem litigãtiũ.j̃.eo.vt litigãtes:ꝛ iure antiquo etiã poterat subdelegare aliquibus in diocesi suffraganeorũ volẽtibus recipere.Nolẽtes tamen nõ cõpelluntur.j̃.hoc lib.de foro cõp. Romana.ij.Resp.s̃. eo.pastoralis.j.Respõ.Et ratio diuersitatis hic tacta ex p̃dictis patet[officiales]foraneos[instituere]quo ad futuras appellatiões[qui]officiales foranei[eorum]scꝫ metropolitanorum[appellant].i.appellari cõtinget.Nã si est appellatũ/ posset cõmittere metropolitanꝰ vt p̃dixi [citatiões] quo ad ptes [ĩhibitiões]quo ad iudices a q̇bꝰ appellatur [cõpescat]per cẽsurã ecclesiasticã.j̃.de verb.signific.querenti[rebelles]scꝫ partes si citate ad curiã Remen.nõ irẽt vel iudices si post inhibitionem eis factam a dictis officialibus in aliquo procederent[appellatum]seu alias delatũ vel relatum[extitit]cum adhuc non spectaret ad ipsum iurisditio/ꝛ ab hoc subaudito infertur quod sequitur statim
8 idcirco ꝛc.[in futuris] quia iurisditio * que non est committi non potest ar.j.q.vij.daibertum.supra de res.pastoralis.§.pe.Et dignitas que nõ est vacare nõ potest.supra de constitu.cum accessissent.Et collegio quod non est:priuilegiũ dari non potest.j̃.de eccle.edifican.ad audientiam.ij.
a Et nimirum quod non est accusari non [a] potest.j̃.de despõ. impub.ad dissoluendum et ar.ff.de contrahen.emp.in lege et gradus qui non est/rumpi non potest.ff. de iniusto rup. ꝛ irri.testa.l.nam et si sub conditione.§. rumpendo: et persone que non est ratio reddi non potest.ff.de iur. codi. quidam referunt circa medium:et non potest minui capite/carens eodem.ff.de cap.diminu.l.liberos in fine nec vsufru
b ctus amitti anteqꝫ [b] ceperit.ff.quib. mod. vsufruct.amit.l. prima.j̃.in fine.
¶Sed contra posthumus potest et debet institui.ff. de liber.ꝛ posthumis.l.placet.ꝛ.l.commodissime.
¶Sol.ff.de sta.ho.qui in vtero sunt: ex quibus concludi
9 tur de eo * quod non est/iudicium accipi non potest.ff. de iudi. non potest supra de res. ad hec sumus/ et ideo bene dicit[in futuris]nam in presentibus potest vt est dictũ [ni
c si]hoc [c] nisi est exceptiuum a verbo constituere/ quod est. s̃.ꝛ hoc colligitur ex sequentibus/ vbi dicit institutionem non iurisditionem seu exercitium eiusdem/quia quo ad hoc non prodesset consuetudo/vt.j̃.eo.versi. a quibus [consuetudine]que etiam dat iurisditionem.C.de emancipa.liber. l.prima.j̃. de foro compe.cum contingat [a quibus] metropolitanis[constituti]scilicet officiales foranei [inbibitiones]scilicet generales/quas faciebant isti officiales foranei/edictum generale promulgando/per quod inhibebant isti officiales omnibus iudicibꝰ de prouincia ne de causis in quibus ad Remen. curiam appellari contingeret se intromitterent/ secus facientes excommunicando quod hic reprobatur:et merito/quia hoc facere non debent:et quando hoc faciunt/in causa iam nata hoc facere debent ꝛ partibus vocatis.j̃.de appella.hoc lib.Romana.§. sinautem/
10 [circa] secundum * Hysidorũ circiter refertur ad numerũ circa ad locum/ꝛ circum ad tempus/Hugo tamen dicit/ ꝙ circa refertur ad locum:vt iste moratur circa ecclesiam/ et ad tempus/vt cum dicitur/ iste habet circa.xx. annos. Et sic posset hic intelligi vt dicatur/vel circa. hoc est ꝓpe vt dicat locum/vel circa hoc est in breui/ vt quia speratur in breui reuersio metropolitani/et hoc totum referat ad arbitrium boni viri.ff.de iur.delib.l. prima in fine.ff. de verbo. obliga.continuus.§.cum ita.ff.de verbo.significa.hec adiectio [extiterit] archiepiscopus [non attentent] secus ta-

11 men faciendo/tenet sententia. Nam multa fieri * prohibẽtur que facta tamen tenent.ff.quando appellan.sit.l.prima.§.biduum.j̃.de regula.ad apostolicam.

d ¶ Dic contra quia per hunc.§.datur suffraganeis priuilegium:vt officiales [d] metropolitani non ferant dictas sententias/ ꝛ sic hoc priuilegium statim habet suum effectum ar.hoc lib.de conce.prebend.quia cunctis.

¶ Item faciens contra ius priuilegiatum totum amittit. C.de his qui ve.eta.impe.l.ij.in fine. Item est hic quedam inhibitio/vnde attentatum contra eam nõ tenet.j̃.hoc lib. de appella.Romana.§.sinautem post.ꝛ.c.non solum.§.illa.

12 Item Papa hic iurisditionem officialis limitat/ꝛ supra * potestatem sibi datam iudex agens nihil iudiciale agit/ sꝫ est irritum quod facit.s̃.de offi.delega.q̃m abbas. Simile nota.contra glo.j̃.hoc lib.de peni.ꝛ remissio.ca.vlti. Item inhibitio ista iurib⁹ alijs iuuatur.s̃.hoc lib.de offi.delega. quia.j̃.hoc lib.de senten.excõica.quia periculosum. Et ob hoc factum contra ius adiutũ per alia fortius infringitur. Nec obstat quod in contrarium obijcitur/quia illa iura loquuntur vbi in prohibitione non sistit/sed vltra procedit. Nec obstat.j̃.de matrimo. contra inter.eccle.contracto.c. ij.quia hoc operatur vinculũ maius superueniens/ꝛ quod sit maius est expressuꝫ.j̃.hoc lib.de voto/ꝛ vo.redẽ.c.vno.

¶ Et hoc idem [suffraganeos] ne ipsos scilicet interdicere suspendere aut excõicare attentent/dũ archiepiscopus est infra metas sue prouincie/vel circa [quibus] suffraganeis [pontificalis] Idem de electis arg.s̃.de transla.epi.

13 inter corporalia.§.primo. Nam * electus confirmatus habet illa que sunt põtificis quo ad ea que sunt iurisditionis s̃.de elec.trãsmissa. Et ratio redditur.j̃.hoc lib. de senten. excõica.quia periculosum [volumus] cum eadem sit ratio in alijs que in Remen.ergo idem ius debet statui.s̃.de cõstitu.trãslato.C.ad leg.falci.l.vlti. Joan. Mo.Cardi.

a Non potest. Uide que dico.in ca.nemo.j̃.de regul.iur.ꝛ Richardũ de media villa. in.iiij. senten.distin.xlix. ar.ij.q.vj. Ad sextum dictum/ vbi citat/ ꝙ quando de non ente nõ est scientia/ extenditur ens non tantuꝫ ad esse in re extra/nec ad esse in intellectu tãtũ:sed etiã ad representata intellectui/ quod proprie potest dici ens rationis. Uide etiã. Joã. mo.in.c.j.de cõse.j̃.ꝙ non entis non sunt species/ nec differentie/seu qualitates.l.eius.ff.si cer.pe.l. si seruũ.§.fi.ff.de actio.emp.l.ij.vbi Bar.ff.de vsufruc. refert Decius consi. cxlvij.in fine. Et sic ex non ente non fit ens. Philo.primo phisic.capi.ad audientiam.s̃.de eccle.edific.Barba.in cle. literas.col.xxvij.de re. Probus.

b ¶ Anteꝗ̃ ceperit. In proposito dic ꝙ etiam qualitas non potest esse sine subiecto.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pe. ꝛ.l.si seruum.in fine.ff.de actio.empt. Et non moritur qui non vixit.xxxij.q.ij.ca.quod vero.vbi glo.in verbo si animam/facit.ca.sicut ex tuarum.s̃.de homi.cũ priuatio presupponat habitum.l.remittit.ff.de iureiur.ꝛ.c.ad dissoluẽdũ.de despon.impuber.s̃.ꝛ.l.decem.ff.de verbo.oblig. vbi Bar.Sozinus consi.clxiij.Ψsi.ij.ratio. Et hec ꝛ similia adducta hic per Joan.Mo.faciunt ad dictũ Bal. in.l.ij. C.

1 de iure Aure.annul.ꝙ producens * instrumentum legitimationis probat/ꝛ confitetur se non fuisse legitimum/cum omnis dispensatio presupponat in contrarium veritatem

2 esse secundum eundem. Ad idem ꝙ per instrumentum * emancipationis probatur filiationem ꝛ patriam potestatẽ precessisse.Bal.in.l.moueor. C.de seruis expor. ꝛ in.l.fina.

3 C.de sen.passis. Et qui * agit penitentiam videtur confiteri delictum.Bal.post glo.in capi.literas.col.ij.s̃.de presump.licet ibi Feli.colũ.penul.versi. Adde tamen/videatur tenere contrarium: ꝙ petens veniam non videtur confiteri se deliquisse / sed est signum humilitatis dicit glo. in capi.exhibita.in verbo postulauit.s̃.de homi. quam reputat singul.Alexan.in lege prima.ff.de no.oper.nuncia. ad hoc/ ꝙ quando quis petit veniam a principe/ aut alio/ratione alicuius delicti/ de quo ab aliquibus suspicatur accusari: non propter hoc illud videtur confiteri: nec potest procedi contra eum/tanꝗ̃ contra confessum: secus dicunt doc.ibi/si petitio hec fieret in iudicio/quod nota: hãc etiã glo.dicit singulariter notandum Car.in repe.cap.perpen

4 dimus.in fine.s̃.de senten.excommunica. ad hoc * ꝙ petens se absolui non fatetur se excommunicatum siue simpliciter siue ad cautelam. Probus.

c 5 ¶ Hoc nisi. Ang.cõ.lxxiij.col.ij.subtiliter dicit ꝙ dictio * nisi est aduersatiua:cuius sensus est negare precedẽtia habere locum in sequentibus firmat Jason in.l. actione.administrate sub nu.iij.C.de transl. ꝙ cum dictio nisi sit exceptiua/necessario significat oppositum antecedẽtis:cui immediate aduersatur vnde si precedat oratio negatiua: dictio nisi ponit ꝛ affirmat/ si vero econtra precedit oratio affirmatiua/negat ꝛ priuat. Idem Jason in.l.cũ te. nu.ix.C. de transactio. vide eundem in.l.si eum.§.qui iniuriaruꝫ nu. xxix.ff.si quis cautio. Probus.

d 6 ¶ Officiales/Dic * ꝙ ille dicitur officialis cui episcopus vices suas committit glo.post tex.in.c. ex frequẽtibus.s̃. de institut.similis in.c. Odoardus.s̃. de solu. vbi Panor. ꝛ Imola dicunt idem de alio prelato inferiore vices suas alicui etiam committente/quia ille dicitur officialis:prout custodes ecclesie Bitur. habentes iurisditionem in parrochia de Fargijs dicuntur habere officialem cuius nunc officium gero/vel alio modo dicitur officialis secundũ Pet. de Ancha.con.cx.prima facie/cuius ministerio ꝛ opera quis vtitur/ꝛ in sollicitudinis partẽ vocatur cui astipulatur Antho.de Butrio in con.lxxiiij.col.ij.visis statutis. Probus.

Gregorius Decimus in generali concilio Lugdu. Cap. ij.

SI canonici a diuinis cessare voluerint, prout in ecclesijs aliquibus sibi ex consuetudine, vel alias vendicant, antequã ad cessationem huiusmodi quoquomodo procedant in instrumento publico, vel patentibus literis sigillorum suorũ aut alterius autentici munimine roboratis cessationis ipsius causam exprimant, & illud vel illas ei contra quem cessare intendunt, assignent. ¶ Sciturі, quod si hoc prætermisso cessauerint, vel causa quam expresserint non fuerit inuenta canonica, omnia quę de quibuscunque prouentibus illius ecclesiæ in qua cessatum fuerit cessationis tempore perceperint restituent. ¶ Illa vero quę pro eodem tempore debentur eisdam nullo modo percipient, sed ipsi ecclesiæ cedere, ac nihilominus. ei cõtra quem cessauerãt de damnis & iniurijs satisfacere tenebuntur. ¶ Si autem causa eadem canonica fuerit iudicata, is qui occasionem cessatiõi dederat, ad omne interesse dictis canonicis & ecclesiæ cui debitum officiũ eius est culpa substractum, ad certam quantitatem taxandam, & in diuini cultus augmentum conuertendam superioris arbitrio comdemnetur. ¶ Cæterum detestabilem abusum horrendę indeuotionis illorum qui crucis beatæ mariæ virginis, aliorumque sanctorum imagines, seu statuas irreuerenti ausu tractantes, eas in aggrauationem cessationis huiusmodi prosternũt in terrã, & vrticis spinisque supponũt penitus reprobantes, aliquid tale fieri decętero

diſtrictius prohibemus, ſtatuẽtes vt in eos qui contra fecerint vltrix procedat dura ſententia, quę delinquentes ſic puniat grauiter quod alios a ſimilium pręſumptione compeſcat.

⁋ Summariũ domi. Ioan. Mo. Cardi.

1 Equiparantur publicum inſtrumentum ⁊ litera ſigillata ſigillo autentico.
2 Sigillum capituli an dicatur autenticum.
3 Quis non poteſt ſibi imperare/nec ius dicere.
Nomen actionis neceſſe nõ habet exprimi in libello.
4 Si datur actio: multo fortius exceptio.
5 Qui occaſionem dãni dat/dãnum dediſſe videtur.
Imagines honorare debemus/propter reuerentiam illorum quos repreſentant.
Scriptura quod facit legentibus: hoc facit pictura ydiotis cernentibus.

⁋ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Similia dicuntur/quorum ſunt diuerſi termini: ⁊ vna eſt ratio.
2 Illa dicuntur in iure ſimilia/que regulantur per vnius/⁊ eiuſdem rationis identitatem.
3 Ad tollẽdũ argumẽtũ a ſimili: nõ ſufficit dare diſſimilitudinẽ/quia ſatis eſt ꝙ ſit ſimilitudo in eo de quo agitur.
4 Illud eſt ſimile quod in aliquo habet differentiam: ſed vt plurimum habet conuenientiam.
5 Conſenſus partiũ non operatur: vt quis ſit iudex in propria cauſa.
An quis poſſit cognoſcere vtrũ ſit ſua iuriſditio vel non.

SI canonici, Ceſſatio adminiſtrationis de qua hic agitur eſt arta. s̄. eo. irrefragabili. §. ceterum [artior] vt hic/⁊ artiſſima: vt. ī. eo. Quis. et hec decretalis habet quatuor dicta. Nã primo formã ceſſationis ponit. Secundo verſi. [ſcituri] formam hic traditam non ſeruãtes punit. Tertio verſi. [Si autem] illos contra quos canonice eſt ceſſatum/penis multiplicibus ſubijcit. Quarto. §. ceterum quendam abuſum reprobans contrafacientes puniendos decreuit adeo ꝙ alij cum ſimilibus compeſcantur [a diuinis] ſcilicet officijs [ceſſare.] Sed nunquid tempore huius ceſſationis/eſt eccleſia ĩterdicta: videtur ꝙ ſic. ī. de appel. dilectis. in princi. vbi ſolus decanus ſuppoſuit eccleſiam interdicto: ergo magis omnes canonici hoc poterunt argu. contra. ī. de his que fiunt a maio. par. ca. queſiuit dic eccleſiã medio tempore non eſſe interdictam. Nec eam canonici interdicto eccleſiaſtico ſupponũt/ſed tantũ ceſſant a diuinis in ea: vt. d. ca. irrefragabili. §. ceterum. Et vbi ſic ceſſatur medio tempore ſubmiſſa voce officiatur/⁊ celebratur/quod nõ fieret ſi eccleſia eſſet interdicta. ī. de cler. excõ. mi. poſtulaſti. Nec obſtat. cap. dilectis. quia ibi vel factũ narrat/ſeu loquitur de iure ſpeciali quod decano cõpetebat [Conſuetudine] vt in Remen. ⁊ Carnoten. eccleſijs. [Alias] vt ex priuilegio [publico] Nota caſum vbi neceſſaria eſt ſcriptura. Alium habes [a] s̄. hoc libro de electione: vt circa. Regulariter contra. C. de fide inſtru. in exercẽdis [literis] Nota hic hec duo * equiparari/ſcilicet inſtrumentum publicum ⁊ literam ſigillo autentico ſigillatã: ſimile [b] ī. de ſenten. excõ. cum medicinalis. §. primo. ī. de fide inſtru. ca. ij. [autentici] dicunt quidem ſigillum capituli autenticum eſſe ex vi relationis verbi alterius. Sed dic cõtra. Nã etiã ſi ſigillũ capituli ſit autẽticũ cõtra ſe/vt fidem faciat cõtra ſe ar. ff. de ꝓcura. ſi ꝓcuratorem/non tamen ꝓ ſe. C. de liber. cauſa cũ precũ. Et quod ſigillũ dicatur autenticuʒ/⁊ ꝙ non no. ī. de ꝓbatio. ca. poſt ceſſionem. [cauſam] ſcilicet notoriam. s̄. eo. irrefragabili. §. ceterum. Nam ſi non eſſet notoria/tunc conſuetudo non prodeſſet: quia eſſet eccleſijs oneroſa. s̄. de cõſuetu. c. j. ⁊ ca. cum venerabilis. Jam enim cauſe poſſent falſe fingi ⁊ ceſſari. ⁋ Alij diſtingũt. dicendo predicta verba qñ ceſſatur contra epm̃/ſecus ſi cõtra alium: ⁊ tũc dicũt ſufficere ꝙ ſit rationalis: ſed indiſtincte dic. vt prius vt in. §. ceterũ ⁊. ī. eo. Quis: quia ille cõtra quẽ ceſſatur nõ debet cõuinci ex ꝓbandis ſed ex apertis ⁊ notorijs/p̄ſertim in cultu diuino tollẽdo ar. C. de actio. ⁊ obliga. Negantes ſed quõ canonici poſſũt ſeipſos ſuſpendere/qui in hoc vidẽtur * ſibi imperare. quod eſſe [c] nõ põt. ff. de arbi. le. pe. ⁋ Itẽ vidẽtur ſibi ius dicere quod eſt prohibitũ [d] C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat/dic ꝙ ſeipſos nõ ſuſpendũt nec ſententiã ſibi dicunt/ſua tamẽ organa ⁊ ſonũ campanarum ſuſpendũt ⁊ ſic ceſſant [illud] ſcʒ inſtrumentum [illas] ſcilʒ litteras autenticas. ⁋ [Sciturī] [pretermiſſo]. i. cauſa nõ expreſſa in literis patentibꝰ/vel inſtrumento publico [reſtituent] ⁊ dic cõditione ex iſto canone/cũ enim per legẽ nouã inducitur obligatio datur conditio ex lege ff. de conditio. ex lege. l. vna. ſic dico in canone/nec dico * neceſſe nomen actionis exprimi in libello. ī. de iudi. dilecti. [percipient] Nam cũ cõtra eos datur actio ad repetendũ: multo fortius exceptio ad nõ ſoluendũ. ff. de ſupfi. l. j. §. qđ ait [contra quẽ] nota ꝙ qui ceſſat ab eo quod facere debet quaſi ob culpaʒ alterꝰ iniuriã illi facit/cuꝰ occaſiõe ceſſat ſi culpa nõ ſuberat [occaſionẽ.] Nota * qui occaſionẽ dãni dat dãnũ dediſſe videt̃. ff. ad legem aquil. qui occidit. §. in hac ⁊. ſ. de homi. de cetero [canonicis] ſcʒ cõdenet̃ qđ eſt infra [eccleſie] ſcʒ cõdemnetur ⁊ ita dupliciter cõdemnabitur/qr canonicis ad intereſſe/⁊ eccleſie ad certã quantitatẽ ſuperioris arbitrio taxandã: nã hoc caſu ⁊ ſuperiori duo ſunt leſi: ⁊ ob hoc duobus eſt ſatiſfaciendũ [augmentũ] nam cũ cultus diuinus/culpa iſtius fuerit diminutus: decet ipſuʒ de illꝰ pecunia augmẽtari ar. ī. de cler. nõ reſi. c. vlti. [indeuotiõis] nam imagines * honorare debemus propter reuerentiam illorũ quos figurãt. Quod enim facit ſcriptura legẽtibus/hoc facit pictura ydiotis cernẽtibus de cõſecra. di. iij. prelatũ [reprobãtes] et ita nõ valet in talibus cõſuetudo/cũ potius ſit abuſus. auten. vt nulli iudi. §. j. col. ix. ⁊. s̄. de conſue. cum venerabilis [cõpeſcat]. ar. C. ad legẽ Jul. repetun. l. j. ⁊. C. de penis. ſi operis. Jo. mo. Card.

HAbes. Uide accumulatos caſus in quibꝰ requiritur ſcriptura per gloſ. in verbo. in ſcriptis/in. cap. vno. ī. de cẽſi. vbi Jo. mo. ante gl. ipſam quibus adde tex. in. c. j. in fine de elec. hoc lib. Probus.

⁋ Simile/* Similia dici quoruʒ diuerſi ſunt termini/⁊ vna eſt ratio/Bal. in. l. neqꝫ. ff. de leg. et in. l. illud col. ij. C. de ſacroſanc. et in. l. pria col. pe. C. de fur. Ad idẽ Per. de Ancha. cõ. cccl. poſt prin. in queſtiõe predicta arguitur: vbi dicit ꝙ illa dicũtur in iure ſimilia que regulantur per vnius ⁊ eiuſdẽ rationis idẽtitatẽ. l. nõ poſſunt. ff. de legib. l. fideicommiſſaria. §. ſi. di. de lega. iij. Et ad * tollendũ argu. a ſimili nõ ſufficit dare diſſimilitunẽ qr ſatis eſt ꝙ ſit ſimilitudo in eo de quo agitur. Panor. in. c. trãſlato. s̄. de cõſti. ⁊. c. quemadmodum. s̄. de iureiur. Et dicit Bal. in. l. curationis col. ij. C. de nego. geſt. ꝙ illud * eſt ſimile qđ in aliquo habet differentiam/ſed vt plurimum habet conuenientiam: et etiam data diſſimilitudine aliqua in eo de quo agitur non tollitur argumentum. Panor. in. c. conſtitutus. nu. v. s̄. de appella. Decius in con. 429. col. ij. pro defenſione vide Paul. de caſtro con. lxxiij. in fine licet iſta domina liſa parte prima. Probus.

⁋ Non poteſt/Uide pro hoc que citat Maria. Sozi. con. lxxxvij. col. ij. cum ſequentibus in preſenti. Probus.

⁋ Prohibitum/Adeo * fore prohibitum dic ꝙ etiam volũtas partis nihil operatur: vt quis poſſit eſſe iudex in propria cauſa. not. Panor. in. c. in Geneſi in. iij. not. s̄. de elect. per. l. pe. ff. de arbi. Et hoc procedit etiam ſi quis regia prefulgeat dignitate Maria. Sozi. cõ. xcvj. col. iiij. viſo proceſſu Uide Oldra. con. xxiiij. l. quod remiſſio.

⁋ An autem * quis poſſit cognoſcere vtrum ſit ſua iuriſditio vel non/attende ad ea que tradit Alex. con. j. col. iij. vol. v. vbi optime diſtinguit/vcʒ ꝙ vbi poteſt ſeparari cauſa iuriſditionis a cauſa principali: et tunc cognoſcit. Si autem non poſſit ſeparari ſecus/quia tunc videtur tanqꝫ iudex in propria cauſa. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. et. l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſdi. omnium iudi.

¶ Idem dicendum vbi aliquod commodum vltra iurisditionis exercitium iudicanti applicatur: vt quia non est dubium de solo exercitio iurisditionis/sed de proprietate alicuius iuris: vel cause deferentis iurisditionem: tunc propter dubium iurisditionis non cognoscet iudex an sua sit iurisditio. Notat Antho. de Butrio/ in cap. ceterum. §. de iudi. Probus.

¶ Gregorius Decimus, Cap. iij.

ORdinarij locorum subditos suos plures dignitates, vel ecclesias quibus animarum cura iminet obtinētes, seu psonatum, aut dignitatē cum alio beneficio cui cura similis est annexa, districte compellāt, dispensationes auctoritate quarū huiusmodi ecclesia, personatus, seu dignitates canonice tenere se asserunt, infra tempus pro facti qualitate ipsorū ordinariorum, moderandum arbitrio exhibere. quod si forte iusto impedimento cessante nullam dispensationem infra idem tempus contigerit exhiberi, eclesię beneficia, personatus, seu dignitates quæ sine dispensatione aliqua eoipso illicite detineri cōstabit, per eos ad quos eorum collatio pertinet, libere personis idoneis conferantur.

¶ Cęterum si dispensatio exhibita sufficiēs euidenter appareat exibens nequaquam in beneficijs huiusmodi quę canonice obtinet, molestetur. Prouideat tamē ordinarius qualiter nec animarū cura in eisdem ecclesijs personatibus, seu dignitatibus negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequijs defraudentur.

¶ Si vero de dispensationis exhibitæ sufficientia dubiteť, sup hoc erit ad sedē apo. recurrēdū, cuius est ęstimare quē modū sui beneficij esse velit. ¶ In conferendis insuper personatibus, dignitatibus, & alijs beneficijs curam habentibus animarum annexam, idem ordinarij diligentiā obseruent, vt personatum, dignitatem, vel aliud beneficiū similem curam habens animarū alicui plura similia obtinenti non ante cōferre pręsumant, quam eis super obtentis dispensatio euidenter sufficiēs ostēdatur. Qua etiā ostensa, ita demum ad collationē procedi volumus si appareat per eādem quod is cui est collatio facienda huiusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium, retinere libere valeat cum obtentis, vel si ea quę sic obtinet libere ac sponte resignet.

¶ Aliter aūt de psonatibus, dignitatib⁹, & bñficijs talib⁹ fctā collatio nulli⁹ penit⁹ sit momēti.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Prelati inferiores an habeant in clericos cohertionem in tex. contentam.
2 Ordinarij locorum vocantur illi qui conferunt beneficia/ ⁊ tales possunt esse alij ab episcopis.
Ordinare clericos/⁊ admittere ordinandos/ est proprium episcopi/non alterius prelati.
Pluralitas beneficiorum est canonibus inimica: ⁊ ideo tanꝙ odiosa est restringenda.
3 Idem iudicium est habēdum de personatibus/ quod de beneficijs curam animarum habentibus.
In dispensationibus tanꝙ in ambitiosis est stricta interpretatio facienda: idem in rescriptis ad beneficia impetratis.
4 In illis que iure communi possideri possunt/ nō est aliquis compellendus edere titulum sue possessionis: secus de his que iure communi non possunt possideri.
Possessio/⁊ bona fides quando non sufficiant.
5 Qui suam defensionem in termino assignato non ostendit: ius non presumitur habere.
Litere que non apparent non censentur esse
Idem in extionibus idoneitas tacite intelligitur.
25 lud.ff.de reb.eor.per illum text.ꝙ si in vno * loco est celebratus contractus/⁊ in alio loco extat res vel fundus venditus/debet solui gabella solum in loco venditionis celebrate tradit Alexan.cõsi.xlix.nu.iij.in causa ⁊ lite/volu.v.
¶ Item cum in renunciatione factum requiratur/ ibi dicetur vacare/vbi facta est renunciatio/ nõ vbi facta est ꝓcuratoris constitutio quod patet.vij.questio.prima.§.ecce his in fi.in capi.sicut vir/in capi.qualiter.⁊ capi.quis.hãc tenet collec.in capi.cum in cunctis.col.ij.in fine.s.de elec. ibi quid si feci procuratorem. Idem Bonifa.in clemen.prima in fine.s.de renuncia.⁊ in clemen.si beneficiorũ. nume. iij. de decim. ⁊ latius in clemen.si duobus/vt lite penden. nume.lxviij. quia procurator non prestat nisi nudum ministerium cum non dicat dominus meus renunciat imo ego nomine procuratorio talis renuncio.
¶ Possum enim pro his adducere exemplum: de actu qui dependet a voluntate constituentis ⁊ alterius/sicut est in matrimonio quod requirit duorum consensum / tunc enim licet ipse procurator prebeat nudum ministerium/capi.fin. de procura.hoc lib.quia concipit omnia verba in personaꝫ
26 domini/⁊ habetur vt pica ⁊ organum: tamen * puto beneficia vacare per contractũ matrimonij vbi procurator verba concepit/⁊ non vbi moratur ipse constituens: quia in loco vbi est procurator ⁊ mulier/est mutuus consensus/⁊ ibi fit matrimoniũ: ⁊ sic perficitur actus vacationis. Ideo vacant in curia si hoc matrimonium per procuratorem fiat in
27 curia: non enim * dubites beneficia vacare per matrimoniũ. Intellige tamen dummodo per verba de presenti sit contractum/probat Rota in plerisqꝫ locis decisi.ciij. in antiqu.capella Tholo.quest.ccxxxix. post collec.in capi.primo.s.de cleri.coniuga.hoc lib. ¶ Habeo preterea dictũ Maria.Sozini cõsi.clxxij.col.fina.multum abunde: si aliquid mandatur fieri vno tempore/⁊ fit alio tempore a procuratore vel in alio loco: censetur factum illo tempore ⁊ in loco in quo actus explicatur/ ⁊ non quando mandatur alleg.glo.in clemẽ.prima/vt lite penden.per quam glo. Idẽ firmat Sozinus consil.cxij. col.fine. quod incipit multum abunde. ¶ Premissis adde Rotam in antiq. deci.lxxxvj.
28 vbi dicitur. Ibi * vacat beneficium : vbi priuatur beneficiatus idem Bal.in.l.Titius.§.Rome. ff.de excu.tutor.ꝙ si clericus Anglicus renunciat beneficio per procuratorẽ in curia/dicetur vacare in curia Romana/⁊ non in Anglia ad idem duꝫ queritur an episcopus ordinarius permutationem (alias sibi de iure debitam siue permissam) possit apud sedem apostolicam expedire. Frederi.in tracta.de permutatio.beneficiorum dicit/ licet renunciationes possit ibi recipere: ibi tamen non potest permutationem facere/quia statim receptis resignationibus/est verum dicere/ꝙ beneficia vacant apud sedem apostolicam/vt in text.nostro/qđ est verum propter generalitatem verborum text.nostri: et hanc partem amplectitur curia. Ita concludit Bellamera in dicto tracta. quod modifica non procedere in casu quo ordinarius loci in quo est curia de beneficijs ibi existentibus cum subditis suis causa originis vel beneficiorum ibi stantibus permutationem faceret argu.capi.presenti.§.sane.j.hoc titu. quod perpetuo nota ad intellectum materie nostre. ¶ Et sic habes optime comprobatum ꝙ beneficium resignatum in curia (licet constituens sit extra curi-
29 am) vacat tamen in curia: hãc conclusionem modificare * habes: dummodo resignatio habeat effectum secũdum intentionem resignantium vt pote Titius ⁊ Meuius causa permutationis sua resignarunt beneficia in curia : accidit ꝙ permutatio obstante aliqua causa suum nõ potest sortiri effectum / tunc non videntur vacare in curia. Ratio quia ipsa resignatio est facta sub modo qui nisi sequatur nõ videtur resignatio / ista est doctrina Innocen. in princ. ⁊ glo . ij.in capi.inter cetera.s.eo.ti.ꝓ quo habes text. in l.licet.ff.de iure do.vbi licet soleat dos per acceptilationẽ cõstitui/si tñ ante mrimoniũ acceptilatio fuerit iterposita/ nec nuptie secute sunt Sceuola ait matrimonij causa acceptilationem interpositam(nõ secutis nuptijs) nullam esse: in lege enim est tacita conditio: quia non conferuntur nisi permutare volentibus: alias collatio dicitur nulla cle.vna de rerum permuta.nec valent talia beneficia expectantes acceptare capitulo primo.j.de rerum permuta. ideo si non sequatur conditio tacita que a lege intelligitur/non videtur beneficium vacare: facit qđ no.in.l.si quis accepto.ff.de cõ.cã dat.vbi si causa ꝓpter quam debitor liberatur non impletur/agitur vt in pristinam obligationem reponatur.
¶ Pro premissis adduco ea que voluit Joannes And. in nouel.in.d.c.vno de rerũ permuta.qđ in casu in quo non sequeretur permutatio/extra curiam videntur vacare si moriantur permutantes extra curiam: quia per modum reuolutionis beneficia videntur ad permutare volentes reuerti vt dicitur in simili in lege secunda cum ibi no.ff. de in diem adiection.vbi autem beneficia sunt resignata in curia causa permutationis/⁊ vnus volentium permutare moritur non facta permutatione / superuiuenti confertur beneficium mortui: ⁊ in personam ipsius perficitur permutatio: Bullaqꝫ per cancellariam expeditur. Ita tenent Domi.de Rota decisio.ccxciij.in antiquis argu.l.iure.ff.de cõditio.⁊ demostra.vbi si per grauatum impeditur implemẽtum conditionis pro impleta habetur: indemnis enim debet seruari: si per eum non stetit quominus permutatio suum sortiretur effectum.
¶ Continuando propositum in medium adduco dubium
30 tale. Pone * papa confert mihi beneficium vacans in curia : de ea tamen vacatione expressa non fit mentio ꝙ confert tanquam vacans in curia/queritur an propter id collatio dicatur nulla. Scribentes hic varij varia sentiunt. Petrus in tertio no.dicit credere: si papa conferat beneficium simpliciter vacans non facta alia mentione de loco vacationis in curia/quod valet / quia talis prouisio facta est omni iure quo potest propter verba infinita que sunt apta comprehendere omnem speciem seu modum vacationis.l.Gallus.§.⁊ quid si tantum.ff.de liber.⁊ posthu. Ego vero cum Lapo quem sequũtur hic Dominicus ⁊ Frãcus contrarium: credo quod est de mente Joannis Monachi hic in fine: mouẽtur prefati quadam regula Gregorij vndecimi que etiam plus disponit : quia si in persona per quam inducitur vacatio/ concurrãt plures qualitates per quas singulariter beneficium vacasset in curia/ puta quia erat scriptor apostolicus/Abbreuiator ⁊ Capellanus/⁊ familiaris pape/ac camere apostolice clericus ⁊ collector de omnibus his fieri debet mentio no.domini de Rota decisio.721.in antiq.vbi dicunt/impetratio beneficij in qua tacetur ꝙ defunctus fuerit familiaris Cardinalis/ est subreptitia ⁊ ita declarauit Gregorius vndecimus quod beneficium dicitur vacare in curia propter reseruationem pape que operatur vacationem in ipsa curia/licet moriatur aut cedat extra curiam.
¶ Et attende hic ad vnum incidenter tamen quia quando prouidetur de beneficijs vacantibus medio familiarium cardinalium/necesse est ad validitatem prouisionum consensum habere ipsorum cardinalium / cuius tenor sub his
31 verbis contexitur *.

¶ Nos Galeotus Miseratione diuina. S. Romane ecclesie presbyter Cardinalis titu li sancti Petri ad vincula gratie prouisionis/seu concessioni prouisionis parrochialis ecclesie. N. Cenomanen. diocesis per obitum quõdam Guillermi illius dum viueret vltimi rectoris tunc familiaris nostri continui commensalis extra Romanam curiam vacantem / per sanctissimum in Christo patrem ⁊ dominum nostrum dominum Julianum diuina prouidentia papam secundum in fauoreꝫ dilecti nostri Nicolai familiaris nostri continui commensalis facte seu fiende ⁊ literarum expeditioni consentimus nostrumqꝫ expressum consensum prebemus pariter ⁊ assensum: in quorum fidem hanc presentem cedulam manu nostra propria subsignatam fieri nostriqꝫ parui sigilli iussimus ⁊ fecimus impressione muniri.

Datum Rome in domibus nostris Anno.1508. die vero secunda Januarij Pontificatus eiusdem.S. domini Julij Anno quinto.

¶ Et vt reuertar vnde exiui: pro regula Gregor. adduco theoricam capituli postulasti.s.de res. vbi latissime scribẽtes ꝙ vbicunqꝫ tacetur aliquid pro expresso/papa non sic de facili cõcessisset/talis taciturnitas inducit subreptionẽ
32 facit quod no.Domi.de Rota. in antiq. deci.703.ꝙ * impetrantes debẽt exprimere omnia que mouere possunt ad denegandũ: sic in ꝓposito si fuisset expressuꝫ pape/ꝙ benefi

cium vacabat in curia non sic de facili concessisset propter affectionem quam habere dignoscitur in illis conferendis & in cui dando / & magis vni q alteri in quo consistit libera litas conferendi glo.in capi.relatum.§.hoc titu.Joã.Mo-na.in capit.cum in generali.de officio vica.vide Cald.hoc titu.consi.ix. ¶ Ex eo etiam quia illa confert quodã iure speciali/ puta consuetudine qua innititur: hinc glo. in cle.si de beneficio in verbo sine:isto titu. citat illa conferre
33 iure proprio/facit illud vulgare. Que speciali* nota sunt digna / nisi specialiter notentur neglecta seu omissa intelliguntur.l.apud Labeonem.§.hoc dictum.ff.de iureiuran. & capitu.Quis.j. hoc titu.capi.quia periculosum.j.de senten.excõmunica. ¶ Item significatus specialis est potior q generalis/ quia p primũ res magis declaratur Calc. consi.xx.nume.xj.dixi.s.in.d.capi.cum in generali.in prin. de offi.vica.q imitatur papa hoc in casu iure speciali/pro-
34 bat hic Petrus de Ancha. in.ij.no. Quod in hoc * fortior est consuetudo q ius commune cõpetens pape in collationibus/quia ius cõmune facit q Papa in beneficijs conferendis non irritet collationẽ ordinarij qui preuenit Papam in conferendo.capi.dilectus. s.eo.titu. sic conferunt cumulatiue/non priuatiue/ prout dicimus in simili. de beneficijs curatis siue parrochialibus existentibus in villis muratis/ vt secũdum iura Gallicana graduatis conferantur/quod verum si concurrant/ alias secus / sic non extat decretum irritans glo.habes in verbo censeantur in fine/in.§.statuit autem in titu.de colla.in pragma. Sed specialis consuetudo super vacantibus in curia plus facit/ quia ligat manus ordinarij: adeo q non prodest preuentio. Joan.Mona.in capi.proxime sequenti vbi dico hoc dictũ cõprobando:sic fit priuatiue. Ergo dicemus consuetudinem (quam ius speciale appellamus) ius cõmune fortificare/& eius effectum augere : & effectus sic auctus a consuetudine recipit denominationem/non a iure cõmuni arg.l.ius ciuile.ff.de iustitia & iure. Licet ergo omnes ecclesie sint pape/cap.cuncta per mundum/& cap.per principalem.ix.q.iij. tamen quedam iura sibi specialiter reseruat que vocantur iura curie Romane:sicut dicitur de imperatore quem dominum mundi aiunt.l.deprecatio.ff.ad leg.Rho. de iactu. habetq speciale patrimonium. l.bene a zenone. C.de quadri.prescrip. ¶ Confert ideo papa/quandoq ex potentia ordinaria/quãdoq ex potentie plenitudine/ & sic iure spe-
35 ciali. ¶ Pro premissis/ vide que decidunt do. de Rota/ in no.deci.xcvij.q habens* autoritate apostolica potestatem conferendi beneficia sedi apostolice reseruata / potest nedum specialiter/sed etiam generaliter reseruata conferre (vacantibus in curia per obitum duntaxat exceptis) qt illa non veniunt sub generali cõcessione/vide rotam in nouis/decisio.cxix.& ibi concordantes.

¶ Sic habes intentum liquidissimum q expressio ipsa requiritur / quod obtinet vires in praxi : prout sepissime expertus sum:& ista est cõmunis secundũ quam iudicantem oportet iudicare doct.in cap.ne innitaris.s.de cõsti. Joã. Mona.in capi.cupientes.§.denique.s.de elec.

¶ Modificare tamen habes secundum scribentes hic/ nisi prouisio papalis procedat motu proprio:quod facilime poteris cõprobare si sanum(nõ stolidum) geras cerebrum.
36 ¶ Sed quid * an & quando dicatur expirare ipsa reseruatio specialis. Dic per vnicam collationem subsequentẽ: secundum Franc.hic prout dicimus reseruationẽ medio cõmende generatam per vnam etiam prouisionem expirare not.late Roma.cõsil.cccl.in casu proposite. Quod intelli-
37 gas cũ grano sinapis/aut salis:si prouisio hec capaci:aut alias idoneo facta fuerit/alias nõ expirat/quia* tunc non censetur dispositum fuisse/ ex quo dispositio suum non fuit sortita effectum/argu.l.si pro patre.§.versum. ff.de in rem verso.l.quotiens.ff.qui satisda.coga.vbi paria sunt aliqua non fieri/vel minus legitime fieri lapus alleg.xxij.vbi dicit. Paria fore presentatum nõ fuisse/ vel minus sufficienter:tenet Rota in antiq.decisio.ix.& decisi.xx. sub titu.nostro/& in pprijs terminis Petrus de Ancha.cõ.cccxcix.circa finem/quod exorditur intentio domine constãtie/ ibi ad hec enim dico/prouisio Pape nulla:quacunq ratione non extinguit reseruationem pape factam/ non pro certa persona/quia verba debent intelligi cum effectu/capi.relatũ. s.de testamen.&.l.prima in fine. ff.quod quisq iuris/ facit l.nõ putauit.§.non que vis.ff.de bo.pos.cõtra tab. Faciunt ad casũ notata per eũdem Petrũ in cõsi.404.tria dubia
38 ¶ Premissis adde ea que no.p Feli.in.c.cũ ex officij.nu. xxj.s.de prescript. Quod iurisditio * & dominium equiparantur. l.qui furere.ff.de statu homi.vbi Barto.per quem text.dicũt ibi Baldus & Albericus post antiquos/ sicut & transferens dominium in eum qui non est capax non perdit ipsum.l. nec vtilem.ff. ex quib. cau.maio.ita delegans incapaci non perdit iurisditionem.

¶ Licet premissa optimis fundamentis videantur firmata:obstat tamen id quod voluit Joãnes And. in capitulo inter dilectos col. fin.s.de exces.prela. Si papa prouideat infra mensem aut prouideri mandet / et prouisio hec nulla sit vt quia subreptitia vel obreptitia aut alias facta inhabili vel incapaci:tunc ordinarius poterit conferre quia nõ est verisimile q superior prouisionem ecclesie in perpetuũ voluerit impedire:imo intentio sua est vt citius prouideatur q fieri poterit.c.ne pro defectu/& capitu. quia propter supra de elec.Joan. Mona.in capitulo sequen.in principio nisi(dicit idem Jo.And.vbi supra.) apparuerit aliquomodo q papa hac vice voluerit prouisionem retinere argu.ca. innotuit.§.de electio.& capitulo inter cetera.s.isto titulo/ puta quia sibi specialiter reseruauit prouisionẽ pro illa vice (dicit Compo. in capitulo capitulum col.xxvj.s. de rescrip.)quia sua intẽtio erat vt efficaciter prouideret/quod semper est presumendum:vel quando mandat illud conferri non expressa per sona:quia tunc etiam si collatio est nulla:iterum papa priuatiue prouidebit. Si autem cõtulit vel conferri certe persone mandauit/tunc(collatione existente nulla)ordinarius prouidere poterit:quia papa illi persone intendebat prouidere:sic postq prouisio est nulla propter literarum subreptionem aut indignitatẽ persone/potestas redit ad ordinarium : quia cessante causa cessat effectus/ capitulo cum cessante.s.de appel.cum similibus ita testatur glos.in capitulo secundo de elec.& reserua.in verbo causa in pragma.allegat inter alios Innoc.& Panor.in.d.c.inter dilectos col.fi.& est de mente Petri ibi/latius tamen ibi Cardi.in fine distinguit:vt puta si in literis sit verbum reseruationis/semper ad ordinarium reuertitur si litera non tenet: quia non operatur effectũ:sed si ex alio defectu aut est defectus inducens nullitatem ipso iure.Secundo casu cessat questio:tunc opus est irritatione prius:sed primo casu aut non tenuit per errorem iuris quia executor errauit in iure & tunc reuertitur ad papam non ad ipsum executorem quem non excusat error iuris/tenet Inno. in capitulo primo de re.iudi.aut ad ordinarium ex quo reseruatio tenebat/aut per errorem facti & tunc ad executorem reuertetur
39 quia * actus nullus non facit eum functum officio no.idem Inno.in.d.c.primo vide in proposito de Selua. in.iij.parte tracta.benefi.questione.xxxiij.

¶ Sed pone pape reseruatio adest:inutilis tamẽ & inefficax puta quia sibi certa beneficia reseruauit in Frãcia in qua (obstantibus sacris concilijs Basilien.& Lateranen.) non habent locum pape minusq legati de latere sedis apostolice reseruationes: et de eis prouideri mãdauit an obstet talis reseruatio & inutilis manus appositio/ quominus ordinarij possint de eis prouidere/breuiter dic q non:quia sublata est reseruatio per predicta concilia quibus tales damnantur reseruationes/ideo ipsa inutilitate ex defectu potestatis resultante/ non valet fundamentum/quod est reseruatio:& per consequens q ex eo subsequitur.c. Paulus prima.q.j.&.l.egi.de fideiusso.

¶ Quod autem inutilis manus appositio non afficiat beneficia/quominus de eis per inferiorem ordinarium prouideri legitime & libere possit/probo per textum quem ad hoc allegat singularem Ludo. Roma.consilio.cccxxxv. numero.xij.in capitulo ne captande de conce.prebend.hoc libro est enim ibi expressum q si executor per papam datus ad prouidendum expectanti de beneficio vacaturo apostolica autoritate/ qui certum beneficium nondum vacans acceptatum quidem per expectantem sue prouisioni reseruet/ inhibeatq ordinario:& postea prouideat: inualida est collatio ob defectũ potestatis. Quia non potest inhibitionem & reseruationem facere super certo beneficio nondum vacante/quominus vacatione occurrente ordinarius possit illud
40 conferre:licet certum sit quod ita * afficit reseruatio executoris apostolica autoritate deputati: sicut et reseruatio pape capitulo si executor / et capitulo si soli de conces.prebend.hoc libro.

¶ Pro comprobatione premissorũ adde dictum Roma.vbi supra dico singularissimum : posito quod papa potuisset huiusmodi bñficia cõferre aut cõferri/ mãdare seclusa etiã huiusmodi reseruatiõe scz ex capite plenitudinis potestatis aut alijs ex causis cõtẽtis in dictis cõcilijs/exceptis tñ ex quo contulit specialiter /aut conferri mandauit ex capite reseruatiõis/nõ valebit qcqd actũ ẽ/ p hoc videt tex.singlaris

scdm intellectum Joan. And. ⁊ Hostien. quos sequuntur doct. cōiter in cap. ex parte. de cōces. prebē. s. vbi patet si ordinarius in ecclesia in qua prebende non erant distincte nec canonicoꝝ numerus erat certus / aliquas prebendas contulerit ex eo capite / quia ipsarum collatio ad eum spectabat propter decretum concilij Lateranen. in capi. ij. s. de cōces. preben. sic ex capite incongruo quia concilium locum non habet vbi non sunt distincte prebende / nec canonicoꝝ numerus certus. d. c. ex parte / non substentabitur collatio illa ex capite congruo quo potuisset cōferre / quia ipsa ecclesia canonicorum patiebatur defectum / ⁊ capitulum negligens erat in prouidendo: sed nulla penitus remanebit. Pro his addo glo. auream in cap. ex literis. s. de offi. deleg. vbi per eam Panor. dicit / si ordinarius credat se delegatum / ⁊ ea occasione delegata procedat autoritate / non tenet processus si postmoduz appareat eum non fuisse delegatū / licet vt ordinarius procedere potuisset / ⁊ hoc ex defectu voluntatis. Jta Feli. in ca. cum ex officij col. x. versi. quarta cōclusio. s. de res. Facit glo. pragma. de colla. in prin. in verbo nulle. in §. volens. Facit etiam regula vulgaris sumpta ex lege multum interest. ff. si quis ius sibi. ⁊ c. Cū super abbatia. s. de offi. deleg. a. ꝙ faciēs actū firmiter ⁊ solēniter / dicat illum facere informiter ⁊ minus solenniter talis actus non valet propter * intentionē faciētis / forme ⁊ solennitati repugnantem / ⁊ etiā ꝑpter ipsā repugnātiā expssam ex ꝟbis resultātez. l. vbi repugnātia. ff. de re. iu. Ad idē. l. obligationū substātia. ff. de act. ⁊ obl. vbi dr qd qñ intētio expressa sensui ꝟborū repugnat / nō resultat obligatio: vide Aufre. in decisi. Tholo. clvij. ⁊ de selua. q. xvj. in. d. iij. parte. ¶ Nunc ad beneficiū cōmendatum veniamus. Pone Titius rector. S. B. in manibus pontificis maximi rectoriā ipsam resignauit occasione cuius frater Guiller. ordinis san. Augu. de ea per moduz cōmende perpetue prouideri sibi obtinuit / modo frater iste commēdatarius in partibus nature debitum in domino persoluit sic rectoria ipsa eo modo quo priusquam commendaretur vacabat / vacat (si non credamus Gallis vt late discussum habes per nos in cap. nemo. s. de elec.) ⁊ sic per ipsam resignationem / ⁊ in curia / queritur an illius prouisio ad Papam priuatiue spectet: dubium hoc tangit glo. pragma. in c. ij. de elec. ⁊ reserua. in ꝟbo causa / ⁊ post eā do. de selua in iiij. pte tracta. bñfi. cōcludētes / licet de iure dicatur vacare in curia p ea q. s. deducta fuere: tñ qꝛ nō placet Gallis tū qꝛ expirata cōmenda de beneficio electiuo reseruato facta redit potestas ad eligentes / idem de simplicibus beneficijs non electiuis: licet reseruatio hec locuz habeat per sacrum Basilien. cōcilium / excipiens ipsas reseruationes in corpore iuris clausas: quod stringunt Galli ad vacationem per obitū duntaxat qꝛ possent diutissime eligētes ⁊ ordinarij alij iure eligendi fraudari ⁊ ꝓuidendi cū cōtingeret multotiens papā prouidere per modum cōmende / ⁊ non tituli / sic contra mentem iurium Gallicanorum.

¶ Et hec in puncto tibi sufficiant vt descendamus ad clarificationem doctrine Joan mo. inqntum querit an episcopatus ⁊ abbatie includantur sub hac cōstitutione. Jta ꝙ his vacātibus in curia illoꝝ collatio ad papam priuatiue spectet: in hoc glo. Domi. Frāc. ⁊ cōiter alij hic ⁊ vbiqꝫ cōcordāt cum Joan. Mona. vt nos dicamus non includi / sic ꝓuidebitur per electionem / aut alias prout iura statuunt / alias collatio videtur nulla tanqꝫ facta cōtra cōciliū Basilien. cōprobat late glo. pragma. in titu. de elec. ⁊ reserua. in §. statuit / in verbo obstaculo / ꝑ hoc tex. in ca. videtur. in prin. xxxv. q. vj. ibi. Nā quod cōtra interdictū ⁊ ordinē ecclesie factū est ratum nō haberi / tam diuine qꝫ humane legis proclamat autoritas. Firmat hec Gul. de Mōserrat / in cōmento pragma. in. ij. parte charta mihi. v. vbi dicit ꝙ he electiue dignitates nō cōprehendūtur sub decisi. tex. nostri: allegat quo ad episcopatus ꝙ semel interpretatus fuit Nicolaus. iiij. in Bracaren. eccl'a / intellige de electiuis in quibus requiritur forma. c. quia propter. s. de elec. ⁊ medio vacationis / quaꝝ dicuntur viduate ecclesie presertim si haberent iurisditionem in illos de collegio / qꝛ tunc habet locū cōciliū generale. c. ne ꝑ defectu. s. de elec. Jta citat. d. glo. obstaculo.

¶ Jsta cōprobo sic / papa * nō potest statuere sine iusta causa per quod status generalis seu vniuersalis ecclesie immutatur glo. no. in. c. literas. in verbo non potest. s. de resti. spo. ⁊ in. c. ꝓposuit. in verbo dispensare. s. de cōces. preben. Ubi Panor. ⁊ alij: ⁊ quando ex tali statuto decoloraretur status ecclesie: ita intelligas tex. ⁊ glo. in. c. ⁊ si illa. prima q. vij. Jnno. in. c. qꝫto. s. de cōsue. circa finem. Panor. in ca. que in ecclesiarum. s. de consti. ⁊ ibi Feli. col. xx. versi. limita. quarto ꝙ si id statuat: tunc cetus cardinaliū debet monere papam vt desistat ⁊ se corrigat: non autem dico eum deponendum. c. si quis. lxxix. di. ⁊. lxiij. di. Adrianus faciūt no. per scriben. post inno. in. c. inquisitioni de senten. excommunica. ⁊ in. c. quanto. s. de cōsue. Refert ⁊ sequitur Marti. lauden. in trac. Cardi. col. xvj.

¶ Or per prouisionem papalem diceretur cōtrauenire sacro Basilien. concilio. sic immutaretur generalis ecclesie status / dignitates electiuas habens ordo confunderetur quia electione facta confirmationem ad immediatum superiorem spectare dicimus / et eo negligente gradatim ad alios glo. ampla in. §. si quis in verbo gradatim de colla. in pragma. Waleretus in trac. de elec. charta pe. col. iij. ⁊ Mōserrat in. ij. parte / vbi. s.

¶ Jtem papa non potest id statuere ex quo constat aut vehementer presumitur / vniuersalem ecclesie statum perturbari glo. in. c. per principalem. ix. q. vltima. Jnno. in. c. inquisitioni in fine. s. de senten. excōmu. Sed si huiusmodi modus prouidēdi obseruetur / status vniuersalis ecclesie perturbabitur / vt intuenti apparet maxime temporibus nostris quod ad oculum demonstratur: quia quādo papa his prouidet ecclesijs: de non notis populo / ⁊ inuitis capitulis prouidet: ipsos tanqꝫ non optatos / aut contemnunt / aut odiunt. Non enim solum turbatur sed (vt dixi) confunditur ordo ecclesie: qꝛ vnicuiqꝫ ordini ecclesiastico iurisditio non seruatur. c. peruenit. xj. q. ij. ⁊ per hec satis constat de nullitate huiusmodi prouisionum.

¶ Nec iuuat dicere presumendum pro facto pape vt semper iusta moueatur ex causa (dixi. s. in proemio in verbore laxatio.) Ratio quia in eo vigere debet omnis puritas. ca. per tuas. s. de dona. Facit. c. primū. §. sed diuersum: de alie. feudi / vbi * ecclesia dicitur cultrix / altrix / ⁊ auctrix iustitie que non patitur contra iustitiam in se vel alterum fieri / qd procedit in papa tanqꝫ in capite ecclesie militantis ⁊ vicario Christi (dixi. s. in proemio in verbo interiectio) Premissa veritate fulsiri dicas nisi vbi ipse papa facit contra constitutionem respicien. generalem statum ecclesie / vt pote in casu nostro: quia tunc non venit sustinendus nisi faciat ex magna causa per eum exprimenda ⁊ postea verificanda alias non presumetur quod probat Roma. con. cccclxxix. in premissa consultatione ⁊ Fely. in. d. c. que in ecclesiarū col. xx. per dictum singulare Jnnoc. ꝙ vbi * alicui ex aliqua iusta causa licitum est a regulari iure recedere / non sufficit causam subesse: nisi illa per eum cui hoc de iure cōpetit exprimatur. ¶ Premissis adde que voluit Oldra. in proposito ꝯsi. lxij. Circa hoc veniunt tria / quod prosequere vt per eundem Monser. in. iiij. parte.

¶ Et prouisionem papalem dicas adeo nullam ꝙ prouisus non est recipiendus in confirmatione electionis / vt legitimus contradictor / quod clarificat Roma. d. consi. cccclxxix. motiuis sequentibus. Primo quia * ad hoc vt quis obtinere possit electionez declarari nullā ratione forme nō seruate: necesse est probare plene ⁊ specialiter sua interesse: vtquia sit talis ad quem electio pertinet. Secundo probat ex nota. in. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa. vbi expressum est quem repelli in effectu obtinende recissionis testamenti / nisi sua interesse plene probauerit: facit qd no. Antho. in. c. cum super. s de re iudi. ꝙ intendens obtinere cassationem sētētie: necesse est eū plene probare sua interesse / alias excludetur ab obtentu arg. capitulo veniens el. iij. s. de testi.

¶ Premissa autem intelligas procedere quando nondum erat facta deuolutio infra trimestre ex capite delicti / vt qꝛ canonici eligentes / indignum scienter elegerunt: quia si esset facta papalis ꝓuisio: haberet locū. c. cū in cūctis. §. fi. ⁊. c. cū Uintonē. ⁊. c. scriptū. s. d elec. vel post trimestre: vt qꝛ nō elegerūt infra illud tēpus. c. quanqꝫ. s. de elect. hoc lib. qꝛ * tunc electiua dignitas propter electorum negligētiam / delictum aut culpam / fit prouisiua vt in dicto capitulo ne pro defectu glos. ij. in capitulo primo / supra de elect. hoc libro: ⁊ in. c. cum inter canonicos eo. in antiq. ⁊ in. c. in synodo. lxiij. dist. in verbo confirmamus.

¶ Premissis enim non obstat si dicas quomodo potuit restringi potestas pape in istis bñficialibꝰ in qbꝰ habere dicitur liberam potestatem / dic ꝙ licet dispositio beneficiorum plenaria ad papam spectet / hoc intelligitur vt dixi vt non sequatur inconueniens vt perpulchre per Feli. in dicto capitulo / que in ecclesiarum colūna. xiiij. post Cardina. consilio. xlij. quod exorditur sanctissimus dominus noster Bonifacius papa nonus.

¶ Cum igitur ex reseruationibus & preuentionibus circa beneficia electiua & ex gratijs expectatiuis multa sequebantur incōuenientia/ vt patet ex discursu pragma. & titulorum de reserua. & colla. in pragma. nō debet quisq; in administrationem trahi si ad talia incōuenientia vitāda fuerit circa p̄dicta impositum frenum summo pontifici/ dicit malleretus in. d. pe. char. col. iiij. q̄ in col. ij. dicit vnū in proposito q̄ licet cessio epōrum a solo papa admittat. c. ij. §. de trāsla. epi. tamē nō potest prouidere de epatu vacante per cessionem siue resignationem factam in curia q̄ epatibus (cum vacant) est per electionē prouidendum nō obstāte quocunq; impedimento vt habetur in pragma. in titu. de elec. c. ij. in prin. istud satis fuit de mēte glo. pragma. i. d. ti. de elec. c. j. §. quibus in verbo clausis paulopost prin. Dic tū q̄ valebit prouisio dūmodo p̄cedat aut sequatur cōsensus capli aut eligere debētium Mōserrat in. ij. parte col. ix. ratio q̄ eorum interest & quasi * contractus geritur inter eligētes & electū. ar. d. c. cum inter canonicos & in. c. nisi cum pridē §. de elec. vnde sicut in cōtrahendo requiritur consensus: ita & in distrahendo/ & econtra/ quod prosequere vt per eundē malere. in antepe. charta.

47

¶ Licet in premissis discussum sit (in genere tamē) abbatiam nō cōprehendi sub hac constitutione & in hāc sententiam inclinare cōiter doc. quibus astipulatur lapus alleg. 84. col. xliij. dicens abbatiam * fore in primo gradu dignitatis/ sicut dicitur de epatu: tenet Jo. mo. in. c. in gnāli. j. de re. iur. de abbatijs q; prōnunciari in cōsistorio sicut de episcopatib⁹ dicit quod vltimum nō semp verū dicito vt experiētia & tenore prouisionū vidi q̄ in his describebat. Et ad sedem cādem ex quauis causa specialiter vel gnāliter ptineret: ac cōsistorialiter fieri deberet.

48

¶ Uel sic: de quibus cōsistorialiter disponi nō cōsueuit.

¶ Quando autē prouidetur consistorialiter dicitur. Nos vacatiōe huiusmodi fide dignis relatibus intellecta: ad prouisionem eiusdē monasterij celerem & felicem &c. Ne monasterium ipsum longe vacationis exponatur incōmodis/ paternis & solicitis studijs intendētes: post deliberationem quā de preficiendo eidē monasterio personā vtilem & etiā fructuosam/ cum fratribus nostris habuimus diligen. deinde subditur in verbis dispositiuis. de fratrum nostrorum cōsilio apostolica auctoritate prouidim⁹: teq; illi p̄fecimus in abbatem/ curam/ regimē/ & administrationem dicti monasterij in spiritualibus & temporalibus plenarie cōmittendo in illo qui dat gratias & largitur p̄mia cōfidentes q̄ dextra dñi tibi assistente ppitia dictū monasteriū per tue circūspectionis industriā & studium fructuosum: regetur vtiliter & prospere ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa.

¶ Subdit p̄terea idem lapus vbi. s. q̄ in abbatialibus prouisionibus nō datur executor vt prouisum inducat in possessionem: sed papa in bulla prouisionis scribit sic onus iniunctū propria deuotione prompte suscipiat &c.

¶ Uel dic secundum modernum stilum (vt dixi) curam/ regimen/ & administrationem in spūalib⁹ & tpalibus plenarie cōmittendo q̄ tamen nō detur executor infallēter id nō cōcedas prout etiā vidi & sepius diciturq; hoc in casu. Quo circa dilectj filijs. N. N. ac. N. Mādam⁹ quatin⁹: ipsi vel duo aut vn⁹ eorum per se vel per aliū seu alios: tibi in adipiscenda possessione vel quasi regiminis & administrationis ac bonorum eiusdē monasterij vel maioris partis eorūdem assisten. faciat auctoritate nostra tibi a cōuentu p̄fatis obedientiam & reuerentiam debitas & deuotas. Necnon dilectis filijs vassallis & alijs subditis dicti monasterij huiusmodi cōsueta seruitia: & iura ab eis tibi debita integre exhiberi cōtradictores &c. cōtrariū tamen hic dicit Aureol⁹ in addi. ad Guil. qui nō attente scrutat⁹ est stilū modernū.

¶ Et quia lapus vbi. s. voluit dare certā formā q̄n nō describuntur executores in prouisionibus abbatialibus satis tamē debilem & vt ita dicā macram: ideo tibi describo pinguiorem sub his verbis contextam.

¶ Quo circa discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus/ impositum tibi onus a dño regiminis & administrationis ipsius monasterij prōpta deuotione suscipiens: curam et administrationē predictas sic feliciter geras & fideliter prosequaris: q̄ dictum monasteriū p tue diligentie laudabile studiū gubernatori prouido & fructuoso administratori gaudeat se commissum: tuq; preter retributionis eterne premium: nostrā & eiusdē sedis bñdictionem & gratiā exinde vberius cōsequi merearis necnō dilectis filijs cōuentui & vniuersis vassallis & subditis dicti monasterij cōuentus vero tibi tanq; patri & pastori animarum suarum humiliter intenden. & exhibentes tibi obedientiā & reuerētiam debitas & deuotas tua salubria monita & mandata suscipiant: humiliter et efficaciter adimpleāt: vassalli vero et subditi prefati te pro nostra et dicte sedis reuerentia grato suscipientes honore: tibi fidelitatem solitam ac cōsueta seruitia & iura tibi ab eis debita integre exhiberi procurēt Alioquin sententiā siue penam quam rite in rebelles respectiue tuleris seu statueris: ratā habebimus et faciem⁹ (dño auctore) vsq; ad satisfactionem condignam inuiolabiter obseruari. Hortamur quoq; attenti⁹ venerabilē fratrē nostrum epm. N. vt te sibi ordinario iure subiectum ac monasteriū huiusmodi habens pro nostra et dicte sedis reuerentia propensius cōmendatos in ampliādis iuribus ipsi⁹ monasterij/ sic sui fauoris presidio prosequatur q̄ per eius auxilium gratie te possis in cōmisso tibi dicti monasterij regimine vtilius exercere/ ipseq; preter diuinam misericordiā nostrā & dicte sedis benedictionem & gratiam exinde vberius valeat promoueri.

¶ Et in q̄tum dicimus de abbatijs prouideri cōsistorialiter: intellige de regularibus nō secularibus/ p ea que statuit Alexā. vj. sub rubrica de signatura gratie ibi in abbatijs secularib⁹/ nō dicas dūmodo consistoriales non sint.

¶ Capio eñi ipsa monasteria fore cōsistorialia q̄n. cc. ducatorum de camera valorem excedunt/ ita reperio dictatum p eundem Alex. vj. in rub. de deroga. iur. patro. ibi monasteria valoris vltra. cc. ducatos minime p signaturā seu cōsistorialiter/ & in rub. de nouis prouisionibus ibi cum monasteria excedunt. cc. ducatos tunc cōsistorialiter/ & in rub. de resignationibus ibi resignationes monasteriorum virorū vltra valorem. cc. duca. non admittuntur/ & non nisi cōsistorialiter prouidetur de personis idoneis aut cōmendatur.

¶ Continuando propositū executorialiū prouisionum dic q̄ in prouisionibus epalibus non inscribuntur etiam executores sed solum mādatur vicino epo/ pape & sedi apostolice iuramentum prestari per prouisum secundum formam & in prouisione ipsa aut alia litera siue bulla separata contentam/ pro hoc habes glo. in ti. de elec. & reser. in. §. censuit in verbo iuramentū in pragma. vbi dicitur q̄ confirmati/ aut cōsecrati/ vel promoti in curia iurāt pape. Nihilominus tamen debent iurare suis superiorib⁹ immediatis cum nō sint exempti ab eis.

¶ Idem dicas non describi in prouisionibus archiepiscopalibus: quia etiam mandatur prestari iuramentū/ postea scribitur ad capitulum/ ad clerū/ ad vassallos/ ad suffraganeos & ad regem & in diuersis bullis fit hec descriptio.

¶ Et sic ex premissis habes quandam conuenientiam inter dignitatem episcopalem/ & abbatialem: maiorem quippe poteris adducere: Nam quemadmodum * per assecutionem pacificam episcopatus & consecrationem vel post decursum temporis de consecrandis vacant priora beneficia. c. cum in cunctis. §. cum vero de elec. vbi Imol. col. iiij. citat vtrunq; requiri lapsuz videlicet temporis de consecrādis & liberam administrationem/ aut restet per eum quominus illam habeat/ concordant Compo. & Jo. And. ibi dicētes q̄ si propter iuris impedimentum puta propter peccatum occultum ministrare non possit/ perinde est acsi ministraret: impotentia enim ex delicto suo proueniens ei imputatur arg. l. si mulier primo ff. so. ff. quod me. causa sequitur ibi Petr. de Ancha. co. ij. in prima. q. & vij. nota. addēs quatuor requiri vt dicantur vacare. Electio/ confirmatio/ possessio/ seu bonorum episcopatus acquisitio & cōsecratio/ Concludendo tamen q̄ si non potest habere administrationem bonorum de iure vel de facto/ q̄ non vacabunt priora beneficia cui astipulatur collec. ibi in versi. quid si consecratus: et dic administrationem maioris partis secundum omnes.

49

¶ Ad propositum premissorum collec. vbi. s. nume. xij. ait q̄ si fructus debentur fabrice/ per tres vel quatuor annos aut alij vsui & episcopus est consecratus lapsumq; est tēpus de consecrandis/ propterea beneficia priora non vacāt/ licet contrariam videatur sentire sententiaz Archid. in. c. commissa. §. de elec. hoc lib. quod intelligas in alijs ab episcopatibus facit pro communi dictum commune q̄ non dicitur * rem habere quam non possidet: ideo priora beneficia non vacant: facit. c. licet episcopus hoc titu. vbi quis non debet perdere primum beneficium nisi plene secundum sit assecutus: vide glo. pragma. in tit. de elec. & reserua. in. §. cēsuit in verbo promotus Oldra. consilio. xiiij. Cum queritur hanc communem insequitur Panor. in. dicto. §. cū vero numero. vj. vbi mouet dubium. Pone confirmatus aut alias prouisus habet indultum vt non teneatur consecrari infra

50

annum:an interim vacent priora beneficia dic q non firmant ibi Inno. Joan.and. Car.pe.z Decius nume.vij.vbi dicit q per huiusmodi indultum seu dispensationem cessat causa finalis.d.c.cum in cunctis/puta mora z negligentia fm Antho.z Panor.ibi post eum.

¶ Facit ad premissa.c.cu ex eo.s.de elec.hoc lib.vbi patet q dispesatio(durante tepore illius)suspedit pena pter negligentia impositam:habes qd in simili tradit Panor. in.c.qr in tantum.s.hoc.nu.iiij.q si cum minore dispesatur vt possit obtinere ecclesia parrochialez/eo ipso cesetur cu eo dispensatu ne teneatur se facere promoueri ad sacerdotium infra annum iuxta.c.licet canon.s.de elec.hoc lib.Jason in.l.fi.ff.de cost.princ.¶ Intellige pmissa q dicunt de dispensatione vt pcedat ipsa in ea que motu pprio data extitit:secus ad instatia illaq talis electus p suo comodo priuato pcurauit.l.iiij.ff.ex qb.cau.maiores firmat rota in antiq.decis.575.z scribe.hic:ratio diuersitatis p Panor.in.d.§ cum vero.nu.vij.ponitur qr cum fit motu pprio debet fieri larga interpretatio secus quado ad supplicationem qr tunc de vno ad reliquum non fit extetio cum materia odiosa sit.c.si motu.j.hoc titu.Calc.co.77.versi.nono/qr rescriptum.Intellige secundo secundu eunde Jo.and.vbi.s.col.iij.nisi in dispesatione exprimeretur q interim bnficia non vacarent z posset illa retinere tunc planum est q non vacabunt cum verba dispensationis sint inspicienda.c.porro de priuileg.z.c.fi.de vsu pal.hanc doctrinam Jo.and.solitus sum sequi in memorialibus que mitto ad curiam(pro huiusmodi dispesationibus obtinedis) dicendo sic.Et cum decreto q propter non pmotione beneficia vacare non censeatur/dispensare/sibiq pariter indulgere z decernere dignetur papa.

51 ¶ Continuando intentum nrz idem videtur dicendu de abbatialibus * dignitatibus/qr si abbas alias pacificus non petat benedici infra annu vacant priora beneficia/tenet Collec.in.d.c. cum in cunctis.col.ij.allegat Jo.and. z vincen.in cle.ij.de eta.z quali.quod putat veru Aureolus in addi.ad Guiller.in.c. abbates. j. de priuile. quod pbat/ qr constitutio de consecratione infra tres menses petenda est penalis/ cu ex ea iuris sequatur priuatio ideo non credo eam extendendam ad alium casum : merito dicitur infra tres menses non teneri benedictionem petere/sed potest differri per annum/neq antea inducitur priuatio/p quo tex.in cle.ij.in.§.statuim⁹ de statu.mo.vbi loquitur de abbatissa que no recepit benedictione infra annum a tempore sue confirmationis computandu vt cadat a iure suo/causa non subsistente rationabili. Card.z imol. ibi post glo.in verbo cecidisse dicunt hoc no procedere in abbatibus/quia solum reperitur de abbatissis ideo no extendemus tanq penale.c.primo de supple.negli.pla. hoc lib.z.c.is qui.j.de senten.exco.cum similibus.

¶ Tu igitur dic q ex quo iure cautum non inuenimus q abbates benedici debeant infra annum seu aliud tempus determinatum/p no sumptione benedictionis:minime dicemus vacare priora beneficia:sed per adeptione pacifica citat late.Oldra.d.co.xiiij.quez sequitur Decius in.d.§.cu vero.nu.ij.Fely.tamen in.c.eam te.col.v.nu.vj. versi. iij. restringitur.s.de rescrip.dicit vacare per electione acceptatam/quod non credo. Ratione diuersitatis inter epm z abbatem discussam videbis per eosdem Oldra.z Deciu: vbi.s.z glo.pragma.in.d.§.censuit in verbo bndictionis vbi cocludit q beneficia electi z cofirmati in abbatez post pacificam possessionem vacant etiam ante benedictionem per.c.de multa.s.eo.ratio intuenti apparere potest qr ipsa benedictio potius censetur de solennitate no essentiali/q de substantia fm Card.in.d.§.statuimus.q.vj.hinc dicim⁹ q ante benedictionem potest vti baculo pastorali / notant fely. z alij.in.d.§.cu vero.Quam vacationem intellige fieri/nisi cu ipsis episcopis z abbatibus fuerit p papa dispesatum vt cu his priora retineat beneficia/pro quo vide glo sa pragma.in.§.item insup in titu.de colla.in verbo dispone re.col.iij.Roma.consi.cccxxxv.colum.prima circa primum consultationis articulum.

¶ Et vt habeas perfectum z sanum intentum de dispensatione necessaria/ z his que in ea exprimi debent tibi seque tem curaui describere clausulam / sub verbis his cotexta.

52 ¶ Nos * enim tecum vt etiam postq in vim prouisionis z pfectionis predictorum regiminis z administrationis/ac bonoz monasterij. A. huiusmodi possessionem pacifica fueris presentiu vigore affecutus monasterij. B.cuius ad.cccxx.florenos zc. Abbas no desinas/sed quoad uixeris vtriusq. A. vez z de. B.monasterijs in eam de comenda de iardo.etia quoaduixeris monasteriu huiusmodi cuius ad.cl. flo.similes fructus redditus z prouetus in libris camere apostolice taxati reperiuntur retinere vigore presentium libere z licite valeas/ generalis conciliij z quibusuis alijs costitutioibus zc. non obstantibus quibuscunq.q si no obtineatur dispensatio/poteris obtinere de his reseruationem sub hoc cotextu.

¶ Clemens zc.Cum itaq nuper de persona dilecti filij.J.abbatis monasterij.A.ordinis sancti B.Bitur.diocesis eidem monasterio tunc vacanti duximus prouidendum/preficiendo ipsum eidem monasterio in abbatem.Et propterea officium cantorie ipsius monasterij quod ipse tempore prouisionis z prefectionis huiusmodi obtinebat prout obtinet/q primum possessionem pacificam administrationis bonorum dicti monasterij fuerit pacifice assecutus vacare speretur. Nos igitur voletes tibi zc.coferendum reseruamus zc.datum zc.

¶ In gallia tamen non dicas hanc reseruationem obtinere vires per ea que late deduxim⁹ in.c.psenti de offi.dele.

¶ Pro hac dispensatione vide que dicit Ang.con. cclxxiiij Bonifacius episcopus.

¶ Reliquum est impresentiarum attendendum/quia licet epatus z abbatie soleant expediri consistorialiter : vt iam tactum est aliquado tame expediuntur per comissione palem/z tuc necessaria est approbatio cosistorialis vt vide re licet per hanc formam.

¶ Clemens zc.venerabili fratri nostro Roberto epo electen.Salutem z apostolicam benedictionem Romani potificis puidentia circuspecta his que auctoritate apostolica gesta sunt vt illibata cosistant libeter adijcit apostolici muniminis firmitate dudum si quide ecclesia Electe.per obitum bone memorie Arnaldum epm Electen. qui extra romanam curiam die clausit extremu vacan. Nos eande ecclesia sic vacan. cuius puisio antea fuerat p nos dispositioi z ordinationi nostre reseruata bone memorie petro. S. Roma.ecclesie psbytero Cardinali quem a vinculo quo ecclesie Laudune.cui tuc perat tenebatur de fratrum nostroz consilio z apostolice potestatis plenitudine absoluen.in ipsis Ro. ecclesie psbyterum Cardinalem assumpserimus ex certis causis vsq ad certum tempus duximus commendandam.Et deinde venerabili fratri episcopo Tusculanen.z dilectis filijs Petro tituli sancti Marci ac Joannis/ tituli sancti Uitalis presbyteris cardinalibus nostris dedimus literis in mandatis vt commendam huiusmodi autoritate apostolica reuocarent/ z de te qui tunc abbas monasterij beate Marie Burgidolen.ordinis S. B.Bituricen.diocesis existebas/eidem ecclesie Electen.eadem autoritate prouiderent teq illi preficerent in episcopum z pastorem ac tibi cura z administrationem ipsius ecclesie in spiritualibus z temporalibus plenarie committeret: z munus consecrationis per aliqué catholicum antistitem gratiam z communionem apostolice sedis habe.autoritate predicta impendi facerét prout in dictis literis plenius continetur. Et demum episcopus Petr⁹ tituli sancti Marci/ z Joanes Cardinales predicti ipsarum literarum vigore commenda huiusmodi reuocarunt z de persona tua eidem ecclesie tunc secundum premissa vacanti prouiderunt teq illi prefecerunt in episcopum et pastorem curam z administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus z temporalibus plenarie committendo/ ac tibi munus consecrationis huiusmodi impendi fecerunt/ tuq possessionem bonorum mense episcopalis Electe.fuisti pacifice assecutus/z ex tunc ecclesiam ipsam in spiritualibus z temporalibus rexisti:et etiam gubernasti. Et subsequenter premissa omnia z singula proponi fecisti in cosistorio coram nobis/ac nobis humiliter supplicari vt ea confirmari de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur puisionem z prefectionem predictas z munus consecrationis tibi vt prefertur/z que per te circa administrationem predictam rite gesta sunt rata z grata habentes illa de fratrum nostrorum consilio autoritate apostolica confirmamus: et presentis scripti patrocinio laudamus nulli zc.

¶ Postremo in proposito thematis hesitari videtur a nonnullis:pone beneficium tanto tempore vacauit q eius collatio est ad sedem apostolicam deuoluta vel vacauit in curia/sic non potest prouideri de eo per alium q per Roma. pontificem:nunquid hoc in casu ordinarius habeat potestatem durante huiusmodi vacatione ponendi economuz/ aut custodem pro conseruatione bonorum beneficij / prout posset de iure si ad eum accumulatiue z non priuatiue spectaret collatio/breuiter dic q sic/per ea que not. Panor. in

c.cum nobis olim.s.de elec.vbi dicit: licet collatio benefi-ciorum pertineat ad papam iure reseruationis vel deuolu-53 tionis nihilominus * interim custodia ecclesie vacantis/ et deputatio economi pertinent ad episcop:m. Ratio quia dispositio.c.ij.s.de conce.prebend.dicitur penalis et sic non extendi debet vt puniat episcopuz in alio quam in eo quod est expressum a canone. Pro his facit optime tex. noster cum glo.in.c.cum inter R.seniorem.s.de elec.vbi Panor.ponit quod dispositio.c.cum in cunctis in fine(que priuat eligentes indignum potestate eligendi)non habet locum nisi in dignitatibus in tex.expressis:ita no.Jo.And.in.c.odia de reg.iur. hoc lib.refert et sequitur Franci. Aretinus con. lxiij.col.iij.nu.vj.quod exorditur in presenti consultione vbi dictum hoc comprobat:quia ad illum aliquando spectat custodia ad quem non spectat collatio/patet in patrono ecclesiastico probatur.in.c.cum vos.s. de offi.ordi.et in.c.ecclesie cathedralis/quod nō succedit episcopo sede vacāte vt possit conferre beneficia: tamen potest deputare custodem beneficio vacanti / vt singulariter no.Jo.And.in.c.j.ne se de vacan.hoc lib. Probus.

¶Gregorius Decimus in cōcilio generali Lugdunē. Cap.iij.

Statutum fœlicis recordationis clementis Papę prædecessoris nostri dignitatibus & beneficijs i curia Romana vacantibus, nequaquā per alium quam per Romanum pontificem conferendis decernimus taliter moderandum.

¶Vt hi ad quos eorundem beneficiorū & dignitatum spectat collatio (statuto non obstante prædicto) demum post mensem a die quo dignitates seu beneficia ipsa vacauerint, numerandum ea conferre valeant.

¶Tantummodo per seipsos,vel(ipsis agentibus in remotis)per suos vicarios generales in eorum diocesibus existentes,quibus id canonice sit commissum.

¶Summarium domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Moderatio recipit artationem non augmentum.
2 Qui nescit potestatem experiendi non habet.
Negligens non est qui nescit.
Prescriptiones sunt introducte contra desides/et sui iuris contemptores.
3 Res de leui ad suam naturam reuertitur.
4 Prelatus conferens beneficium vacans in curia infra mensem an valeat collatio.
5 Impetrator nolens vti decreto an suffragetur alteri.
Prelatus cōferens beneficium vacans in curia post mensem sede vacante apostolica an faciat aliquid validum.
6 Penes papam manet plena dispositio beneficiorum.
7 Episcopus an possit conferre beneficia extra suam diocesim.
8 Uicarius generalis potest omnia que pertinent ad iurisditionem eius cuius vices gerit

¶Summarium Domini Philippi Probi,

1 Modificatio solet fieri per gerundium.
2 Duplex reperitur modificatio vt hic.
3 Modificatio fit per dictionem ita quod.
4 Noua collatio presupponit primam/ et datur super prouisione ordinarij non super prouisione pape.
5 Noua prouisio nihil capit de veteri.
6 Emphitheota cadit a iure: si dominus vti voluerit iure suo.
7 Dominus recipiēs pensionem ab emphitheota an sibi preiudicet.
8 Statutū excludens feminas propter masculos/quādo habeat locum.
9 Episcopus existens in curia confert beneficia vacantia in partibus.
10 Conferre beneficia est iurisditionis que vbique potest exerceri.
In impetratione gratie nemo est citandus.
11 Commissio facta ab inferiore a principe/nunquam potest exerceri extra territorium.
Legatus confert extra territorium.
12 Jura communia que de cōmuni,consuetudine non seruantur/pro nullis habentur.
13 Non currit tempus pape nec eius executori.
14 Quando datur potestas corrigendi quid contineatur.
15 Actus a principio nullus tractu temporis non cōualescit
16 Decretum iuris non debet esse minoris efficacie/quam decretum hominis.
17 Appositio manus pape/affectat mandando.
18 Obseruatione solennitatis testamenti attenditur tempus conditi testamenti/non tempus mortis testatoris.
Quod nullum est non dicitur habere esse.
19 Beneficia debent in perpetuum conferri.
20 Collatio est actus legitimus.
21 Potestas superueniens non validat actum gestum ab inhabili.
22 Diocesanus conferens infra tempus presentādi an faciat quid validum.
23 Prouisio limitata pretextu iuris non subsistentis in veritate non tenet.
24 Quotiens executor confert beneficium non inclusum sue potestati collatio est nulla.
Judex procedens ante conditionis euentum nihil agit.
25 Papa se fundans super reseruatione que non reperitur.
Donans mulieri tanquam vxori que non est vxor nihil agit.
26 Judex proferens sententiam causa expressa que non reperitur valida an faciat quid validum.
27 Conferens pretextu alicuius potestatis que non reperitur nihil agit.
Quando iurisditio est radicata/licet non insit exercitium.

¶ Item consuetudo hec faciens de seculari beneficiũ regulare est in preiudiciũ episcopi ecclesieq̄ sue seu episcopalis dignitatis/cum illius intersit conferre ecclesiam cui velit. Sed per hanc consuetudinem in vno artatur vt conferat alteri q̄ sue professionis/⁊ sic diminuitur libertas in cui cõferendo/quod est primordiale in beneficijs glo.in capitu.relatum.s.hoc titu.rauennas in compendio in tertia parte/in ti.de resc. v̄si.volo tibi dicere/charta mihi.320.

¶ Non enim his regularibus requiritur solum.xl.annorum 7 prescriptio: verum etiam * titulus ⁊ bona fides/quia preiudicans est ecclesie ⁊ dignitati probat text.in cap. si diligenti in fine.s.de prescriptio.

¶ Facit quia non intentio allegantis prescriptionem/aduersatur in possidendo dispositioni iuris communis / ⁊ sic necesse habet allegare titulum ⁊ probare/capi.episcopum. s.de prescript.hoc libro: firmat Petrus de Ancha.consil. clxij. vbi dicit/ ꝙ licet ad repellendum impetrantem sufficiat administratio regularis continuata.xl.annis/ ⁊ sine titulo/non tamen quo ad preiudicandum diocesano loci: nisi cum titulo vel tanti temporis spacio cuius contrarij memoria non existit.

¶ Nec obstat in dictu/ꝙ text.noster non faciat mentionem de titulo: quia non intendit declarare nisi dubium temporis. Ideo reliquit de titulo ⁊ bona fide dispositioni iuris communis.l.si extraneus.ff.de conditio.ob causam.l.commodissime.ff.de liber.⁊ posthu.⁊ capi.susceptum. s.de rescr. 8 hoc libro/vbi casus * omissus remanet in dispositione iuris communis. Ita citat Bellamera consi.xlj.col.iiij. versiculo tertio / probo vbi in puncto peroptime distinguit/quia aut consuetudo admittit regulares per exclusionem secularium ad recipiendum ⁊ possidendum in titulum talem ecclesiam/ vel ad conferendum eam per exclusionem episcopi/vel quia vult consuetudo ꝙ talis ecclesia sic possit conferri regulari ⁊ non seculari / vel vult ꝙ per abbatem vel alium prelatum regularem conferri possit: sic ꝙ episcopus excludatur a collatione: tunc est necessarium titulum allegare ⁊ probare/quod firmat Petrus de Ancha.in capitu. 9 cum causam.s.de elec.ꝙ habilitas * non potest prescribi/ vt scilicet inhabilis reddatur habilis per obseruantiã longi tẽporis ⁊ lõgã cõsuetudinẽ: inducit tamen probabilem dubitationem secundum eundem Petr. ⁊ Car.ibi.

¶ Aut consuetudo non excludit episcopũ a potestate conferendi/nec secularem quominus ei possit conferri: sed solum habilitat regularem ad hanc ecclesiam manente facultate conferendi penes episcopum etiam seculari: tunc non est necesse titulum allegare nec probare/ quia consuetudo hec iuri communi aduersari non videtur: sed potius applaudere/vide Cal.vbi supra.⁊ Franc.in capi.si a sede.nume.iiij.hoc titu. ¶ Sed hesitari posset quis dicatur prescribere an conferens/aut is cui confertur? Breuiter dic ꝙ cõferẽs per.l.hec autem iura.§. Item.ff.de seruituti.vr 10 ba.predio.non autem is cui confertur cum * non possit sibi titulum prescribere not.per scribẽ.in regula prima.j.de regul.iur.hoc lib.⁊ cap.ex frequentibus.s.de insti. latius per glo.pragma.in titu.de paci.pos.

¶ Nec prescribere potest potestatem conferendi: quia illud non possidet/nec eo vtitur/nec est habilis ecclesiã possidendi in titulum/ quia ad hoc non intendit / vltra quam intentionem nihil dicitur agi/cum factum ab ea reguletur dico in capitulo primo / in verbo intentio / de conces.prebend.⁊ in capitu.finali.s.de constitu.

¶ Tum etiam quia vnicus actus prescriptionem non inducit: qui actus potest verificari in verbo solita. l. mela.§. primo.ff.de alimen.lega.⁊ ibi per Bar.⁊ in.l.prima. C.quo.⁊ quando iudex. Paulus de castro consi.ccxliij. videtur in secunda parte / vbi subdit/ ꝙ verbum consueta verificatur in decennio allega.text.nostrum.

¶ Prescribit ergo episcopus potestatem conferendi/quam habebat abbas/ vel potestatem conferendi seculari quam etiam perprius non habebat. Sed ꝙ non possit conferre clerico seculari: non potest prescribere/quia hoc esset prescribere contra seipsum / ⁊ tunc non prescriberet sed prescriberetur sibi.

¶ Quid autem dicendum/pone parrochialis ecclesia sancti Petri per seculares in ea institutos/ recta olim ⁊ gubernata extitit: hodie vero reperitur per monachum regi: quod conspiciens ego Philippus prodon secularis clericus/huic monacho iure communi non potuisse ius in ea cõpetere: occasione cuius de ea mihi per papam obtinui prouideri: cum clausula dummodo non sit alteri ius quesitum/ et etiam si dispositio ad sedem apostolicam esset deuoluta/ ꝙq̄ idem monachus illam indebite obtineret occupatam labuntur anni.x.sic contenditur inter nos ratione petitorij coram iudice ecclesiastico(iudice dico competẽte)in cuius discutione primo ex parte mei elucidatur/ ꝙ ipsa ecclesia à sui primeua institutione secularis extitit/ ⁊ per clericos seculares recta ⁊ gubernata: ⁊ priusq̄ eam monachi gubernare incepissent: ex parte vero monachi possessoris probatur per quatuor aut quinq̄ testes/homines siquidẽ laicos viles ⁊ humilis qualitatis siue conditionis/ꝙ viderunt per.xliij.annorum curriculum ecclesiam ipsam per monachos regi(pro rectoribus illius habitos reputatos ⁊ appellatos) Hoc themate retento queritur vtrum regularitas(ad intentionem monachi iuuandam)sit perplene probata: vt eo medio repellar ab intento meo.

¶ Pro elucidatiõe dubij video primo elicienda dubia tria. Primum an necessario requiratur ꝙ testes deponant de institutione monachorum huiusmodi qui eã sic rexerũt. Secundum vtrum ad eam probandum sufficiat de communi fama ⁊ opinione solum deponere. Tertium vtrum cõditio hec ⁊ qualitas testium detrahat aliquid efficacie: hec duo proposui discutienda membra prima/reliquum non quia pro eo extant doctrine vulgatissime.

11 ¶ Ad primum progredior presupponẽdo ꝙ quando * plura ad actus perfectionem requiruntur / oportet vtrunq̄ interuenire: aliter quod agitur non valere.l. si heredi plures.ff.de conditio.insti.cum alijs infinitis per nos adductis.j.in rubr.de iure patr.iuuat regula in iure trita: ad veritatem copulatiue vtranq̄ partem veram requiri glo.in cle.in plerisq̄ in verbo populo de elect. tex in.l. omnes.§. Lucius.ff.de his qui in fraudem credito.ibi ex quo scit se habere creditores ⁊ vniuersa bona alienauit. Et procedit siue copulata affirmatiue copulent/vt in tex.nostro siue negatiue quod discutit Philippus Corneus consilio.cxcj. col.prima libro secundo quod limita. ⁊ declara vt per So. in lege si is qui.§. vtrum col.tertia.ff.de reb.dub. Et si copulentur plura affirmatiue / requiritur ꝙ omnia concurrant affirmatiue: ⁊ si negatiue quod concurrant negatiue/ ⁊ sic vtrunq̄ fiat/aut nõ fiat respectiue.l.si q̇s ita.ff.de verbo.obligation.⁊ procedit hoc in penalibus ⁊ odiosis quod vltimum habet locum in casu nostro per capitul. q̄uis.s. proximo. Cal.in dicto consilio primo in fine. Et ista est prima natura seu proprietas copule: secunda vt eque principaliter glos.⁊ ibi Panor.in capitulo querelam. s. de symo. tertia vt copulet diuersa glo.in rubri.ff.de iur.⁊ facti igno. quod prosequere post dominum meum in capitulo secundo de rescrip.ij.libro interpretat.dico ⁊ late in rub.de iur. pat.

¶ His sic presuppositis dic ꝙ anteq̄ ipsa ecclesia huic monacho sit debita/duo requiri copulatiue/vt resultat ex textu nostro/ primum ꝙ per regulares solita sit per.xl. annorum curriculum gubernari. Secundum ꝙ regulares ipsi in ea rectores fuerint instituti: merito hic per Domi. col. secunda/versicu.quid si in casu/subiungitur/ꝙ si abbas vel alius ponit ibi monachum ad nutum amouibilem/ non di12 citur institutus monachus nec prelatus: quia in * prelato requiritur prelature perpetuitas notat Innocentius in capitulo de multa in fine supra hoc titulo. Et mutabilis ad voluntatem instituentis non dicitur habere curam quod procedit in vicarijs firmarijs ⁊ commendatarijs.

13 ¶ Hinc dico ꝙ si * per Papam aut alium beneficium regulare seculari ⁊ econtra commendatum sit/ ⁊ commendatarius ille vltra.xl.annos in cõmẽda ipsa vixerit: per hoc nõ censetur mutatus beneficij status/ prout nec eius qualitas aut natura alternata: quia eo animo non processit ad commendam ipsam superior quo requiritur vt predixi in hac mutatione qualitatis: facit quia commẽda dicitur precarium vt reipsa patet ⁊ nihil per eam immutatur / etiam modus vacandi prout docet curie stilus / dum dicit post illius extensionem: Eo modo quo priusq̄ commendaretur vacabat modo vacante vt comprobauimus late .s.de elec. in capitulo nemo.

¶ Pro premissis facit quod citat Anthonius de Butrio in capitulo porrecta col.secũda.s.de confirma.vtil.vel inutili: quod licet prioratus manualis conferatur alicui per

Papam vt perpetuus/per hoc non mutat naturam imo illo vacāte illam reassumit. Refert et sequitur Fely.in.d.c. in nostra col.final.numero.xlv.§.de rescri. Moueor ꝛ alio
14 medio/quia * quando res potest se habere ad effectus cōtrarios vel diuersos:non sufficit probare simplex nisi probetur ipsum totale. Imo habet locum regula non probat hoc esse ꝙ ab hoc contingit abesse. l. neqꝫ natales. C.de probatio. ꝛ.l. non hoc. C. vnde legi. vbi dicitur ꝙ probatio debet esse de necessario concludentibus. Sed in proposito non concluditur de necessario / quod patet quia huiusmodi testes laici viles ꝛ humilis qualitatis nō potuerunt percipere an monachi essent firmarij / commendatarij / vel alias / quibus non potuit competere institutio: maxime si ibi esset prioratus regularis ratione cuius potuerunt ꝛ debuerunt ibidem monachi residere ꝛ deo seruire. Et vt iam dixi sine bona fide in iure nostro non currit prescriptio. Et ille qui possidet beneficium in titulum nisi habeat institutionem canonicam censetur habere malam fidem / sic non potest prescribere pro monasterio vel ordine regulari.capitu.vigilanti/ꝛ capitu.vlti. §.de prescript. Igitur vt tollatur presumptio malefidei/ꝛ probetur bona fides ad effectū prescriptionis inducēde necesse est ꝙ titulus probetur/capitu.ex frequenti.§.de insti.ꝛ capitu.primo.j.de regul.iuris/quod firmo per ea que notat Innocē. in capi. dudum.§.de decimis.vbi dicit ꝙ prescriptio sub se habet bonam fidem: ideo prescriptione allegata videtur iustum titulum ꝛ bonam fidem allegare/ etiam si non dicatur tanquam id quod tacite inest. Que si non intersint tanquam principale/non valebit prescriptio tanquam accessorium argu.l.ex pupilari. ff. de vulgari/ꝛ sicut * non valet
15 causa ita nec causatum.

¶ Ad secundum dubium descendo quod videtur pendere in via brocardica/ꝛ in ancipiti declinare. Et pro parte af-
16 firmatiua videtur primo disceptandum. Quia cum * non queritur de statu rei vel persone principaliter:vt quia non agitur ad illius declarationem/sed per indirectum ꝛ ad aliū effectū ab illo statu dependentē: tunc sufficit ꝓbare cōmunē reputationē ꝛ famā/vt si ago hypothecaria ꝯtra possessorē:sufficit mihi ꝓbare ꝙ debitor ꝓ dn̄o habebatur. Et si ago iudicio familieerci.vel cōi diuidūdo/ sufficit probare proprietatem hereditatis vel dominij semiplene arg.ff.de except.rei iudic.l.si a te/ꝛ lege prima.ff.familie ercisců.iuncta.l.ꝛ que nondum sunt.§.quod dicitur. ff.de pigno.notat Cynus in lege secunda. C. que sit longa consuetu. Hinc est ꝙ si acceptatur vel confertur beneficium tanqꝫ vacans per mortem Titij: sufficit ad probationem iuris Titij docere ꝙ Titius possideret pacifice / ꝛ pro tali communiter reputaretur donec cōtrarium probatum fuerit. Facit quia si mulier mortem filij accusare velit/tanquā suam vel suorum iniuriā prosequi volens/ oportet ꝙ probet se matrem filij: sed si erat in possessione maternitatis ꝛ pro tali habebatur/ab onere vlterioris probationis releuatur glo. in.l. non ignorat.C.qui accusa.non possunt.argu. l.si filius / de probatio. ff. Pro quibus habes rotam in antiqu. decisio. ccccuiij. ꝛ in nouis. cix. vbi impetrans beneficium per resignationem / permutationem / vel obitum / non tenetur plene probare titulum predecessoris: sed solum eius reputationem ꝛ possessionem pacificam. Intellige antiquam annalem aut triennalem / alias secus quia huic potuisset in possessorio querela moueri/ aut in petitorio. De hoc vide late in pragma . titu. de pacific. po. in verbo quandocunqꝫ/ꝛ in verbo inquirant .

¶ Pro parte vero negatiua ꝙ non sufficiat dicta probatio probo sic : quia licet fama seu cōmunis opinio alias probationes coadiuuet/ vel in causis non grauibus semiplenam probationem afferat/tamen regulariter de per se non probat plene presertim cum requiratur probatio veritatis vt patet ex his que leguntur in.l.testium.§.eiusdem/ ibi fama confirmat.ff.de testib.vbi glo.ꝛ Saly.late per Bart.in l.de minore.§ plurimū.ff.de questio. Panor. in capitu. veniens ad nos.nume.viij. §.de testib. Et signanter vbi fa-
17 ma causatur ex voce populi non habita aliqua presumptione/ex qua fama vel opinio trahat originem. Quia * vane voces populi non sunt audiende. l.decurionum. C. de penis.Barto.in dicto.§.plurimum.

¶ Et in proposito necessaria est probatio veritatis tituli/ ꝛ sic si non appareat alia probatio / aut causa siue presumptio quam vana vox populi : sequitur ꝙ nihil est in probatione: facit quia in terminis nostris reus fungitur vice actoris ꝛ econtra/ cum quilibet similem conclusionem suscipiat / vt pote ꝙ ei fiat beneficij adiudicatio. Ista sunt clara per ea que voluit lapus allega. vltima compo. in capitu.in nostra. ꝛ ibi addi.§.de rescrip.dixi.§.in capit.ordinarij. de officio ordina. ꝛ in capit. vt quis duas.de elect. §.hoc libro. Ideo plena probatio ex parte monachi exigit. modo intentio mea reperitur plene probata :rei vero non vt pꝫ ex premissis/qꝛ non probat institutiones:ideo monachus habet succumbere.l.in exceptionibus.ff.de probatio.
18 ꝛ.l.prima ꝛ secunda.ff.de exceptioni. Et sicut * actor tenetur probare suam intentionem:ita reus suam exceptionem Innocentius in capitulo super his.§.de accusa. cum excipiens censeatur actor quoad onus probandi exceptionem suam/capitulo in presentia.§. de probatio. Panor. in capi. cum nobis numero quinto.§. de electio. huic Oldraldus consilio.ccxcj.ee sunt rationes/ ꝙ obijcientes crimina electo habentur loco accusantium.

19 ¶ Preterea vbi directe * ꝛ principaliter fundatur intētio agentis vel excipientis/necessaria est plena probatio citat Cy.in.l.non ignorat.C.qui accusa.non po.modo ad propositum defensio monachi (de regularitate excipientis) fundatur directe super prescriptione/vt hic per Archidi. que prescriptio de necessitate requirit vsum per monachos institutos in ecclesia spatio.xl.an.continuatim nec sufficeret vsus / nisi monachi fuissent instituti / vt rectores propter promiscuos actus qui eque conueniunt nudo occupatori vicario cōductitio/seu cōmendatario sicut rectori. Pro his adde que voluit hic Dominicus.col.fina.versi.quero an eo ipso post Cal. hoc titulo / consilio.xix. ꝛ de consuetu. consilio primo quod licet seculariter per religiosum per dictuꝫ tempꝰ ecclesia regatur:poterit nihilominus de tali bn̄ficio seculari prouideri/etiam si scribatur prout in tex.nostro cōtinetur: quia non per religiosum eo casu proprie gubernatum dicitur secundum Lapum hic ꝛ Jo. de lignia. qui refert ꝙ si religiosus preficiatur ecclesie seculari parrochiali vt in terminis.c.quod dei timoreꝫ.§.de sta.regul.licet per xl.annos per talem fuerit recta ꝛ gubernata: poterit tamē seculari assignari per modum tituli beneficialis secundum eum/hanc partem tenet Calde. vbi.§.vbi late concludit/ꝙ licet in operaria Pisane ecclesie fuerit longissime positus laicus qui efficiebatur conuersus nihilominus non fuit impressus status talis quin in ea prefici possit secularis: quia ad hoc vt imprimatur talis status requiritur persona vera vel representata/que faciat animo ꝛ intentione imprimē di illum statum iuxta no.per Inno.in capitulo bone.§. de po.prela.ꝛ in cap.conquerente.§.de offi.ordi. Et ita debet intelligi.tex.noster.

¶ Item si monacho ꝛ eius predecessoribus monachis data fuit institutio canonica: processit a pectore Romani pon-
20 tificis/alias * non valet mero iure:tenet Bellamera conclu.lxxij.vbi loquitur de canonico regulari: quod etiā procedit in monacho Bellamera conclu.717.ꝛ Rota in nouis.ccccl xxxiij. vbi dicitur ꝙ collatio facta monacho de beneficio consueto clericis secularibus assignari est ipso iure nulla etiam de licētia abbatis absqꝫ dispensatione. Et ideo si prouisum extiterit fuit per modum cōmende iuxta curie stilum qui debet attendi capitulo graui.§. de crimine fal. qui legitur/ꝙ talibus prouidetur sub forma commende et non tituli: Et supradiximus commendam non mutare statum beneficij:igitur eius intentio seu occupatio non potuit afferre commodum prescriptionis. Et circa id dicitur infectus titulus qui aggrauat malam fidem/notat Innoc. in.c.dudum.§.de deci.

¶ Ubi si nō habuerit ꝓuisionē ipi monachi mō ꝓmisso:fuerūt intrusi occupatores/ꝛ vsurpatores:ꝛ sic ī mala fide que (vt deduxi)ipsam prescriptionem impedit. Ergo necessario requiritur ꝙ institutionem habuerint/ aut a papa/ aut ab ordinario medio dispensationis apostolice/que in eis bonam fidem causauerit/ꝛ modum vtendi qualificauerit: super qua qualitate fundata sit intentio monachi/ꝛ sic plene probanda:quod verificatur per theoricaꝫ:ꝙ quotiens aliquid
21 * intercedit in actu tanqꝫ pars essentialis ipsius actus et tanqꝫ actum ipsum disponens essentialiter siue perficiens non sufficit tunc probatio communis opinionis ꝛ fame/sed est necessaria plena probatio/vt quando agitur rei vendicatiōe:tūc actor debet probare dominiū ex parte sui ꝛ possessionem ex parte aduersarij/nec sufficit probare alterum per communem opinionem ꝛ famam:imo oportet allegare ꝛ probare directe dominium:et si allegetur tantum venditio/non sufficit probare ꝙ vendens pro dn̄o haberetur:sed oportet ꝓbare directū eius dominiū notat Cy.in.l.cū res

C.de probatio.ꝛ glo.in.l.circa.ff.de probatio. Ita in proposito/ cum monachus necesse habeat probare regularitatem: oportet ꝙ probet illam per modum introductũ a iure ꝛ non per cõmunẽ opinionem ꝛ famã. Facit ad predicta qđ notat Barb.in cle.lrãs/col.xix.de resc. ꝙ fundãs intentionez suã sup prescriptione titulũ requirẽte debet ꝓbare de titulo:alˀs succũbit allegat.c.fraternitatis.§.de testib.

¶Et in puncto materie presentis attende perpetuo ad 22 vnum satis tamen incidenter ꝙ * quando vis impetrare beneficium aliquod: illud non dicas ab aliquo loco vel monasterio dependere/quia si reperiretur non dependere/ nõ deberetur per ea que notat Domi.in consi.xv.col.iij.reuerende pater quod nota contra quosdam ignaros cõficientes memorialia ad curiam destinanda pro beneficioꝝ impetratione. ¶Nunc intro dubium arduum ꝛ non minus quotidianum. Pone Ecclesia Bituricen.olim per canonicos regulares.S.Augu.regebatur ꝛ gubernabatur/ quo precedente tempore Inno.primus indultum eligendi Archiepiscopum eisdem canonicis in forma cõcessit/quo per longa tempora vsi sunt. Postmodum mutatus est eoꝝ status quia effecti sunt seculares de regularibus. Interim progressum est ad edictionem pragmatice simile indultuz includens generale pro quibuscunq ecclesijs cathedralibus totius Gallie. Secutiue ad publicationem concordatorum inter Roma.pon.ꝛ Christianissimũ Frãcoꝝ Regem edictoꝝ per que sublatũ extitit generaliter quibusuis ecclesijs cathedralibus indultũ huiusmodi/adiecta tamen clausula exceptiua sub hoc verboꝝ contextu formata. Per premissa tamen non intendimus in aliquo preiudicare capitulis ecclesiaruz ꝛ conuentibus monasteriorum ꝛ prioratuum priuilegia a sede apostolica propium eligendi prelatum obtinentibus:quominus ad electionẽ episcoporum/ac abbatum ꝛ priorum iuxta priuilegia eis cõcessa libere procedere possint iuxta formam in eoruz priuilegijs 23 contentam/modo reuocatur in dubium/an per * mutationem status fuerit extinctum priuilegium eligendi ipsi ecclesie Bituricen.concessum/vel in viridi obseruãtia extet/ adeo ꝙ includatur ipsa ecclesia sub hac clausula exceptiua. Pro discussione dubij iuxta illud veritas sepius exagitata magis in lucem splendescit/cap.fi. vbi glo.prima ꝛ vlti.xxxv.quest.ix.Car.cõsi.cv.in prin. videtur ad vtrãq partem affirmatiuã scilicet ꝛ negatiuã disputandum.

24 ¶Et pro parte negatiua dico sic. Certum * est ꝙ de iure cõmuni ius eligendi episcopum spectat ad canonicos ecclesie cathedralis/cap.in genesi/ꝛ cap.in veteri.§.de elec. ꝛ cap.cum ecclesia sutrina.§.de causa po.ꝛ proprie.ꝛ capi. sacrorum.§.ex his vbi Prepo.lxiij.dist.late per Waleretũ in trac.de elec.charta penul.col.prima.medio cuius Innocen.nullum videtur concessisse indultum nec priuilegium.

25 Quia * non dicitur priuilegium si nihil preter legem generalem indulgeatur.xxv.quest.prima/capit.fina.§.ꝙꝙ: quod ex diffinitione priuilegij apertum est/cum priuilegium nihil aliud sit ꝙ̃ ius singulare contra ius commune indultum:secundum Hostien.in summa in titu. de priuileg. versi.Quid sit priuilegium. Nec enim est priuilegium nisi aliquid speciale indulgeat / semper debet aliquid specialiter operari/capi.in his.§.de priuileg. ꝛ cap.abbate.§.contra quod. §.de verbo.significa. que non conueniunt huic concessioni / ergo nec conueniet diffinitum.l.prima.§.dolum.ff.de dolo. Ista cõprobo ethymologia vocabuli a qua 26 licet * arguere negatiue.l.ij.§.appellata.ff.si cert.peta. prout dicimus valere argumentum affirmatiue de vltimis voluntatibus ad donationes/sed non negatiue argu.l.pactum inter heredem.ff.de pact.ꝛ.l.quod bonis.§.fina.iuncta.l.potest.ff.ad legem falcidiã. Faciũt in simili dicta imole.in.l.si seruuz filij.§.qui chirographum de leg.j. Dicitur enim priuilegium quasi priuata lex/capit.priuilegia.iij.distinctio. Cum igitur concessio hec non contineat legem priuatam sed communem: non continebit priuilegium/ traditur per Barto.ꝛ Moder.in lege finali.ff.de constitutio. princi.Decium ꝛ Feli.in rubri.de rescript.col.ij. vbi idem 27 Feli. adducit hoc vulgare / ꝙ * frustra precibus imploratur quod iam lege permissum est.l.j.de the. lib.x.C.

¶Hec pro hac parte negatiua videntur persuadere:contrarium tamen videtur de iure dicendum / ꝛ pro parte affirmatiua concludendum/ pro qua comprobanda premitto primo ea que glosa. ꝛ scribentes concludunt in capit.quã 28 ꝙ̃.§.de electio.hoc libro/ ꝙ * de iure antiquo ad Papam spectabat electio episcopi priuatiue/ cap.j.xxiij.distinct.eo maxime quia Papa solus episcopũ creat/refert ibi Prepo.

¶Premitto ꝛ secũdo/ꝙ papa potest sibi reseruare prouisionem quarumcunq dignitatum/ etiam episcopalium.c. si eo tempore.§.de elect.hoc lib.quod elucidatur in plerisq extrauagantibus ꝛ non minus regulis cãcellarie apostolice.

29 ¶Premitto ꝛ vltimo ꝙ * concessio pape cõtinens prima facie idem quod ius commune: debet taliter interpretari ꝙ aliquid noui indulgeat.d.c.in his quod cõprobat per multas autoritates Fely.in.c.primo col.quarta/versi.priuilegium.§.de resc.

¶His premissis vrgentibus poteris ad oculum videre/ꝙ concessio Inno.siue reperiatur concessa anteꝙ ius eligendi esset commune omnibus canonicis ecclesiarum cathedralium siue post. Si ante non est dubium quin contineat priuilegium:si vero post continet gratiam quia generalis reseruatio quarumcunq dignitatum per papam facta non porriget effectum suum ad ecclesiam Bituricen.in preiudicium canonicorum eiusdem ecclesie/quibus ex speciali concessione competit eligendi facultas. Ista firmo per glos. no.in.c. vnico in verbo consuetudine de sta.mo. hoc libro: pro qua vide Domi.in.c.primo.§.de consti.col.ij. ver. quid de priuilegijs/ꝛ consilio.xxx. Bonifacius nonus.

30 ¶Item priuilegium * precedens non tollitur per ius cõmune sequens quod non facit mentionem de priuilegio.l. vnica.§.si que vero.C.de iusti.C.confirman. Que communiter allegatur ꝙ per nouam legem vel statutum non censentur reuocata priuilegia singularibus personis concessa non comprehensa in corpore iuris vel statutorum. Idẽ erit si dicamus ꝙ reseruatio generalis pape habeat iura priuilegij ꝛ annecten.ad naturam reseruatorum in priuilegijs 31 principis:nam priuilegium * generale non tollit speciale precedens no.in.c.ꝙuis el.ij.hoc ti.ꝛ in.c.generi.j. de regul. iuris. ꝛ in.c. veniens.§.de prescrip. Ergo per ius commune non intelligitur sublatum ecclesie Bituricen. priuilegium:facit quia generalis derogatio quorumcunq priuilegiorum non trahitur ad priuilegia alicui specialiter concessa tex.ꝛ ibi gl. ꝛ Odo.in fi.in.l.iij.de silen.lib.xij.C.notatur in.c.cum ordinem.§. de resc.cum concordan. allega.per Alex.de Imola.con.cj.col.ij.lib.primo.

¶Nec refragari posset si velles dicere ꝙ post Inno.per iura noua fuerit concessum ius eligendi omnibus cathedralium ecclesiarum canonicis: quia non propterea sequitur ꝙ confusum sit priuilegium ꝛ sublatum/imo auctum ꝛ corroboratum quia prius habebant ius eligendi ex priuilegio modo habent ex speciali priuilegio ꝛ generali indulgẽtia. Et sic sublata gratia generali(quam nonnulli ius commune appellant:minus tamen bene per ea que tradita videntur in glosa in capitulo ex insinuatione.§.de symo. Domi.ꝛ Archid.in capitulo fi.§.fina.ij.q.iij. Fely. in capitulo contingit numero.quarto.§.de fide instru.) non tamen censetur sublata gratia specialis:ita in terminis consuluit Alexand.consilio vltimo col.fi.numero.xxv.volumine quarto vbi citat/ꝙ vbicunq emanauit aliqua specialis prouisio in fauorem certarum personarum/ꝛ postea fit contrarialis cãcellatio priuilegiorum/ꝙ non videtur derogatum illi priuilegio: nisi illud in specie exprimatur : pro quo allegat tex. valde singularem iuncta sua glos.in dicta lege tertia de silentiarijs libro.xij.C.ꝛ Bal.in capitulo primo.§.sancimus in titulo quo tempore miles inue.petere debeat. Idem in .l.non plures.C.de sacro.sanc.eccle.ꝛ in dicta lege vna.C. de iusti.codi.compo. ꝛ in capitulo primo numero.xvj.§.de resc.ꝛ in capitulo graue.§.de offi.ordi. bene facit tex. in le32 ge si domus.ff.de serui. vrba.predio.vbi * per remotionem vnius ex seruitutibus non sequitur remotio alterius facit capitu.ex tuarum.de autoritate ꝛ vsu pa.capitulo pastoralis.§.de priuileg.ꝛ.l.heres.ff.de conditio.ꝛ demonst.ꝛ Domi.in.d.consilio.xxx.in fine.

¶Comprobantur premissa/quia alias huiusmodi priuilegium Innocen.nihil operaretur/ quod non est dicendum. c.si papa de priuileg.hoc lib.cum alijs vulgatis.

33 ¶Item argu. * ab his que fieri consueuerunt procedendo/quia militat.l.si quis donaturus.ff. de vsufruct.l. certi iuris .C. de iudic.l.tertia.ff.de spon. Angel.consilio.ccvij. col. secunda reperitur quedaz scriptura dixi late in capitu. nemo.§.de elect. Quia in similibus priuilegijs consueuit clausula apponi hec vestra volumꝰ omnino electiõe ꝯstitui. illa enim dictio omnino reseruationes excludit/ quia tan34 tum * est dicere omnino ꝙ omni casu/ꝛ sic etiam stantibus reseruationibus/glo.in.l.si cum exceptione.§.ꝙ si homo.ff. qđ metus causa ꝛ in.c.ex pte primo.§.de offi.deleg.firmat Car.in.cle.prima.q.xi. ꝛ ibi quedam additio de vita ꝛ ho-

nestate clericorum.

¶ Et si papa ius alteri omnino concedat nihil sibi intelligitur reseruasse propter verbū omnino Fely. in.d.c.ex par. in prin. post Jo. And. in.c.si beneficia.j.hoc titu. Et quod maius videtur: qꝛ dici posset ꝙ per hec verba volum⁹ omnino electione cōstitui/ꝙ papa voluerit electionem canonicorum/plenum ius tribuere electo ⁊ habere vim electionis ⁊ confirmationis instar prouisionis
35 * papalis que vim electionis ⁊ confirmationis habet Inno. in.c.olim de causa po.⁊ proprie. facit quod notat Panor. in.c.cuz in cunctis §. cum vero.§.de electio. vbi dicit/ꝙ papa creat epos solo verbo ⁊ talis creatio dicitur prouisio que habet vim electionis ⁊ confirmationis latius dico in trac. de mandatis apo. expediēdo primā signaturā videlicet pape tenet Inno.in.c.cum olim in prin.§.de causa po.⁊ proprie. glo.ij.in c.j.§.de elec. hoc lib. Fely.in.c.eā te col.ij.§.de res. vbi dominus meus nu.xj. Fely.in.c.cum Bertholdus col.ij.§. de re iudic.⁊ in.c.meminimus col.ij.versi.limita.nisi ⁊ in.c.accedens.ij.no.§.de accu. quod verum dūmodo prouisi de episcopatu per papam expediuerint bullas sue prouisionis/ vt determinatur in extraua. Bonifa.octa. iniūcte de elec. de qua recordantur Panor. ⁊ Imola.in.c. qualiter.§.de elec. ita concludit dominus henricus de bottis in trac. de sinodo epi in prima parte nu.xxxv.⁊ rauennas in cōpēdio in ti. de res. charta mihi.cccix.colum.prima. idem in titu. de elec. charta.lxvj.colum.ij.

¶ Et ꝙ plenum ius tribuat/suadet tenor priuilegij cū verba illius inferāt conten. in ipsa clausula/ꝙ sola electiōe electus intelligitur subrogatus in locū defuncti que subrogatio non diceretur fctā nisi talis electio vim confirmatiōis haberet.c.auaricie de electio. hoc lib. ⁊.c. trāsmissam eodem in antiq.

¶ Ex quibus clare apparet: ꝙ canonici ecclesie Bituricē. habent priuilegiatum ius eligendi/⁊ de tali iure sunt intelligenda ꝯcordata gallicana/⁊ etiam forte de iure eligēdi ex speciali concessione pape: licet non sit aliter ius priuilegiatum eligendi/alioquin frustra redderetur dicta exceptio in concordatis descripta. Quia semper dici poterit ꝙ habēt ius eligēdi Archiepm̄ de iure cōmuni.

¶ Et pro comprobatione thematis nostri intro dubium. An poterimus dicere huiusmodi canonicos priuilegium eligendi amisisse/eo qꝛ hactenus in vim pragmatice seu secundum formam illius elegerunt/aut quia mutauerūt statum ⁊ an etiam dicātur cōmisisse in romanos pontifices/ vtendo constitutiōe cōcilij Basillen. que reperitur reprobata vt patet in prohemio concordatorum.

¶ Ad primum dic nullomodo priuilegio suo renunciasse: cum priuilegia ⁊ pragmatica inuicem se compatiātur: ideo
36 electio * vnius alterum non tollit/faciunt notata in.l. qđ in heredem.§.eligere.ff.de tribu. actio.⁊.l.incōmodato.§.duobus.ff.commo. glos. in cle. dudū in verbo partibus de verbo. significa.

¶ Quinimo canonici dicere poterunt se vtroqꝫ iure elegisse/
37 facit quia * ordinarius delegatus potest ex vtraqꝫ potestate iudicare secundū theoricam inno. quem (dempto Antho. de butrio) Doc. sequūtur in.c.cū ex officij.§.de prescri. Imola.in.c.nisi essent.§.isto titu.

38 ¶ Ad hoc em̄ vt perdatur * priuilegiū per vsum alterius oportet ꝙ talis vsus directe contrarietur priuilegio.c. Joannes.§.de cler. coniuga. traditur per Panor. ⁊ alios in.c. cum accessissent.§.de ꝯstitu. duo quippe sunt necessaria ad hoc: vt per vsum alterius iuris tollatur priuilegium primo ꝙ talis vsus sit incorruptibilis cum priuilegio. Secūdo ꝙ in tali vsu non cadat alia p̄sumptio ꝙ renunciationis. Or in casu presenti eligentes in vim pragmatice non fuerunt vsi beneficio cōtrario neqꝫ animo renunciādi ideo.

¶ Et in eo ꝙ dici posset commisisse in romanos pōtifices qꝛ cōmiserunt in legem scꝫ viuam que dicitur papa in iure nostro contrauenîendo ipsi abrogationi pragmatice. Et sic
39 indigni qui * nullomodo legis auxilio sustentētur.c.quia frustra.§.de vsur. vbi concor. in glo.l.auxilium.ff.de minori. Late Sozi.cō.lix.col.ij.in prin. viso elegātissime vbi in pūcto hoc optimā describit distictionē referēdo hostiē.⁊ insignē doc. henricū Boic.in.d.c.qꝛ frustra. Aut quis commisit in legem ⁊ vult gaudere beneficio eiusdem legis/⁊ tunc non potest quia perdit.c.constitutus.§.de appella. l.sancimus.§.si vero.C.de iure delib. Aut queritur nunquid perdat beneficium alterius in quā nō cōmisit/aut in cōnexa materia ⁊ idem dicēdum/ita intelligi.l.filio.§.j.ff. de ritu nuptia.⁊ tex.in.c.recolētes.§.primo.§.de statu regul. Aut materia est distincta ⁊ separata ⁊ tunc secus: qꝛ sicut delictum vnius persone alij non nocet sic ⁊ commissio vni⁹ delicti eidem persone in alijs in quibus non delinquit nocere nō debet/per hec que not.in.c. quesiuit de his que fiūt a maiori parte capit.⁊ in.c.cum dilectus.§.de offi. ordi. facit tex.in.c.pe. supra de re iudic.⁊ in.l.si vnus.§. ante omnia.ff.de pactis.

¶ Hac tamen cōsideratiōe nō obstāte puto nō amisisse/ qꝛ vtendo pragmatica nō cōmiserūt canonici in legē priuilegij/sed potius in successores cōcedentꝭ interqꝫ lata rema
40 net discrepātia. Et licet ingrati * superiori aliqualiter videātur: per ingratitudinem tamē ipso iure non perdūtur priuilegia: cōcedens tamē si velit poterit reuocare ratiōe ingratitudinis: ar.l.fi.C.de reuoc. dona. facit.l.titius puerum.ff.de obsequijs a liber. patro. prestan. ita firmat Paulus de castro in.l. digna vox.C.de legi. Bal.in.l.ij.in fi. C. de lib.⁊ eorum liber. ita refert ⁊ sequitur Sozi.cōsi.iiij.col. iij.in fi.lib.iij. Nō em̄ cōstat pontifices romanos priuilegium hoc reuocasse/nec quod ante cōcordata fuerit facta abrogatio pragmati. saltem nō fuit illius abrogationis publicatio in gallia facta. Ergo pretextu ignorātie ab hoc ex
41 cusantur: ignorātia * em̄ ab ingratitudinis vitio releuat ignorantem.l.ex maleficijs in fine.ff.de actio.⁊ obliga.l.si ignorās.ff. locati ita in specie discutit Corn. cō. cij. quod exorditur licet clarum lib.iij.

¶ Item posito ꝙ per vsum huiusmodi fuerint priuilegio priuati/attamen per concordata dicunꝭ sibi renouata. Nā Leo papa.x. cum quo fuerunt inita sciebat prelatos ⁊ canonicos ecclesie gallicane nūqꝫ voluisse parere abrogationi neqꝫ monitis Inno. ⁊ Julij pape.ij. vt licet videre in prohemio cōcorda. ⁊ sic sciebat cōmisisse in eū/⁊ eius p̄decessores: seqꝫ fructu priuilegiorū indignos reddidisse nihilominus sup eorum priuilegijs disposuit/quod fit vt ipsa priuilegia confirmasse censeatur ⁊ renouasse. c. ex ore de priuileg. clemē. attēdentes de sta.mo. firmat Panor. in c. veniens: nu.vij.§.de filijs presby.col.ij.

¶ Quo ad tāgit punctū an per status mutationē expirauerit priuilegium: dubium hoc patitur affirmatiuam et negatiuam. Pro affirmatiua autem sic priuilegium * conces
42 sum ratio professionis vel officij/eatenus durat quatenus durat officium.l.maximarum ⁊ ibi Bar. de excu. munerum libro.x.C.⁊.l.sub pretextu vbi etiam Bar.C.de sacrosanct. eccle. ⁊ in.l. semp de iure immunita. ff. ⁊.l. scriniarios vbi scriben.C.de testa. milita. late Felynus in.c. clerici nu.iij. C.de iudi. Bald.in.l. instar/col. secunda libro.x.C.de iure fisci vbi dicit ꝙ mutatione persone mutatur nomen rei.ff.de colla. bo.l. prima.§.si is qui.ff.de acquir. hered.l. Paulus.§. primo ⁊.ff.ad leg. Jul. pecu. sacrilegij.§. fundamenti/hoc satis comprobamus in.c. vno de cler. coniuga.

¶ Or in proposito priuilegium hoc fuit concessum ratione professionis vt licet videre in prefatione solita/ dū dicit canonicam vitam professis eorumqꝫ successoribus in eadem religione victuris. Ex hoc enim ꝙ priuilegiuz dirigitur canonicis profitentibus regulaz beati Augustini/ colligitur intentio concedentis ꝙ voluit priuilegium concedere solū canonicis regularibus vt in simili casu consuluit Alexan. consilio.lxxvj.col. prima libro primo in causa datioruz pro
43 quo Roma.cō.cccxxxviij.nu.iij. vbi dicit ꝙ * p̄fationes prestāt euidentem intellectum dispositioni in qua premittuntur dicit tex.in.l. prima.ff.de origi. iuris.l.fi.ff.de hered. insti.⁊.ff.de verbo. obliga.l. Titia.§. idem respōdit.c. inter dilectos.§. ceterum vbi glo. in verbo petitionis.§. de fide instru. dico in rubri. de reg. iur.

¶ Preterea iuuant verba in priuilegio ipso descripta/dum dicitur vobis vestrisqꝫ successoribus in canonice vite obseruatione mansuris: quia papa videtur restringere priuilegium ad successores regulares: ergo cessante religione expirauit priuilegium intuitu religionis concessum. Pro hoc videtur tex. apertus in capitulo Abbate sancti Siluani.§.de verbo. signific. ⁊ in.c. ex parte/⁊ in.c. licet vbi scriben.§.de deci.⁊.c. ita nos.§.fi.xxv.q.ij.

44 ¶ Moueor insuper finita * causa priuilegij finitur ⁊ priuilegium.l. titia.§. vsuras de lega.ij.l. cura.§. deficientium. ff.de muner. ⁊ hono.c. generaliter.xvj.q.j. traditur per Roma. con.cccciiij.col. prima in casu proposite Sozinus consi. cl.col.ix. allegat.l. cum ex oratione ad finem.ff.de excu. tuto. ad idem.l. a filia.§. alumne.ff. ad Trebel. causa autē priuilegij vt dixi videtur regularis professio/ quam regulam canonici presentes minime profitentur: ideo eis competere priuilegium non conuenit viro dicere.

45 ¶ Moueor ⁊ tertio/quia vt pretactū est mutatione * persone mutetur ⁊ priuilegium.l. Paulus respondet alias ex

orditur per procuratorem vbi Bar. ludo. Roma. et alij. ff. de acquir. heredi. Ad idem tex. in. l. cum patronus de leg. ij. quã ad hoc põderauit Sozi. cõsi. cliij. col. v. lib. ij. quod sumit exordium pulchra et subtilis / maxime quãdo persona fuit causa immediata priuilegij: tunc semper cum persona extinguitur priuilegium. Regula in omnibus. ff. de regul. iur. vbi Decius hinc Sozinus cõsi. cxvj. col. vj. non potest negari quod beneficium statuti augẽtis legitimã filiorum / nõ trãsmittatur ad heredes hereditate patris nõ adita: quia filiorum cõtemplatione editum fuit statutũ. Sic in proposito cum priuilegiũ hoc fuerit cõcessum canonicis regularibus debet cessare facta trãslatiõe regularitatis in secularitatem. Sozi. cõsi. cclx. col. viij. in causa Nãneten.

46 cãtorie: quod quãdo * vna res trãsit de psona priuilegiata in personã non priuilegiatam non transit cum priuilegio per dictam legẽ. Paulus.

¶ Et licet predicta videãtur multum vigere: his tamen nõ obstantibus in cõtrariũ videtur de iure dicẽdum. Primo adduco ea que notãtur in. §. affinitatis vbi Ang. insti. de nup. et in. l. si ventri. §. in bonis vbi Bar. ff. de priuileg. cre-

47 dito. quod quãdo * aliqd cõceditur ex duplici causa finali / cessante vna remanet reliqua allegat idem Bar. l. liberorum. §. primo. ff. de his q̃ notãtur infa. et que idem scribit in. l. ita stipulatus. ff. de verbo. oblig. quod reperies. nu. xv. facit glo. in. l. si eius ad exhibendũ. ff. de excep. re. iudic. repu

48 tata singularis secũdum Paul. ibi ad hoc quod * si nõ cõstat ex qua causa fuit facta absolutio / presumitur fctã ex illa causa ex qua debebat fieri et que colligitur ex actis pro quo glo. not. in. l. et qui duas. ff. de seruit. vrba. predio. Sed in proposito papa nõ ex causa tãtum quia canonici erãt regulares motus videtur ad huiusmodi priuilegium cõcedẽdum sed etiã propter vtilitatem ecclesie / et hoc principaliter vt videre licet in prefatiõibus priuilegiorum similium dum dicit vt ecclesiastica vtilitas apostolice sedis fauore vires capiat et accrescat / que causa potẽtior dicitur et prĩcipalis psumitur: quod verum dicere nõ est hesitãdum / cum iura communia hoc disponãt. Hoc etiã comprobatur per ea que in simili voluit Bald. in ti. de preuileg. cõ. viij. vbi citat cõcessum est priuilegium nouiter electo ad ecclesiã nouiter erectã in cathedralem / vt possit hominibus terre cõcedere in emphiteosim et permutare iura et bona ecclesie. Queritur an priuilegium hoc dicatur reale: ita vt successores in episcopatu possint illam cõcessionem facere / et dicitur quod

49 sic. Quia * verba sunt intelligẽda secũdũ materiã subiectã. c. sedes. ẽ. de res. c. causam que de priuileg. Panor. in c. exhibita no. ij. ẽ. de iudi. cõcordãtes vide per Decium in l. quotiens. ff. de regu. iur. Ang. cõsi. cccxij. col. iij. alle. l. si vno. ff. loca. et. ff. de damno infec. damni infecti Cal. cõsi. j. col. ij. de priui. quod secundum subiectam materiam de qua est sermo debet fieri ĩterpretatio. d. c. sedes. Jo. mo. in. c. si ciuitas. ẽ. de sentẽ. excõica. Petrus de Ancha. consi. ccxcvij. nume. viij. efficacibus Decius in. l. quotiẽs: idem sermo. ff. de re-

50 gu. iur. hinc Barba. in cle. auditor. col. x. de res. quod verba * relata ad personam debent intelligi secũdum conditionem illius. l. ex militari. ff. de testa. mili. l. prima. §. equitij. ff. de vsu et hab. Et super permutatione faciẽda data fuit potestas que de sui natura sapit realitatem in se. ff. de rerum permuta. l. j. et. c. nulli de reb. eccle. nõ alie. Ergo nec isto casu expressio proprij nominis facit cõcessionem personalem vt licet videri in legatis. ff. de annuis lega. l. annua. §. primo secundũ verã lecturã facit. c. requisisti. ẽ. de testa. idem in donatiõe. c. cum venissent. ẽ. de insti.

¶ Item ex hoc priuilegio papa voluit prouidere illi noue

51 ecclesie: sed ecclesia * nũquam moritur. xij. quest. ij. c. liberti el. ij. ibi quia nunquam moritur eorum patrona ad idem. c. si gratiose. ẽ. de res. hoc lib.

52 ¶ Et quod in puncto hoc causa premissa dicatur * finalis si ue presumatur patet / quia futura respicit: vt in aute. de non alie. in prin. col. prima ad idem. l. j. §. sextum. ff. de postul. tra ditur per Bar. in extrauagã. ad reprimendũ in ver. ne eorum est magis vniuersalis et perpetua quam ratio religio nis: notat Baldus in leg. generaliter: colum. ij. C. de epi. et clericis.

¶ Et licet canonici dicerẽtur regulares: quia tamen ecclesie vtilitas permanet in canonicis secularibus / permanebit ideo et priuilegiũ. d. c. requisisti: de testa. c. dilecti. ẽ. de foro compet. et. d. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. credi. Ita in simili firmat Petr. Abbas de podio in consi. freder. 88. quod incipit super eo quod queritur / vbi inter alia dicitur quod etiã si nomẽ propriũ esset expressum in priuilegio iu dicaretur intuitu ecclesie fore cõcessum / etiã si nõ esset cõtẽ

tiosum rescriptum allegat pro hoc glo. in. c. dilecti de foro compe. in verbo ptra: quã ibi sequũtur Panor. Felv. Jmo. et cõiter doc. de quo per eundẽ Panor. et cõiter scriben. in. c. quoniam abbas. ẽ. de offi. deleg. Quod autem vtilitas ecclesie maneat et in canonicis perseueret secularibus / et longe maior quam in canonicis regularibus patet recte intuenti: quia huiusmodi mutatio siue regularis status in secularem translatio / auctoritate apostolica fieri consueuit vt ex infrascriptis formis apparebit et etiam licuit videre a quinquaginta annis citra in Auinionẽ. eccl'ia põtificatus Sixti. iiij. tempore. Necnon in eccl'ia Albien. tempore Bonifa. ix. vt infra describo / quod fit vt ecclesijs consulatur / vt etiam licet videre in descriptiõe forme trãslationis ibi cum per canonicos seculares iura ecclesie melius tueri et defendi possint.

¶ Pro hac parte moueor his medijs quia huiusmodi priuilegium fuit cõcessum canonicis tunc regularibus / et sic quia canonici: et quia etiam regulares. Cũ itaque remãserint canoni-

53 ci permanebit et priuilegiũ cum sufficiat reliquias * superesse priuilegij. l. fi. ff. de decur. ibi nõ esse torquẽdum in memoriam prioris dignitatis no. Jo. an. post Din. in. c. decet. de regu. iur. ẽ. Jason in. l. sciendũ. §. si fundũ. nu. viij. ff. qui satisda. cogan. per. l. iij. ff. rer. admo. Sozi. cõ. 260. col. v. in causa Nanneten. cãtorie / quod qñ aliquis priuatus aliquo iure nihilominus reseruãtur alique reliquie illius iuris quibus nõ priuatur: tunc ille reliquie gaudent priuilegijs illius iuris quatenus priuilegia respiciũt illas reliquias. Uidemus quippe quod si miles dãnatur / ita quod si paganus esset / priuaretur potestate testãdi: tunc censetur reseruari vt testari possit ex priuilegio militis ita loquitur. l. si quis filio. §. irritũ. ff. de iniusto et irri. testa. vbi ita declarãt Doc. et Jmol. in. l. ex militari. ff. de testa. milita.

¶ Pro pmissis vide ea que signat Car. in cle. pastoralis. §. deniqz. q. vij. de re iudica. post Anthõ. de butrio. et Jmol. in

54 c. q̃ in ecclesiarum. ẽ. de cõstitu. quod licet vassallus * possit inuito dño renunciare feudo / et nõ teneat ei seruire: tñ non debet offendere ob memoriã pristini dominij. Pro hoc. c. j. de vasal. qui cõtra cõst. lota. vbi glo. fi. col. x. in vsib. feudo. fa. in arg. l. seruos et ibi glo. colligẽs concor. C. de questio. vbi q̃ semel fuit seruus alicui nõ torquetur in caput eius in memoriã pcedentis dominij: quod dictũ cõfirmari potest quia videmus in simili quod memoria et reliquie pristine qualitatis etiam abolite multum operantur: hinc glo. no. in capitulo si qui episcopi. xcij. di. quod si clericus fuit promotus ad episcopatum / et sine culpa forte ob insolentiam populi non potuit episcopatum consequi renunciauit promotioni / non potest deponi ab alio quam a papa in memoriam pristine promotionis: quibus congruit dictum specul. in ti. de legato. §. finitur in fine / quod ei qui semel fuit legatus semper reuerentia debetur in memoriam pristine dignitatis.

¶ Item qui prouincie gubernaculis comes primi ordinis esse meruit vicarie dignitatis post depositam administrationem priuilegio frui oportet. l. prima de comi. qui prouin. reg. libro. xij. C.

¶ Item qui deposuit officium aduocationis est in dignitate et appellatur clarissimus / vnde torqueri non põtest et debet in eo obseruari. l. ad egregias. ff. de iureiur. Istud voluit Bar. in. l. prima. C. de aduoc. diuer. iudic. pro hoc vide que notat Bonus de curtili in trac. de nobili. in quinta parte nu. ix. allegat in argu. l. insula in fine. ff. de acquir. rerum domi. vbi appellatur illa insula que iam fuit / quantumcunque non sit de presenti.

¶ Et qui semel fuit abbas deposito officio sine culpa / vt licet videre in congregatione casalis benedicti or. S. B. vbi triennales dicuntur abbates subsistere / obtinet primum locum in choro et conuentu post abbatem in memoriam pristine dignitatis secundum Joan. de lignia. in cle. ne in agro de sta. mo. quem ibi sequitur Joã. de Jmola. col. xiiij. nu. xlvj. in fine per legem primam. ff. de albo. scriben. Cõprobat contemporaneus noster do. Chassaneus in cathologo. iiij. parte consideratione. xxxiij.

¶ In proposito Joannis And. in. c. cõsulti. ẽ. de regula. circa finem ait quod nouitius exiens de religione in qua assumpsit habitum / licet possit vestibus vti secularibus: non tamen debet vti lasciuijs in memoriam pristine religionis per d. l. seruos: facit quod notat Bald. in. l. c. data opera. C. qui accu. non po. quod mitius punitur ille qui fuit notarius / et modo depositus conficit instrumenta / quam ille qui nunquam fuit notarius in memoriam pristini officij et propter primordiam veritatis / adde Hypo. de mar. singul. cvij. vbi dicit post gl.

55 in capitulo accedẽs. l. di. quod clericus * degradatus nõ de-

debet ꝑcuti ⁊ eum ꝑcutiens incidit in canonē. Idez voluit glo.in.l.dictū.lxxxj.di.idē hipolytus singu.clxxix. ꝙ si statuto caueaᵗ ꝙ prior vel antianus puniatur in duplum/ modo aliquis fuit prior vel antianus sed de ꝓximo est remotus ab officio vtrū hoc casu si aliquis eū ꝑcutiat cadat in penā dupli ⁊ decidit ꝙ sic post Alber.in.ij.parte sta.q.xx. allegat.l.ordo.ff.de publi.iudi.⁊.l.ordine.ff.ad municipal. vide Sozi.d.con.cclx.col.ix.vbi dicit ꝙ filius emācipatus habet reliquias seruitutis p̄cedētis /⁊ ideo eiꝰ preteritio nō habetur ꝓ exheredatione: ita testanᵗ Imola ⁊ moderni in.l.in suis.ff.de lib.⁊ posthu.idē Sozi.vbi.s̄.colū.iiij. vbi exponit illud ꝙ res de facili ad suā reuertitur naturā/ vcz quando res nō est extincta sed mutata sunt accidētia/ seu mutata est natura: vt ptz ex no.in.l.si vnus.§.pactus.ff.de pac. Et pristina natura debet retineri priꝰ ꝙ̄ de nouo acquiri ar.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui: vel alie.iur.

¶ Itē in ꝓposito Bald.in.l.nec quicꝙ̄.§.ꝓficisci in.vij.q. principali.ff.de offi.procon.⁊ leg.citat ꝙ potestas qui est in syndicatu ita debet honorari sicut si esset in officio / refert ⁊ sequitur Iason in.l.j.C.vt oēs iudi.tam ciuiles ꝙ̄ cri.

56 ¶ Moueor ⁊ secūdo mutatio status * in melius auget ius antiquum/ nō aūt aufert.l.pe.ff.de sena.vbi per illum tex. Bar.dicit ꝙ si pedona que vadit recte efficitur dona/ cum ꝓmitto tibi dare scacōmatū cum pedona/ ⁊ do cū dona an videar dare cum pedona ⁊ ibi est casus ꝙ sic. Ad idem.l.falsa demōstratio.§.sed si cui.ff.de ꝯditio.⁊ demō.vbi dicitur/ ꝙ augmentū dignitatis nō extinguit legatū: vbi idē Bar. dicit facere ad questionē p̄dictā facit glo.l.c.ex parte.B. in verbo Andegauen.in fine quam ibi insequūtur Panor. ⁊ Fely.post alios.s̄.de foro compet.

57 ¶ Canonici * aūt seculares dicuntur digniores p̄ferunturꝙ̄ canonicis regularibꝰ.c.alia ⁊.c.legi epistolā.xvj.q.j. glo.fi.in.c.qualiter.el.ij.s̄.de accu.late Fely.in rub.s̄.de maior.⁊ obedi.col.iij.versi.clericꝰ secularis post Io.and. in.c.delictum.j̄.de regul.iur.in mercuriali.col.iij. Statꝰ ergo dignior nō mutabit priuilegia ꝯcessa canonicis regularibus firmat Do.con.cxxv.in fi. vbi dicit ꝙ ecclia parrochialis erecta in cathedralem nō ꝑdit priuilegia alias parrochie cōcessa/ sed ea retinet qr dignitas superueniens non tollit obligationē/ vel iura inducētia vinculum in maiori statu.c.cum te.s̄.de res. Oldra.in simili con.cclxvij. ꝙ nulla iuris ratio seu eq̄tatis benignitas patitur: vt q̄ ꝓ honore ⁊ salubri vtilitate alicuius introducta sunt ad interpretationis duriciā ꝓducanᵗ.ff.de leg.l.nulla ⁊.l.quod fauore vulgata. Et maxime qn̄ accidēs ⁊ origo se cōpati possunt vt in puncto hoc.

58 ¶ Tertio moueor canonici * regulares eligūt ep̄m/ nō qr sunt monachi: sed canonici qr si tanꝙ̄ monachi eligerent/ electus nō diceretur ep̄s sed abbas/ ꝙ ꝯfirmo per ea que voluit Panor.in.c.causam que: nu.viij.s̄.de iudi.

¶ Ex quo infero ꝙ priuilegiū eligendi ep̄m ītelligitur cōcessum canonicis: vt canonicis nō vt monachis. Sed qualitas canonicatus nō fuit mutata/ ergo nec debet mutari

59 priuilegiū. Et posito ꝙ priuilegiū ab initio * fuerit cōcessum canonicis regularibꝰ: qr tamen canonici seculares fuerunt subrogati in ius ⁊ locum canonicoꝝ regulariū/ merito in priuilegijs subrogati intelligūtur: qđ ꝓbo per ea q̄ dicūtur in.§.fuerint insti.de actio.vbi actio ex stipulatu sui natura stricti iuris subrogata in locū rei vxorie etiā in priuilegijs subrogata videᵗ/ ⁊ ꝓpter ea habz priuilegia actionis bone fidei ⁊ tacite hypotece: vt ibi dicit ad idē tex. in cle.prima de sup.negli.p̄la.vbi ep̄s in locū monachoꝝ subrogatꝰ ad eligendum priorē intelligitur subrogatus eisdē modo ⁊ forma quibus monachi eligere debebāt/ qđ ꝓbat multis alijs modis Fely.in.c.cum accessissent.nu.xviij.s̄. de ꝯsti. Ita in ꝓposito dicimus ꝙ canonici seculares subrogati in locū regulariū idē ius eligēdi habēt: facit.l.si eum §.qui iniuriaꝝ.ff.si quis cautio.c.ecclesia vt lite pendē. ꝙ subrogatus sapit naturā eoꝝ in quoꝝ loco subroganᵗ/ maxime qn̄ ad eundem finem fit subrogatio testatur Do.⁊ preceptor meus in trac.de peste charta mihi.cxj.ver.discussi: post Bar.in.l.si pater.col.vj.ff.de inof.testa.⁊ Iaso.in.l.qđ in rerum.§.si nauem de leg.primo.

60 ¶ Item subrogatio si fiat * a lege: res ipsa subrogata sapit eādem naturā.l.res in dotē ⁊.l.res estimata ⁊.l.ita cōstāte.ff.de iure dot.dicit Henr.boic.in.d.c.ecclia: vt lite pēden.⁊ sic fit cū priuilegijs, facta aūt ab hoīe nō nisi agaᵗ de fauore ⁊ vtilitate ecclie ita citat Sozi.con.xciij.in fine lib. iij. hic aūt non solū adest fauor ⁊ vtilitas ecclesie vt iamꝙ̄ deductū est/ quodꝙ̄ nihil vtilius est ꝙ̄ habere pastorē qui vultū pecoris agnoscat/ qđ de facili nō pōt nisi eligatur ab ouibus que eūdem nouerint in fractione panis: sed etiam

¶ Moderare habes communem/ vt non procedat * quādo gratia (clausulam anteferri includens) esset ob subreptionem nulla/ vel annullanda/ vel ob defectum persone/ qꝛ tunc nihil efficacie operabitur clausula ipsa: imo prim⁹ impetrans admittitur ad beneficium vacaturū. Et sic non ꝑiudicat primo impetrāti. c. non potest. ꝭ. de regul. iur. cum similibus/ cū videatur apposita in fauorem ipsius impetrantis duntaxat: sic eo repulso videtur sublatum impedimentum quo ad primum: nec poterit ordinarius alteri conferre facit. l. sub conditione. ff. de vsufru. τ. ff. de actio. empti. l. fundum Archi. in. d. cap. pe. τ Car. in con. xv. in prin.

59

¶ Item quando * primus impetrās ex facto suo excluditur secundus obtinebit/ non autem alius auctoritate ordinarij. c. si. clericus. ꝭ. hoc ti. habeo instātiam: iuribus gallicanis cautum reperitur/ φ habenti. x. beneficia ecclesiastica conferre presentare/ aut alio modo disponere: poterit papa semel mādare τ mādatum suum de prouidendo dirigere/ modo Philippus Probus obtinet ꝓ eo primo mādari: in eo tamen mandato peccatum est in materia/ aut forma/ adeo φ suum non potest sortiri effectū. Postea titius pro eo pariter secundo obtinet mādari/ queritur attēto dicto peccato quod patitur mādatum Philippi ꝓbi/ mādatum titij vires sumet. Dico φ sic per ꝑdicta/ qꝛ fingitur primus: τ ꝑlatus hoc solo fore grauatus.

¶ Sic in ꝓposito iste qui habebat clausulam anteferri: fingitur primus: ergo eo repulso alius apostolicus obtinebit ratio quia clausula hec/ gratias non destruit precedētes sed eam habens/ alijs ꝑfertur: ideo eius destructa gratia: remanebit beneficium gratiā priorem habenti.

¶ Idem si habens ipsam clausulam ei renūciet/ aut ea nō velit vti: valebit collatio primo facta no. Jo. and. in. dic. capi. pe. facit. l. si iudex. ff. de minor. firmat Car. d. con. xv. consilium. ij. consilium redditum ferrarie/ vbi citat φ * clausula inhibitionis τ decreti habet effectū si eam habens sua velit vti indulgentia/ allegat inno. in. c. primo de conce. ꝑben. hoc lib. τ Jo. mo. in. c. statutū. ꝰ. hoc ti. vbi dicit φ si ordinarius ꝯfert beneficium infra mensem quod fuit specialiter impetratum cū clausula inhibitiōis decreti/ tenet collatio si impetrans non vult vti suis gratia τ clausulis/ sic debet intelligi dictum per eundem Car. con. lxix. nu. vij. tactum vbi ait φ clausula in rescriptis vel alibi posita debet intelligi vt non sit sine effectu/ quod verum si eam habens ea velit vti: id firmare habes per ea que copiose citat Jo. mo. in. c. generali. ꝰ. de elec. τ ibi dixi τ in. c. statutum. ꝰ. eo. vbi idem Jo. mo.

60

¶ Moderare predicta vt non ꝓcedant / nisi renunciatio collationem primo factam precedat/ quia si sequeretur collationem (que propter clausulam aut decretum erat nulla) non valeret nec validaret. Joan. and. in dicto cap. statutum colum. prima in fine dicens φ in hoc casu prouisus non erit tutus sine noua collatione per. d. c. pe. ꝭ. hoc titu. Jstud sentit ibi Domi. dicens id procedere maxime vbi initium attenditur: vt in electione/ collatione/ sententia τ similibus. c. si postφ̄. §. j. de elec. hoc libro τ. d. c. pe. τ. c. auditis cum ibi no. eo. tit. de elec. vide que latins in proposito dixi in. c. tibi. ꝰ. de res. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Caput. viij.

SI pro clericis pauperibus, vel alijs nostras literas vt eis de beneficijs prouideas, etiam si animarum cura sit annexa eisdem, recipere te contingat ipsis (licet nec in sacris sint constituti ordinibus, nec de defectu ordinum in eisdem literis mentio habeatur) poteris de beneficijs curā habentibus licite prouidere nec prætextu dicti defectus tua poterit prouisio impugnari.

¶ Oportebit tamen vt ipsi ad ordines quos requirunt collata eis beneficia, se faciant in proximis statutis a iure temporibus promoueri.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Non habēti sacros ordines potest per literas apostolicas prouideri de beneficio cuꝫ cura: sed statutis temporibus debet se ad sacros ordines facere promoueri.

2 Quando Papa mandat prouideri de beneficio (etiaꝫ si curam habeat animarum) eo ipso mandat ipsum ad sacros ordines promouendum.

3 Quando beneficium est sacerdotale ex statuto non potest conferri nisi sacerdoti.

1 SI pro clericis pauperibus, Non * habenti sacros ordines potest per literas apostolicas prouideri de beneficio cum cura sed statutis tēporibus debet se ad sacros ordines facere promoueri [prouidere] Antea dicebatur dispensatio. ꝰ. de eta. τ quali. preterea/ τ forsan iuris non hominis argu. ꝰ. de elec. nihil. §. fi. τ hic τ. ꝭ. hoc lib. de insti. c. ij. Esset eniꝫ durum φ propter hoc istorum prouisio impediri deberet/

vbi possunt infra breue tempus in presbyteros ordinari. d. c. preterea/ et est simile infra de insti. c. vlti.

¶ Sed quid si beneficiũ est tale cui est annexũ sacerdotiũ ex statuto speciali. s. eo. significatum videtur secus. Quia ex quo * papa mãdat puideri de beneficio (etiã si curam habeat animarum) eo ipso mandat ipsum ad sacros ordines promouendum vt hic. Non sic vbi est beneficium sacerdotale per statutum (quod potest papa verisimiliter ignorare). s. hoc lib. de cõstitu. c. primo. Cõtra dic/ quod per rescriptuz papale statuta sunt sublata/ vel saltem sunt dilata licet non peremptam. Et licet homo sit habilis: non tenet sine titulo ad sacros ordines se facere pmoueri. Nec eps suus tenetur eundem ordinare. i. eo. si eps et. c. cum secũdũ

¶ Sed * quid si est sacerdotale ex statuto: adeo quod cõferri non potest [a] nisi sacerdoti/ tunc si in rescripto statuta tollantur/ adhuc vt prius potest isti prouideri/ dummodo faciat se promoueri proximis temporibus vt sequitur. Et quid importent ista statuta no. s. hoc lib. de res. cum aliquibus. Joan. Mona. Cardi.

a Non potest. Ista est communis secundum scriben. hic quam firmat Joan. and. in. capi. et cui columna fina. i. hoc tit. vbi Petrus de Ancha. Philippus Probus.

¶ Bonifacius octauus. Cap. ix.

SI eũ sup cuius puisione aposto. sedis legatus in certa ecclesia suas literas quibus obtemperatũ nõ fuerat, destinarat, mãdem[9] autoritate nostra in ipsa ecclesia in canonicum recipi & in fratrem, sibique prouideri de prebenda iuxta ipsius legati continentiam literarũ, talis receptus huiusmodi nostri autoritate mandati non legati sed nostra intelligitur esse autoritate receptus. ¶ Et ideo est in assecutione prebende omnibus post eum eadem autoritate receptis in dicta ecclesia preferendus.

¶ Summarium domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Fortius est factum legati quam capituli.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Conclusio alia est legis: et alia hominis: et conclusio legis dicitur fortior quam conclusio hominis.
2 Conclusio debet fieri per verba pertinẽtia/ nõ per ea que respiciunt diuersos intellectus.
Quando vnum potest esse et non esse/ et se habere ad plura et diuersa: ex eo non concluditur necessario.
3 Impossibile est quod qualificatio inhereat simplici/ et quod illud sit simplex.
Repetitio qualitatis non inducitur.
4 Libellus interpretari debet penes conclusionẽ/ nõ penes narrationem.
5 Qualitas intentate actionis ex medio concludendi demostratur.
Sola attenditur conclusio.
6 Conclusio dicitur contractus.

7 Multa tractãtur que non perficiuntur.
8 In libello sola attenditur conclusio.
9 Non potest videri in iudicio deductum/ quod non est productum.
10 Non videtur esse presens qui non expectauit finem.
Nihil dicitur esse actum quãdo restat aliquid agendum.
In habentibus successiuum effectum/ nunquam dicitur actus consummatus in singulis actis vel momentis.
11 Omnis executor datus ad prouidendum est collator.
12 Duplex receptio iuris et facti legitur et per eas acquiritur vt hic.

SI eum super cui[9]. Casus patet [et in fratrem] Sed quid de illo qui est receptus motu proprio capituli et habet confirmationem huius receptiõis/ et mandat secundum stilum curie isti auctoritate apostolica puideri ne inane nomẽ canonici gerat [de pbenda] si est debita sic: quod nulli alij de iure sit debita: nũquid iste de iure pferat ĩpetrãtib[9] post modũ in gra spãli: vt hic videt, dic quod sic ar. i. eo. si aplice. Cõtra dic: quia forma quã tu narras est de iusticia. s. eo. relatũ et. c. dilectus primo et illam formam dari vidi sine lectione nec proprie hoc casu datur gratia sed mandatur in cõclusione [a] fieri iusticia. Nec dubito quin receptio capitularis faciat beneficiũ debitũ/ non tamen affectum: quod tamen facit autoritas apostolica plus et minus secundum quod est potior gratia notata. i. eo. si clericus.

1 ¶ Item fortius * est factum legati quam capituli/ et ideo autoritas pape fortius inualescit in vno quam in alio/ et ob hoc aplicus pfertur capitulari: tũ quia maiori aucto. innitit: tũ quia duplici [b] ratiõe vincit/ et quia debitũ/ et quia affectũ. s. eo. lz in prin. i. eo. hi q prio R. i. eo. si postquam: vnde istis cõcurrẽtib[9] licet quilibet per se consideratus: dicere possit beneficiuz sibi debitum: vno tamen ad alterum relato/ erit beneficiũ vni debitum/ et alteri indebitum/ propter maiorem et minorem auctoritatem.

¶ Dicunt quidam istum primum potiorem: quia est primus: et quia suus executor [c] habet potestatem prouidendi [d]: et sic per cõsequens reseruandi/ inhibendi/ et decernendi.

¶ Sol. potest ista exequendo iustitiam ipsius impetrãtis: vnde autoritas in isto executore non est aucta in dando/ sed in exequendo iustitiam impetrantis: et secundum hoc vidi sentẽtiari. Alij cõtra argu. s. hoc lib. de res. cum aliquibus in fine.

¶ Sed dic quod illa loquitur in literis apostolicis: in quibus totum est gratiosum: sicut amotio et apostolice autoritatis receptio/ sed hic loquitur in mixtis literis/ tam iustitiam quam gratiã cõtinentibus: naz fuit hec receptio capitularis gratiosa de qua in literis papalibus primo narratis. Secundo petitio de iustitia/ vt non careat prebenda qui in canonicũ est receptus/ et tertio mãdatur apostolica prouisio que potius respicit iustitiam quam gratiam cum conclusio directo respiciat petitionem: ex quibus cõcluditur quod ibi maior gratia est/ quam hic.

e ¶ Nec obstat quod narrat de receptione [e] capitulari quia nõ debet obesse immo potius prodesse narranti/ quod non credo vbi vtrobique esset paritas: quod nõ est in dictis casibus vt predixi [preferendus] quod intelligo vt notaui. s. in. c. eum cui eo. Jo. Mo. Card.

a Conclusione. Vide vltra que in sequentibus de conclusione dicentur: quod alia * est conclusio legis: et alia est conclusio hominis: quia conclusio legis dicitur fortior quam hominis Bar. in. l. prima. §. si pater. ff. de coniungen. cum emanci. liber. refert Decius con. ccciij. in fine/ in casu occurrenti.

2 ¶ Et conclusio * debet fieri per verba pertinentia non per ea que recipiunt diuersos intellectos et varios: per regulam quam citat Sozi. pater con. viij. col. iiij. visis/ quod quandocunque aliquid potest esse et non esse: vel potest se habere ad plura et diuersa: nunquam probatio illius concludit vnum quod est necessario. tex. in cap. in presentia. S. de probatio. traditur in. l. Titie textores de lega. primo.

¶ Item idem Sozi. plura cumulat in proposito con. xxxix. col. pe. & fi. visis & inspectis: inter que allegat Bal. in. l. edicta. C. de eden. vbi dicit quod si accusator deducit maleficium cum certa qualitate: licet subijciat clausulam quare peto ipsum condemnari de omnibus singulis supradictis: quod per hoc non videtur cumulare maleficium simplex & qualificatum 3 ita reperies Bal. ibi in. vj. q. dicentem: quod impossibile * est quod qualificatio inhereat simplici: & quod illud sit simplex. l. titie si non nupserit. ff. de conditio. & demon. vnde concludit quod licet probetur maleficium sine illa qualitate: tamen sequi debet absolutio quia concluditur quod solum vnum maleficium minimum intelligitur deductum. l. finali. ff. ad trebel. & l. si pluribus de legat. ij.

¶ Premissa videntur posse comprobari per doctrinam Bar. in. l. in repetendis de lega. iij. versi. quandoque vbi dicit quod si in eodem testamento legatur vna res sub conditione & post ea repetatur idem legatum eidem & ab eo in separato capitulo testamenti mediantibus alijs capitulis: tunc non inducitur repetitio qualitatis sed potius correctio per tex. in. l. nam ad ca. ff. de conditio. & demon. tradit Maria. Sozi. consi. xcij. col. vj. versi. sed hoc non obstante circa primum.

4 ¶ In proposito thematis idem Maria. con. cxxxiij. colum. ij. visa petitione dicit quod libellus * interpretari debet penes conclusionem non penes narrationem. l. Aurelius. §. sticho & ibi Bar. ff. de liber. legata tex. & ibi doc. in. c. ex parte. L. s. de foro compe. & in. c. litere. s. de dilatio. Cy. in. l. cum te. C. de proba. idem Sozinus con. ccxiij. col. iij. in causa ono fri vbi dicit quod nulla verba inter contrahentes dicunt sed sola conclusio est contractus cum sit ipsius perfectio. Casus est in quo non est dare meliorem in iure secundum Bal. ibi in. l. si voluntate. C. de rescinden. vendi. dico latius in sequen.

¶ Si cupis videre de probatione & productione instrumentorum post conclusionem attende ad ea que not. Car. con si. lxxj. nu. xx. titius nunc.

¶ Quando vero discedatur per partes a conclusione per admissionem articulorum vide Alexan. consi. lxxij. nu. iiij. videtur volumine. iij.

¶ Alterius. dic quod hoc verbum conclusio non reperitur in textu de iure ciuili Bal. in. c. cum in iure. nu. v. s. de offi. dele. sed renunciatio sic.

5 ¶ Item dic quod qualitas * intentate actionis ex medio concludendi demonstratur Bar. in. l. certi conditio. in prin. ff. si cer. pet. & in. l. si prius. in. v. oppo. ij. partis. ff. de noui operis nunci. Decius con. cclij. in prin. Agitur causa.

¶ Item sola conclusio in actibus hominum venit attendenda: quia in ea consistit perfectio actus: & esse nascitur ex perfectione quod stat in conclusione Jason con. viij. col. vj. vol. iij. Notat Inno. in. c. super literis col. ij. s. de resc. ex cuius doctrina resultat quod licet multa verba contineantur in rescripto tamen attenditur sola conclusio que dicitur illud: quod princeps scribit quod appellamus dispositiuam. Merito Calca. in con. j. col. xv. dicit quod modus agendi non potest attendi nec considerari nisi ex narratione & conclusione petitionis: eo quia in eis consistit vis libelli & petitionis. c. examinata. s. de iudi. & per in no. in. d. c. super literis. s. de rescrip. Bal. in. l. edita. C. de edendo istud dictum Inno. citat idem Bal. in. l. prescriptione. col. fi. C. si contra ius vel vtili. publi.

6 ¶ Simile dicemus in contractu. Nam licet multa apponantur & multis diebus fuerit habitus tractatus: in eo tamen attenditur sola conclusio: & illa * conclusio dicetur contractus tex. melior de iure in. l. si voluntate. C. de rescin. venditio. & ibi Bal.

7 refert & sequitur Decius con. cccxcviij. col. ij. viso instrumento vbi subdit quod multa * tractatur que non perficiuntur. Unde testes qui deponunt solum de tractatu non probant Bal. in. l. multum interest col. ij. C. si. quis alteri vel sibi & in. c. fi. col. fi. s. de iuramen. calumnie: facit quod not. idem Bal. in l. cum allegas col. ij. C. de vsur. late firmat Alex. con. xxviij nu. iiij. visis & accurate vol. j. late etiam Sozi. in. d. consi. cclxiiij. in preceden. citato dixi. s. in. c. j. in verbo minoris de exceptio. Uide Neapol. deci. ccclxxv. quidam diomedes.

8 ¶ Simile in libello * in quo sola attenditur conclusio: licet enim multa verba sparsa & posita sint in libello: tamen sola conclusio dicitur libellus. Bal. vbi. s. & in repe. l. edicto actio. C. de edendo & i. l. ij. C. qui accu. non possunt. & i. l. domum. C. de rei vend. & i. l. non debet. ff. de dolo refert Barb. con. xlviij. col. iiij. vbi probat & alia decidit quod si greffarius protulit sententiam & in fine iudex dicit & ita ore proprio pronunciamus quod licet aliter non fuerit recitata per iudicem iuxta no. in. l. ij. C. de sen. ex periculo. reci. & in. c. fi. de re iudic. hoc lib. nihilominus est valida cum in huiusmodi recitatione fienda per iudicem attendatur sola conclusio ad quod multa cumulauit Do. Bartho. de chassaneo consi. j. in. §. posset tamen aliquis instare. Jo. de Anania in. c. ad falsariorum. col. iiij. s. de crimine fal. Maria. Sozi. con. xxxix. col. vij. visis & con. xciij. col. ij. circa primum Do. Bertrandi con. cliij. Si prout parte. iij. Alex. in con. cxxj. vol. j. viso processu.

¶ Capietur enim sensus vt actus valeat potius quam pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. & l. quotiens. ff. de verbo. obligatio. cum similibus. Adducit dictum Bal. in. l. j. C. de sen. ex pericul. reci. quod si iudex dixit pronuncio: vt in consi. continetur valet sententia si illud consilium est redactum in actis illius instantie: secus si non esset redactum. Aliud ponit ibi exemplum: idem Bal. in fi. ibi. Pronuncio itavt in tali charta continetur quod si charta est liquida in iudicio producta & recitationi parata valet talis sententia secus si non esset producta

9 quia * non potest videri deductum in iudicio quod non est productum ar. l. licet. ff. de iudi. ¶ Facit quia substantia sententie stat in illo verbo pronunciamus istud est de mente. glo. in verbo proferri in. d. c. fi. de re iudic. hoc libro.

¶ Pro premissis habeo id quod voluit Bal. in. l. vna. col. vj. C. de his que pene nomine quod si ambe partes inceperunt interesse sententie: tamen recesserunt antequam iudex compleret sententiam legere: quod sententia non valet cum actus sit

10 indiuiduus: non * videtur equidem fuisse presens qui non expectauit finem. Nihil enim dicitur esse actum quando restat aliquid agendum. c. que ipsis. xxxviij. di. Barba. con. lxxxviij. sub nu. xij. vol. iiij. Decius con. clix. col. ij. & iij. quod incipit casus qui proponitur Angel. con. xxiiij. constantinus col. j. vbi dicit quod in habentibus successiuum effectum nunquam dicitur actus consummatus in singulis actis vel momentis. nec ipsa sola momenta considerantur vt sic dicatur actus totaliter consummatus & perfectus: Pro intento hoc alleg. l. cum silleianum. C. de his quib. vt indig. vide Sozinum con. clv. col. fi. dum dicit quod magis attenditur libellus penes modum concludendi iuxta no. per Bar. in. d. l. Aurelius. §. sticho. ff. de liber. lega. ponit vt prediximus Bal. in repe. l. edicta ver. circa secundum. C. de eden.

¶ Et inquantum dicimus quod nihil videtur actum &c. Istud procedit maxime in penalibus citat Do. con. ciij. col. ij. allegat. c. perpetuo. s. de elec. & c. commissa hoc lib.

¶ Et in eo quod. s. diximus conclusionem libelli attendendam solum dic non procedere si in ipso libello sit apposita clausula super premissis omnibus & singulis petitur ius & iustitia ministrari quia per hanc clausulam non solum conclusio inspicitur sed omnia narrata attenduntur & super omnibus narratis facte probationes valent: ita Decius con silio. ccxxj. nu. iiij. non patitur. Probus.

b ¶ Duplici ratione. Uide que dixi. s. in. c. j. in verbo duo concurrentia de resc. & in. c. cum contumacia. j. de hereticis: et que in simili dicuntur per Decium con. clxj. pro domino preposito. Probus.

c ¶ Executor. Qui dicitur habere potestatem delegatam & sic delegatus dicitur no. in. c. si super gratia. s. de rescript. hoc lib. idem dic de conseruatore. c. primo. s. de offi. deleg. eo libro. Probus.

d ¶ Potestatem prouidendi. In proposito adde quod voluerunt domini de Rota in antiq. deci. cccciij. quod si vnus ex duobus habentibus gratias equales & eiusdem date primo presentat literas executori quam alter & facit fieri processus: prefertur alteri in prebenda vel beneficio postea vacante propter huiusmodi diligentiam. Quia omnis * executor datus ad

11 prouidendum est collator iuxta ea que not. in. c. pro illorum hoc titulo & de resc. tibi quidem hoc ti. si cui ita quod habet locum in illis. c. duobus de resc. hoc lib. Probus.

e ¶ De receptione. Uide que de receptione late tradit Pet. de Ancha. con. ccxv. scripsit Papa & Domi. in consilio. 79. dominus Joannes vbi citat * fore duplicem iuris & facti

12 receptionem. Per primam acquiritur titulus per secundam possessio vel quasi iuxta notata per Innoc. in. c. eam te de rescrip. doc. in. c. pro illorum. s. hoc ti. & latius per eundem Domi. in con. lxxxiiij. col. ij. quia istud dubium vbi dicit quod est duplex receptio canonicatus vna que sumitur pro receptione facti quando per prius erat facta collatio per habentem potestatem & canonici postea recipiunt assignando stallum in choro & locum in capitulo.

¶ Alia est receptio que sumitur pro totali collatione iuris canonicalis & prebende: & in ista facienda requiritur vocatio canonicorum absentium nisi sit consuetudo quod non vocentur. c. cum in ecclesijs hoc ti. & lib.

¶ Item receptio facti potest fieri per singulares canonicos Inno. & Jo. And. in. d. c. eam te. s. de rescrip. Alia vero videlicet iuris non: quia competit vt vniuersis non vt singulis.

¶ Alterius dicunuz quo ad receptionem/ꝙ si papa ꝯtulit mihi canonicatũ in ecclesia Bituri.ꝛ mãdauit per executorem mihi conferri prebendam in eadem ecclesia si quava cabat vel ꝑrime vacaturam/quam infra mensem a noticia vacationis acceptarem:ꝙ si ad prebendam vacantem recipior in canonicum/statim habeo ius in prebenda etiam sine alia collatione prebende:ista fuit sententia lappi in reperi.c.Jacobi.s̃.de simo.prout tradit Car.con.ciij.nu.iiij casus super quo. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Caput. x.

MAndato nostro sub ea forma tibi directo vt alicui prouideas de beneficio ad collationem tuam vel alterius pertinente.

¶ De beneficio quod primo vacabit (siue ad tuam siue ad illius collationem pertinuerit) ei pro quo scribitur prouidere debebis.

¶ Si vero plura beneficia ad tuam & illius collationem forsan spectantia simul vacent, tunc scripturę ordinem seruare habebis vt illi solum prouideas de illo beneficio quod ad te noscitur pertinere.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 In dubio ordo scripture est seruandus.
2 Regulariter ordo scripture non est seruandus.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Primus dicitur qui omnes alios antecedit.
2 Proximus quis dicatur.
3 Regulariter ordo non est de substantia.
4 Quando cõcurrunt due dispositiones priuilegiate sequitur effectus vt hic.
5 Ordo scripture quare regulariter nõ sit seruandus.

MAndato, Hec decretalis habz duo dicta:ꝛ sunt plana. Et in primo dicto tãgitur de alternatiua prestatiõis ꝛ in secũdo de alternatiua ordinis de quibus not.ĩ.hoc lib.de regu. iur. in alternatiuis [debebit.]

¶ Et est ratio:qꝛ hic est prouidẽdum impetranti de primo [a] .ĩ.eo.c. proximo [b] Et ideo illud quod primo vacat est isti conferendũ/alias gratia esset extincta vt no.s̃.eo.cum cui [pertinere] alias esset in potestate isti⁹ cui scribitur se exonerare. Et ideo in * dubio ordo [c] scripture est seruandus:vt hic ꝛ.ff. de vsufruc.quotiens primo Ro.ff.de fideicom. liber.generaliter.§.quid ergo. Et arg.pro ꝛ contra.ff.de solu.nec em̃ ordo.s̃.de elec.si quis iusto.§.j.

¶ Et dic * regulariter ordinem scripture non esse seruandum.s̃.de res.causam que.ff.de pecul.quidam. Sed cõtraria sunt specialia [d] ne fiat exoneratio indebita vt hoc.capi.ij.Ro.ꝛ ne ius alterius ledatur vt hic/vel vt dispendium vitetur: vt.dicta leg . quotiens / vel vt suspitio / vel gratia etiã debita tollatur:vt dic.§.si quid. Jo.Mo. Car.

[a] PRimo. Dic ꝙ primus dicit̃ qui omnes alios antecedit vt in ꝓhemio.ff.§.discipulis ꝛ in.l.proxima ff.de verb.signifi.ꝛ sic ante se aliud habere non potest Bal . in.c. ecclesia sancte Marie . s̃. vt lite penden.ratio qꝛ prime cause nulla est causa:ideo dicitur ꝙ de potestate principis nõ est inquirẽdum cum sit causa causarum not. Jason in cõsi.cxxv.col.iiij . pondus vol.iiij. Probus.

[b] 2 ¶ Proximo. Proximũ dicit̃: * illud quo supposito alterũ sequitur cõtinuatione ꝛ de facili ar.ff.de serui.rustic.p̃dio.l.tria predia ꝛ.l.qui sella.§.in rusticis Bal.con.ccclvj. in.j. parte/statuto placentie. Probus.

[c] 3 ¶ Ordo. Qui * regulariter non est de substantia.l.quidã ff.de pecul.ꝛ.l.nec enim.ff.de solutio. tradit Pet. de Ancha.consi.cclxvj.in prin,iste magister Geraldus:vide que tradit Domi.in con.xxx.col.iiij. Bonifacius.ix.ꝙ quotiescunqꝫ 4 * cõcurrunt due dispositiones priuilegiate/ quarũ quelibet de per se est valida ꝛ referuntur ad eandẽ speciẽ ꝛ multiplicabilem ordine successiuo/quelibet dispositio debet sequi effectum suum successiue/attento ordine dispositionis.c.si propter.s̃.de res.c.qui a sede isto titu.hoc libro vide que dico in.c.licet de sepul. Probus.

[d] ¶ Sunt specialia. Maria. Sozi.cõ.ix.col.v.ver. verũ predictis/quod incipit ꝓsequendo ordinem dicit/ꝙ doctores 5 * sequuntur doctrinam Joan.mo.hic/pro regula: vt ordo scripture non sit attendendus:nisi casualiter/ne fiat exoneratio indebita aut ne ledatur ius alterius:vel vt dispendium fugiatur/vel ne suspitio indebite gratie tollatur/iuribus hic per Jo.mo.allega.

¶ Uide que dico de argu . hoc ab ordine litere in.c. primo de accusa. Probus.

Bonifacius Octauus. Cap.xj.

SI clericus pro quo a sede apostolica recepisti mandatum, vt ei de prębenda proximo vacatura in certa ecclesia prouideres, cumque postea in canonicum ipsius ecclesiæ recipi faceres & in fratrem, præbendam sibi debitam quando vacat petere negligenter omittat, aliam postmodum in ipsa ecclesia vacaturam nequibit prætextu dicti mandati petere, nec tu de ipsa sibi poteris prouidere.

¶ Cum facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta.

¶ Verum si præfatus clericus fuisset autoritate apostolica effectus ab initio canonicus in ecclesia prælibata tunc (cum remanserit in ea canonicus) dicta negligentia non obstante, ac per consequens ratione canonicatus sit in alia præbenda nulli alij de iure debita cæteris præferẽdus, petere poterit præbendã aliam proxime vacaturã. ¶ Dũmodo non sint aliqui eadẽ autoritate pręberndas in ipsa ecclesia expectantes.

¶ Et eidem de ipsa non per te (cum mandatum non susceperis super illa) sed per eum ad quem spectat in eadem ecclesia præbendarum collatio prouideri debebit.

¶ Alias facta de prebẽda huiusmodi alteri collatio in illius preiudicium eoipso viribus non subsistat.

SI clericus, Hec decretalis habet duo dicta. Ecce primũ [extincta] Et est ratio/cum forma hic narrata extenderet se ad vnũ/vt pote ad beneficiũ sibi debitũ beneficio isti debito omisso / nihil superest sub rescripto not. s. de offi. deleg. ex parte prima no. s. eo. cũ cui. [canonicus] hec forma fuit gratiosior precedente/ et ob hoc negligentia adeo non extinguit gratiã vt in rescripto precedenti. Quia et si sit negligentia in prebenda remanet canonicatus/ cuius ratione prebenda est sibi debita: in quo tamen alter nõ sit potior: vt sicut est ille qui est canonicus et cui prebenda primo vacatura est sibi debita ratione litere apostolice sibi concesse: vnde iste negligens amittit prioritatem in prebenda / respectu apostolicorũ qui duplici iure nituntur non respectu aliorum vt hic et. j. ca. proximo/ primo respõ. Jo. Mo. Cardi.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xij.

HI qui autoritate apostolica ĩ aliqua ecclesia in canonicos sunt recepti, debent in prẽbẽdarum assecutione cęteris anteferri legatorũ vel aliorũ quorũcunq; autoritate receptis antea ĩ eadẽ. ¶ Eũ quoque qui ad mandatũ legati vel alterius autoritate aposto. sibi specialiter in hac parte concessa fungentis, recipitur autoritate aposto. receptum esse dubium non existit.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Maiorem autoritatẽ habens: prefertur habẽti minorem.

HI qui, Casus patet [in eadẽ] et sic nota/maiorẽ * autoritatẽ habẽs: prefertur habẽti minorẽ. s. hoc lib. de res. duobus. s. respõ. ff. de albo scribẽ. l. ij. C. de aduoca. diuer. iudic. l. restituẽde in fine [non existit] Et est ratio/ quia iste nõ procedit vt legatus: sed vt a sede apostolica delegatus. Si enim legatus procederet vt delegatus a sede apostolica ipso potior esset. s. de offi. lega. studuisti. Jo. Mo. Car.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xiij.

SI postquam canonicatum in aliqua ecclesia tibi contulimus, & de præbenda nulli alij de iure debita inibi proxime vacatura mandauimus prouideri, hi ad quos in ea spectat collatio præbendarum, prębendã quę vacauit ibi postmodum motu proprio ignorantes tibi gratiam factam alij duxerint conferendam, talis collatio in tuum præiudicium attentata nullam obtinet firmitatem. ¶ Nam eoipso quod canonicus autoritate apostolica fuisti effectus, ius ad obtinendum præbendam proximo vacaturam ibidem tibi acquisitum extitit, eandemque quã cito vacauit (ex quo nulli alij debebatur) iuste petere potuisti, & ideo a prædictis (licet ignorantibus) alteri conferri nequiuit.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Episcopus vel capitulum non potest augere numerum canonicorum sed Papa.

¶ Summarium Domini Philippi Probi,

1 Spes sepe fallit et miseros pascit.
2 Spes fallax dea dicitur.
Credula est spes improba.
Spes sepe sapientissimos fallit.
3 Non dicitur pati damnum qui spem futuri lucri perdit.
4 Multa accidere possunt que impediunt fructus peruenire ad maturitatem.
De futuris fructibus dabile non est certum iudicium.
5 Non habetur ratio spei nisi habeat ius de presenti.

SI postquam, Hunc casum decidit Martinus Papa quart⁹: nec innitebatur ex decreto/ vt. j. c. proximo. §. nos ergo. Sed ex eo quod in illa ecclesia de cuius prebẽda scribebatur/erat certus numerus canonicatuum et prebendarum: quem * episcopus vel capitulum augere non poterant. s. de rescrip. constitutus: hunc tamen poterat augere Papa/ et ideo ignorantia istos non excusat: quia quã cito canonicatus vacat/ est numerus auctus: per Papã reductus ad equalitatem [acquisitum.] ¶ Et sic nota quod per gratiam hic narratam nedum prebenda est impetranti debita sed affecta [a] Et hoc ius/ scilicet ad prebendam vacaturam solus Papa conferre potest. s. eo. licet primo Reso. j. de conce. prebend. proposuit. Joannes Monach. Card.

a SEd affecta. Et sic dicitur debitum/ non spes in debitum iri: quam habent spectantes / siue ius quesitum in spe: testatur Joannes Andr. in mercur. in regula ignorantia. Et hec spe * fallit/ et miseros pascit: prout vulgaria extãt dictamina et prudentissimorum sententie. ¶ Hinc Ouidius. Fallitur augurio spes bona sepe suo: et idem libro primo de arte amandi. Spes * fallax dea dicitur. Et Seneca: Credula est spes improba. Et Bal. in elegranti tractatu scisma. quem posuit in rubrica. C. si quis aliquem testa. prohib. col. xiij. versiculo preterea sicut qui habet: Spes sepe sapientissimos fallit: ita vt patiantur letargiam illusarum mentium morbum/ que sunt verba Boetij libro primo de consolatio. philosophie/ allegat. l. tertia et § si quis / versiculo quanquam. ff. de condition. ob causam. Item Lucanus in symposio: Sũt fortune varij casus plurima que haud separaueris vnquam: ea conficiunt numina diuum rursumque certo speraris: Ea frustrata non contingunt.
¶ Spem igitur in rebus quantumuis vicinis ac proximis reponamus. Est enim spes omnium rerum fallacissima minimaq; pars earũ rerũ quas separamus. Item Cicero post initium lib. de oratore. iij. O fallacem hominum spem fragi-

ff

lemq; fortunā ꝛ inanes nostras contentiones que in medio spacio sepe franguntur/ꝛ corruunt/aut ante in ipso cursu obruuntur.

¶ Premissis quippe dictaminibus conuenit illud vetus a Catone relatum prouerbium in oratione de edilibus vitio creatis. Inter os ꝛ offaz multa īteruenire posse: de quo meminit Ioā. And. in. c. cōmissam/ in fi. §. de ele. ꝛ Iason in. l. sciendū. nū. xxiiij. ff. qui satisda. cogan. Et Gellius lib. xiij. c. xvij. Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

3 ¶ Ad nostros autem veniamus. Nō dicitur * pati dānuz qui spem futuri lucri perdit. l. ꝓculus. ff. de dāno infec. per quem tex. dicit ita Alexā. in. l. iij. §. in fideiussorē/ ꝛ. l. sequē. ff. qui satisda. cogan. Sed ꝛ ante eū Bal. cō. clxxxij. locata fuit quedā possessio. col. ij. volu. j. dicit ꝙ qui perdit lucrum nōdum factū/ sed quod est tantum in fieri/ non dicitur pati dānū: licet esset apparatus ad lucrū: de quo dicit text. expres. ꝛ no. in. l. si pecuniā in princi. ff. de cōditio. ob causam/

4 qꝛ vt ait multa * accidere possunt que impediunt fructus peruenire ad maturitatem ꝛ effectum/ puta niues/ grādines/ incursus hostiū/ ꝛ similia. l. fistulas. §. frumēta. ff. de cōtrahen. emptio. ꝓpter quod de futuris fructibus certū nō est dabile iudiciū. l. si ea lege. C. de vsur. facit. l. si iactū retis. ff. de actio. empt. ꝛ plenissime per Bar. in. l. cotem. §. qui maximos fructus. ff. de publica. Ideo frumentū in herbis nō pluris estimatur ꝙ̄ in herbis valeat/ cōsyderata qualitate p̄senti nō aūt futura que nondū apparet arg. l. in lege ff. de cōtrahē. emp. ¶ Ista firmare possumus per doctrinā Bar. in. l. post emācipationē. §. illud. ff. de liber. lega. dū

5 dicit ꝙ * nō habetur ratio spei nisi habeat ius de presenti. Ideo si in cōtractu apponūtur huiusmodi verba/ remittit omne ius qđ habet/ ꝛ habere sperat in tali tūc videtur remittere omne ius qđ habet de presenti vel sperat habere in futurū ex causa subsistēte de p̄senti/ alias nō/ sicut dicimus de statu libero. qui si habet spē in libertate ex iure fundato de presenti/ qꝛ hereditas est adita dꝛ statu liber ꝛ nō alias. l. ij. ff. de statu liber. idē Bar. in. l. qđ seruus circa finē. ff. de cōditio. ob cām/ ꝛ ibi Paul. de cast. idē Paul. ꝛ Ange. post Bar. in. l. qui cū tutoribus. ff. de trāsactio. Bart. in. l. si vxor. §. diu⁹. ff. de adult. ꝛ in. l. q̄ Rome. §. duo fr̄es vbi moderni. ff. de v̄bo. oblig. tāgit Areti. cō. vj. nu. ix. viso instrumēto diuisionis. ¶ Vide que ꝑ premissis dixi in. c. vnico nu. xxxvij. ꝛ sequ. de clericis non residentibus. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xiiij.

DVdum venerabili fratri nostro. S. episcopo palestrino quē ad partes destinauim⁹ gallicanas recipiēdi autoritate nostra resignationē ab obtinentibus beneficia ecclesiastica in eisdem partibus, qui ea vellent libere in eius manibus resignare ac beneficia ipsa personis idoneis cōferēdi per nostras literas potestate cōcessa. Nos postmodū (de cōcessione huiusmodi nō habita mētione) Nicolao de bonesa. Camerario dilecti filij nostri. N. tituli sancti Laurētij in Damaso presbyteri Cardinalis/ canonicatū Lexoñ. ecclesiæ qui in partibus illis existit, & prębendam nulli alij de iure debitam (si qua tunc vacabat in dicta ecclesia) cōtulimus, & sibi ꝓuidimus de eisdem. Si vero nulla talis prębenda vacabat ibidem, nos prębendam proximo inibi vacaturam cōferendam dicto Camerario cū vacaret donationi apostolicę duximus reseruandā, decernentes extunc irritum & inane, si secus super hoc a quoquam contingeret attentari, certis sibi ad hoc executoribus deputatis.

¶ Cumque post modum Nicolaus vassalli clericus canonicatum & præbendam quos in dicta Lexoñ. ecclesia obtinebat, ī dicti episcopi manibus resignasset, & dictæ potestatis prętextu eos idem epi scopus (collationis, prouisionis, reseruationis, & decreti prædictorum forsan ignarus) Guillelmo vassalli presbytero contulisset. dicti executores (collatione nō obstante prędicta) literarum nostrarum autoritate, præbendā eandem dicto Camerario velut sibi debitam contulerunt, quem dictus presbyter (prætextu collationis per dictū epm sibi factę) quod prębendā ipsam pacifice possidere valeat, non permittit. propter quod idē Camerarius nobis supplicauit humiliter vt prouidere sibi super hoc de opportuno remedio dignaremur. ¶ Nos igitur attēdētes quod & si memorato epo prædictā cōcessimus potestatē, penes nos tñ nihilominus remāsit maior licet eadē potestas etiam in prædictis, propter quod nostra qui eandē præoccupauim⁹ potestatē potior debet esse cōditio, eo pręsertim quod secūdū canonicas & legitimas sanctiōes per speciē gñi derogatur, quanquā de genere in derogante specie mētio nulla fiat. Cōsiderātes quoque quod nos exposito nobis de potestate p̄dicta, nihilominus literas gratiosas daremus in dictis partibus non habita mentione de ipsa, quia foret absurdum si tam lata nostra impediretur potestas, & si in omnibus prouisionum nostrarū literis quas concederemus in partibus supradictis oporteret nos de sæpedicta potestate specialem facere mentionem. Et quod decretū nostrum prædictum (maxime hic vbi iam dictus Camerarius ante dictam renunciationem per nos erat Lexonē. effectus canonicus) statim ignorantes ligauerat, cum super incerto non esset editum, nec ex alieno penderet arbitrio vel voluntate cuiusuis, qui acceptandi potestatem haberet, & idcirco per illud etiam expressisse videmur, ne alius posset conferre & potestatē p̄dictam quantum ad præsentem speciem reuocasse quę in hoc casu, vbi de lucro dicti Guill. tantū agitur & non de præiudicio episcopi memorati, ab ignorante potuit reuocari. Nec post reuocationem huiusmodi ius per eum in alium etiā ignorantem, in re reuocata transferrri. Ad instar etiā serui Kalendario prępositi qui post mortē domini prępon ētis mutuatas pecunias accipientis nō facit, licet inter contrahentes mors domini præpositum reuocans fuerit ignorata.

Et domini qui peculium quod proprio seruo concesserat statim perimit, cum in eo suam mu tauerit voluntatem. Discretioni vestræ mãdamus quatenus præfatũ presbyterum monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam compellatis, vt collatione de canonicatu & prebenda prædictis per dictum episcopum sibi facta (quæ nulla extitit) non obstante, dicto camerario prebendam ipsam omnino dimittat & eum super ea deinceps nullatenus inquietet.

⁋Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Unum quando potest esse maius seipso.
Potestas ordinaria delegato commissa / est maior in delegante ꝛ minor in delegato.
2 Seruitus respectu domini / dicit dominium / ꝛ respectu serui seruitutem ꝛ subiectionem.
3 Species extracta de genere amplius sub genere non intelligitur.

⁋Summarium Domini Philippi Probi.

1 Clausula generalis nõ porrigitur ad specialiter expressa.
2 Masculinum quando non concipiat femininum.
Expressum facit cessare tacitum.
3 Generalis prouisio vel statutũ non refertur ad ea de quibus est specialiter prouisum vel statutum.
4 Uerbum speciale iunctum alteri verbo generali / alterat illud genus.
5 Ius ciuile non est superfluum etiam in materia beneficiali ꝛ in terris ecclesie / ꝗbuis idem disponatur de iure canonico.
6 Statutum disponens idem quod ius commune / an sit superfluum / vel inducat nouum vinculum.
7 Iura disponentia circa beneficia / trahuntur ad officia secularia.

Vdum. Hec decretalis habet quatuor dicta. Primo mentem duarum gratiarũ apostolicarũ recitat Secũdo .§. [cũque] processus habitos obtẽtu dictarũ gratiarum narrat. Tertio .§. [nos igitur] multa argumenta pro vna parte allegando illã partem fore potiorẽ declarat. Quarto versic. [discretioni] pro dicta parte declarationem predictam executioni mandat. [Nos] hic incipit narrare de secũda gratia [ignarus] maxime vt liquet per sequentia [maior.] Sed quomodo potest esse vnum maius seipso / dic re-
1 a spectu * diuersorum. Nam potestas [a] ordinaria delega-
b to commissa / est maior in delegante: ꝛ minor [b] in delega-
2 to: sicut seruitus * in seruo dicit dominium respectu domini / ꝛ respectu serui seruitutem ꝛ subiectionem. ff. de verbo. significa. potestatis. ff. de pecul. l. j. § potestatis [Conditio.] ⁋ Hec ratio pro omnibus sufficeret. Nam prima gratia hic narrata est generalis nihil continens actu sed habitu seu potentia / sed secunda erit specialis conti-
3 nens aliquid actu. Et ideo species * extracta de genere
c amplius sub genere non intelligitur [c] s. de resc. pastoralis in fine hoc lib. de regu. iur. [generi] nota. ff. de regu. iur. in toto ꝛ. j. eo. ꝗbuis. j. ꝛ. ij. respõ. [cõsyderãtes.] Secũda ratio [ꝛ qd] Tertia ratio [ꝛ idcirco] . j. hoc lib. de cõces. pbẽ. qꝛ cũctis [ad istar] iuuat rationẽ pcedẽtẽ p duo argumẽta
d legalia [d] [ignorata]. ff. si cert. peta. l. eius qui in prouincia [ꝛ domini] Aliud argumentum sumptum. ff. de pecul. non statim / ꝛ arg. ff. de optio. lega. apud Aufidium. Joannes Mona. Cardi.

a Nam potestas ordinaria. Firmat idẽ Jo. mo. in. c. j. de cler. egro. ꝛ in. c. ij. ꝛ ibi dico de sententia excõica. j. Probus.
b ⁋ Et minor. Idem Joã. mo. ꝛ latius in. c. ne aliqui ꝛ ibi dico . j. de hereti. Probus.
c ⁋ Nõ intelligitur. Ad id facit quod citat Deci⁹ cõ. clxxj. sub nu. iij. in causa venerabiliũ ꝙ
1 * clausula generalis nõ porrigitur ad specialiter expressa. l. doli clausula. ff. de verbo. obliga. l. sanctio leguꝫ. ff. de pe.
2 Ideo * masculinũ non concipit femininum / quando de feminino sexu exprimitur / quia expressum facit cessare tacitũ Bal. in. l. in multis. ff. de sta. ho. Pro hoc vide Paul. de Ca
3 stro con. xxj. nu. ij. Primum dubium / in prima parte ꝙ * generalis prouisio vel statutum non refertur ad ea de quib⁹ est specialiter prouisum vel statutuꝫ: allegat. C. de silentia. l. decurionibus / ꝛ. l. stipulationes cõmodissimum. ff. de verbo. obliga. ꝛ. ff. de vulga. l. alimenta. §. Basilice. ꝛ. l. stichus nutriens dixi. s. de elec. in. c. generali in verbo cõcipit: ad idem quod no. Alex. in con. ij. col. iiij. versic. pro hoc vol. iij. Qꝫ vbi aliqua dispositio que de sui natura aliquid includebat si illud a disponente excludittur / amplius non inducitur. l. cum ex filio. § j. ff. de vulga. ꝛ pupil. substitu. quod videtur comprobari per eundem Alex. consi. viij. nu. iij. visis
4 subtilissimis / vol. iij. dum dicit ꝙ verum verbum speciale * iunctum alteri verbo generali alterat illud genus. l. sed si adijciatur ꝛ ibi Bar. ff. pro socio. Probus.
d ⁋ Legalia. Uide maiora argu. legalia in. c. primo. j. de. conce. prebend.
5 ⁋ Et sic nota * ꝙ ius ciuile non est superfluum etiam in materia beneficiali ac in terris ecclesie / ꝗbuis idem disponatur de iure canonico Areti. in. c. cum a nobis in princ. s. de testib dicens istud facere ad questionem que ponitur in
6 c. primo. s. de resc. vtrum statutum * disponẽs id quod ius commune sit superfluum / an vero inducat nouum vinculuꝫ de qua per Bar. in. l. prima. ff. ad legem falcidiam nu. iij. ꝛ ibi Alex. ꝛ eundem Areti. in. c. primo / col. antepe. s. de resc. vbi Fely. post alios col. fina.
⁋ Adde que notat in proposito Jo. Lupus Hispanus in reperi. rubri. de dona. inter vir. ꝛ vxor. in introductione / nu
7 mero. vj. vbi hoc comprobat / ꝛ subdit / ꝙ etiaꝫ * iura disponentia circa beneficia trahuntur ad officia secularia vt sentit Bar. in. l. ij. § data. ff. de optio. lega. ꝛ Lucas de penna in. l. annones de eroga. mili. an. lib. xij. C. Panor. in. c. postulationem. in fine s. de postul. prela. ꝛ in. c. cum in iure in fine. s. de elec. Probus.

⁋Bonifacius Octauus. Caput. xv.

QVia sepe dubitatur a multis si canonicatus alicuius ecclesiæ sit collatus a sede apostolica successiue duobus, fueritque mandatum primo de præbenda, secũdo vero de prebenda & dignitate, personatu, vel officio, cum se facultas obtulerit prouideri, quis ipsorum in præbenda quæ cum dignitate, personatu, vel officio vacat ibi, postmodum debeat de iure præferri. ⁋Nos dubitationem huiusmodi sopire volentes, præsenti declaramus edicto, primum (cum sit tempore anterior) cui per mandatum secundum præiudicari, aut ius

ipsius absorberi non debet, ex quo de intentione mandantis contraria non apparet præferendum esse in dicta præbenda. ¶ Nisi vacanti dignitati, personatui, vel officio sit annexa, nam si esset annexa, secundus cui debetur dignitas, personatus, vel officium præferretur in ipsa.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Dignitas potest stare de iure cum canonicatu.
2 Decet canonicos promoueri ad dignitates sue ecclesie.
3 Mādatū primū nō reuocatur p scdm/ nisi expresse caueatur de primo/ vel nisi iuris sequatur absurditas.
Beneficia annexa non dicuntur duo sed vnum.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Non est necesse q̄ tollatur obstaculum in rescripto/ quando non obstat.
2 Expresse idem est q̄ specialiter.
3 Verba in dispositionibus collata/operātur suos effectus/ si nulla surgit absurditas.

Qvia, Hic declarātur opiniones aduerse ab Inno. & Hostiē. notate. s. eo. cū olim [prouideri] hic loquitur vbi vterq; est canonicus: quia * tunc dignitas potest stare de iure cū canonicatu/ vt hic. ¶ Sed pone nullus habet canonicatum/ sed est mandatū prouideri vtriq; in forma. s. eo. si clericus. j. respō. non conferendo canonicatū. s. hoc lib. de ref. duobus. j. respon. quis erit potior an primus vel secundus/ dic secundū/ & sic loquitur Inno. vt apparet per ratiōes ibi tactas: & olim non consueuit conferri canonicatus primo/ nisi ex gratia valde speciali. Et cū deceat * canonicos promoueri ad dignitates sue ecclesie [a] lxj. distin. nullus inuitus/ & capit. obitum: dignitatem non debet habere non canonicus: & inconueniens semper sequeretur si secundus dignitatem non haberet/ qr hoc esset cōtra formā mādati: aut si haberet tātū dignitatē: dignitas sine prebēda & canonicatu remaneret/ quod esse non debet [non debet.] ¶ Nota ergo * mādatū primū nō reuocari p scdm/ nisi expresse [b] caueatur de primo/ vel nisi sequatur iuris absurditas: [c] vt in questione prima [annexa] tūc enim nō sunt duo bñficia/ sed vnū [d] no. s. eo. sup eo. Ioā. Mo. Car.

a Sve ecclesie. Istud cōprobat collec. in ca. postulastis. nu. iiij. s. de conces. preben. Probus.
b ¶ Expresse. Verum si primū est validū: tenemur de eo facere mētionem vt reuocetur per regulā quam citat Domi. in consi. lxxix. colū. finali: domi. Ioannes/ q̄ * non est necesse q̄ tollatur obstaculum in rescripto/ quando non obstat iuxta not. in capitu. mandatuz. s. de rescript. Pro hoc vide que latius tradit idem Domi. consilio. lxxxij. colū. iij. Bonifacius. Vlterius quo ad hoc verbum expresse * dic q̄ idem est q̄ specialiter no. Alexand. consilio. lxxvj. nume. ix. viso themate/ volu. iiij. Philippus Probus.
c ¶ Absurditas. Istud videtur placere Cardi. cōsi. cij. Super facto testamēti dū dicit/ q̄ si papa mādauit seu cōcessit aliqbus religiosis/ q̄ ad solutionez procurationū nō possint cogi per literas apostolicas: etiam si in eisdem continentur q̄ ad queuis loca exempta & non exempta se extendāt & alias cuiuscunq; tenoris existant nisi fiat mentio de indulto predicto plena & expressa mentio. Deinde emanant alie litere apostolice cum clausulis derogatoriis pluribus & precipue in quibus exprimitur/ q̄ non obstent quecunq; litere sub quacunq; forma concesse/ etiam si de eis deberet fieri expressa & specialis mentio. Et concludit q̄ non tollitur prima indulgentia ex quo non est facta mentio eo modo quo debuit/ quod late examinat idem Card. consil. iij. domi. Gregor. Papa. x. pro quo possunt induci iura que volunt verba * in dispositionibus collata operari suos effectus si nulla surgit absurditas & aliquid speciale de legatis primo. l. si quando/ capitulo si Papa de priuileg. hoc libro. Probus.
d ¶ Sed vnum. Vide de annexione seu vnione que tradit Cardi. in consilio. xcvj. Papa vniuit vbi ponit formā vnionis. Probus.

Bonifacius Octauus. Cap. xvj.

CVm in illis quibus beneficia curam animarū habentia committūtur, maior quā in his qui ad alia promouētur idoneitas requiratur, intentionis nostrę nequaquā existit, vt cum aliquibus de ecclesijs personatibus, dignitatibus vel alijs beneficijs quibuscunque (de animarum cura mentione non habita) prouideri mandamus, ipsis de his quibus huiusmodi cura imminet, possit aut debeat prouideri.

¶ Illis vero pro quibus scribimus vt prouideatur eisdē de personatibus vel dignitatibus etiā si curam habeant animarum ad collationē, prouisionem, præsentationem, vel dispositionem spectantibus quorumcunque, prouideri nequibit de prælaturis, personatibus, vel dignitatibus, ad quos, seu quas per electionem hi qui eis habent præfici assumuntur. ¶ Cum autem inter collationem, præsentationem, & institutionem differentia magna esse noscatur, si cui de beneficio ad alicuius collationem spectante prouideri mandetur, de illo quod ad eius presentationem vel institutionem pertinet prouideri non poterit, nec etiā econuerso, expresso enim vno casuū prædictorum mandatum super hoc factū (quod debet de sui natura restringi) ad alios extendi non debet. ¶ Si vero de beneficio ad aliquorum collationem vel præsentationem spectante non adiecto communiter vel diuisim prouisio iniungitur faciēda, in beneficio quod ad collationem vel præsentationem alterius ipsorum tantum pertinet adimpleri non potest,

¶ Sicuti si de beneficio spectante ad collationem vnius prouisio iniuncta fuisset, impleri nō potuisset in beneficio, cuius collatio ad eum simul cum alio pertineret.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Magis idoneis maiora debentur beneficia.
Joan Mona.pronunciauit in facto Decanatus Rothomagen.& Bituricen.ipso auditore dato.
2 Omnis pluralis locutio est copulatiua / saltem implicite: sicut est vniuersalis propositio.
Ad veritatem copulatiue requiritur ꝙ vtraqꝫ pars sit vera secus in disiuncta.
3 Collatio debet pertinere pro maiori parte ad illum cui mandatur.
4 Quod est commune mihi & alijs: proprie non est meum.
Uerba generalia ppꝛie nō impropꝛie assumi debent.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 De more auditoꝝ rote est cōferre dubia cū alijs auditoribus/& cū eoꝝ cōsilio & assensu auditor pronunciat.
2 Quis non potest rem communem cum alio in totum alienare.
3 Quando paries est communis/non altius extollitur inuito socio.
4 In venditione rei cōis quis preferatur in emptione.
5 Casus in quo eo ipso res efficitur cōmunis hic vide.
Propꝛium dicitur/quod non est propꝛium secundū quid: sed simpliciter.
6 Uerbum communiter debet intelligi equaliter.
7 Qui habet rem communem cum alio/ intelligitur habere dimidiam partem rei.
8 In re communi non fit furtum per socium.
Modus prouidendi de beneficijs alicui competens / an possit per eum alterari.
9 Consulens breuiter debet declarare veritatem.
10 Dispositio beneficioꝛum de iure spectat ad diocesanum.
11 Beneficia conferre est iurisdictionis.
Beneficioꝛum collatio est imprescriptibilis per inferiorem ab episcopo.
12 Natura prescriptionis est vni detrahere/ & prescribenti acquirere.
Ad efficaciam consuetudinis requiritur titulus: sicut in prescriptione legitur.
13 Collatio prebendarum iure communi/ad decanum & capitulum spectat.
14 Prelatus episcopus quando habeatur/vt priuatus / vide hic.
15 Data varietate seu canonum contrarietate: recurrendum est ad id quod Romana curia seruat.
Non habens maiorem partem capituli conferentis/ nō dicitur habere collationem validam.
16 Presentatio patroni ecclesiastici dicitur electio / seu vim electionis habere.
17 Presentatio(etiā nō admissa)tribuit ius presentato.
Electores/patroni/& noīatores non possunt variare.
¶ Item illud quod est verissimile habetur p expresso.l. titius.§.primo ꝛ ibi doct.ff.de liber. ꝛ posthu. glosa in.l. tale pactum.§.fina.ff.de pac.notāt Neapol.Deci.xliiij.nu.xxvj de tribus. Probus.

c 8 ¶ Necessitate. Petrus de Ancha.con.ccccciiij.col.iiij.sub nume.ix.ꝛ.x.tria dubia/subdit in pposito ꝙ natura * rescissoriorum est quādo facto legis vel iudicis de nouo quesitum rescinditur: semper ad antiquum quis reuertitur ipso iure: vt patet in minore restituto aduersus traditionem Nam ꝛ creditori actio iam extincta reformatur antiqua.l. prima.C.si aduersus trāsac.quod facit ad.q.no. ibi per eū discussam quam videas precor. Probus.

d ¶ Ignorantia. Que debet tolli per certiorationem ꝛ intimationem reseruationis seu collationis faciendas ipsi ignoranti/non eius procuratori etiam speciali ad litigādum super ipso beneficio/ratio qꝛ in casu tex. nostri requiritur talis scientia reseruationis seu collationis que careat omni dubitatione secundum Archi. hic quem sequitur Joā. and.per cap.certum.xj.q.iij.de quo per Feli.in.c.preterea in princ.s.de testibus.

9 ¶ Sed vbi requiritur * plena et indubitata scientia/nūquam intimatio procuratori facta nocet domino glo.est in cle.causam in verbo appellatum de elec.quam reputat singularem Alex.de Imola.in.l.non solū.§.morte sub nume. xxxviij.ff.de noui oper.nuncia.ad hoc ꝙ vbi requireretur per statutum ꝙ veniret in plenam ꝛ in certam noticiā domini/nō sufficeret prestari procuratori etiam speciali.

¶ Item quotiens scientia est personalis. i. requiritur ad constituendum seu inducendū malam fidem: tunc pcuratoris scientia non nocet domino.l.item veniunt.§.si petitā ff.de peti.heredi. Sed hic scientia reseruationis seu collationis requiritur ad constituendum dominum in mala fide qui nititur beneficium reseruatum retinere/contra voluntatem pape/ꝛ in preiudicium alterius: igitur nō obstat si dicas ꝙ dominus presumitur a suo procuratore certioratus cum in casu nostro non sufficiat presumpta sciētia imo 10 regulariter * dominus presumitur ignorare pcuratoris sui gesta/nisi probetur scientia.l.quod vulgo cum glo.ff.p emptore vide cōcor.per Cor.con.clvj.col.fi.cum in causa/ vol.iij. Non obstat etiam/qꝛ sibi imputet dominus qui dedit mandatum speciale ad litigandum sup ipso beneficio: qꝛ respondetur ꝙ tale mandatum non se extendit vt pcurator visa alterius reseruatione seu collatione debeat in 11 lite persistere/alias censeretur mādasse illicita * quod nō est presumendum.l.si procurator tuus vbi glo.Saly.ꝛ Jason post alios.ff.si cer.peta.cum similibus glo.ij. in.c.dilecto.s.hoc titu. Rota in nouis. Deci.lxxxj.quo ad aduocationem attentatorum. Probus.

e ¶ Ratio. Guil.hic dicit hanc fore rationē ad istud quoad omnes alios: vt ex hoc si per diuersas manus multa beneficia transeunt ad statum suum reuertātur. Hinc dicit hic Petrus no.viij.ꝙ si error in prin.est causa lesionis pluriū successiue ꝛ gradatim/ primo restituto aduersus secundū secūdus aduersus tertium restituitur/ꝛ sic deinceps vt sic 12 quilibet reuertatur ad suum. Cum enim * vitium ex vna radice nascitur cōsequēs est/vt vna lege tollatur.l.si libertā.C. de nup.c. cum inter vos.s.de re iudi.ibi que de ipso causam ꝛ originem acceperunt.

¶ Hinc sumpta occasione scribentes hic mouent an talis ignorans propria autoritate ad beneficiū sic dimissum per acceptationē/ꝛ adeptionem secundi indebiti (etiam iam alteri collatū) possit reuerti: Breuiter Archi.hic quē sequūtur Jo. And.in nouel. Petr.de Anchara.vj.not. simpliciter ꝛ indistincte dicunt posse/ beneficio huius constitutionis propter istud verbum libere in tex. descriptum. Et sic fictione vel beneficio iuris non videatur diuertisse/ vel beneficium dimisisse.c.diuortium ꝛ ibi glo.de peni.di.j.

¶ Cōtra istud videntur vrgere notata per scribē post tex. ibi in.c.vno.j.de rerū permuta.vbi beneficia resignata dicūtur vere vacare prout ibi latius probo/ꝛ resignatio fit so 13 lo verbo: in casu autem nostro facto. Et plus * est facto facere ꝙ verbo iuxta doctrinam Archi.in.c. vnico/ col.ij.s. de cler.coniuga.vbi dicit/ꝙ plus operatur renunciatio facti ꝙ verbi/ cui astipulatur Jo.Mo.in.c.ij.j.de penis dum dicit quia plus mouēt facta ꝙ verba/ fortiusq; exprimitur mentis intentio factis ꝙ verbis.ff.de edili.edic.l.si tamē.§. ei qui; idem Jo. Mo.per illum tex.in.c.is qui de homici. in c.in generali de regul. iur. ꝙ per facta plus iudicor ꝙ per verba.

¶ Ad hoc respōdeo post Federi.cōsi.clvj.col.fi. Pūctꝰ talis est: verū esse ꝙ plus vel tātum valet renūciatio que fit ipso facto/sicut illa que fit verbo.c.ex ore.s.de his que fi. a maio.parte capi.ꝛ.c.vlt.s.de vita ꝛ hone.cler.

¶ Sed in tex.nostro non renunciauit nec verbo nec facto/ cum non fuerit vere translatus/ quod ex finali euentu apparet: Et sic non resultat vis renunciationis: igitur hac de causa non est opus noua collatione secundum omnes hic quod patet/quia secundum petrum hic in fine quem sequūtur Domi.ꝛ Philippus. Si talis ignorans moriatur prius ꝙ ad ipsum dimissum redeat censetur vacare per eius mortem ꝛ nō per adeptionem secundi.

¶ Q; licet prefati scriben.sic indistincte transeant: tu tamen attēde ad distinctionem Domi.ꝛ Philip. hic. Aut pri

mum beneficium sic dimissum non erat per aliquem occupatum sed de iure ⁊ de facto vacabat/⁊ tūc procedat ꝙ s̄. diximus: aut erat per alium occupatum ⁊ tūc nō poterit ꝓpria auctoritate redire: ⁊ tunc procedat dictū Jo. and. hic: ibi ⁊ ideo cautum est iudicem requiri: vt caueat a pena c. cum qui. s̄. hoc tit. quod non placet per ea que ibi diximꝰ ꝙ. c. decisio nō habet locū ꝓut nec eius pena: quādo ꝓpria auctoritate intrans habet sententiam aut canonicum titulum vt hic diximus talem ignorantē habere. poterit tamē aliqua pena ratione violentie ⁊ expulsionis extraordinarie puniri vt liquide in. d. c. eum qui probauimus.

¶ Et cum his residet Philippus Probus cum archi. qđ comprobo: qꝛ iste ignorans qui vult redire ad suū beneficium non habet causam ab eo a quo beneficium suum repetit/ideo aliquid ministerio iudicis denunciare nō tenetur Si tamen postꝙ̄ premisso modo dicti beneficij possessionē intrauerit talis cui secundo erat prouisum/ reclamāti fiet fides per talem ignorantem ꝙ illud quod dimisit non erat sibi sed alij debitum prout dictum extitit. s̄. hoc ti. in. c. si tibi absenti/⁊ testantur hic docto. post glo.

14 ¶ Quid autem dicendum de resignāte causa permutationis si permutatio * ipsa non sortiatur effectum: an ꝓpria auctoritate qui possit redire ad beneficium: hunc punctuz late tāgit Do. Stepha. Bertrandi con. cxxxiij. versi. preterea esto viso processu in secunda parte vbi multum insistit ꝙ sic.

¶ Bonifacius octauus. Cap. xxj.

NOn potest dispensatio super pluralitate beneficiorum concessa impetranti prodesse, qui aliquod quantuncumque modicum beneficium subticuit in eadem.

¶ Illud autem apostolice indultum vt quis duo beneficia curam animarum habentia si alias canonice conferantur eidem, possit recipere ac simul licite retinere, intelligitur de duobus primis beneficijs, quę cū cura post dictum indultum obtinere contingit eundem. ¶ Cum vero tibi (non obstāte quod aliud beneficium obtinere noscaris) a sede prędicta de aliquo beneficio prouideri contingit, per hoc tecum (vt primum beneficium cum secundo retinere valeas) non intelligitur dispēsatum. ¶ Hoc enim solum prędicta operatur expressio quod facta tibi gratia nequeat subreptitia iudicari.

¶ Summarium domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Facilius dispensatur vbi pauca sunt beneficia / quam vbi sunt multa.
Multitudo beneficiorum est canonibus inimica.
2 Verba sunt cum effectu intelligenda.
3 Quando copulata simpliciter accipiuntur quid dicendum vide hic.
4 Refert an dispensetur ad duo curata cum eo qui nullum habet/aut cum illo qui vnum obtinet beneficium.
5 Clausula ad certum finem posita/ad alium finem operari non potest.

¶ Summarium Domini Philippi Probi,

1 Quando vnus solus reperitur ad beneficia idoneꝰ quid agendum.
2 In defectum sapientum: stulti cathedras ascendunt.
In defectum boni: tristis sedet in banco.
3 Maior quis dicatur inter homines.
4 Quando sermo est negatiuus/ actu primario nō finitur ꝓpositio: secus si sit affirmatiuus.
5 Promittēs reaptare ⁊ reaptatū manutenere obligaꝛ vt hic
6 Infinitas debet vitari.
7 Commissio legis differt a commissione hominis/vt hic.
8 Clausula ⁊ loco dimissi vel dimissorum importat vt hic.
9 Natura dictionis quotiens: est ꝙ si non reperiatur restricta importat vniuersaliter potestatem variandi.
10 Potestas prorogādi ꝯpromissum quid operetur vide hic.
Qui tenetur ad compromissum ex dispositione legis aut hominis astringitur vt hic.
11 Quando est concessus saluusconductus eundi ⁊ redeūdi fit operatio vt hic.
12 Potestas statuendi ⁊ reformādi quid importet.
13 Quando requiritur vsus ⁊ habitatio in casum viduitatis an intelligitur de prima viduitate
14 Verbum canonice quid importet.
15 Quādo quis dicatur obtinere canone vide hic.
16 Canonica institutio dicitur tripliciter vt hic.
An canonice obtinens de iure naturali dicatur in foro anime tutꝰ.
17 Ius positiuum quare introducit formam seu solēnitatem
18 Meretrix an teneatur restituere id quod pro meretricio est datum.
Cla si tibi canonice / semper tacite inest / in quibuscunꝙ̄ dispensationibus.
19 In incompassibilitate quatuor tempora cōsiderāda sunt.
20 Vt cesset ambitio in dispositionibus: requiritur ꝙ fiat motu proprio.
21 Priuilegia immunitatum quomodo cōcedi debeāt.
22 Ambitio est quando quis a seipso mouetur/nulla vocatione pcedente habentis prouidere.
23 Cōsuetudo insurgit ex tacito consensu populi/ ⁊ statutum consensu expresso.
Gratie ad beneficia quare dicūtur ambitiose
24 Legatū de duabus facibus in perpetuum comburendis operatur vt hic.
25 Quādo dispositio refertur ad rem consumptibilem ⁊ perituram suffragatur vt hic.
26 Episcopus prouidens de beneficio ei quem sine titulo ad sacros promouerat an sit obligatus.
27 Testator legans rem ad certum vsum que non reperitur sufficiens ad illum.
Perpetuum dicitur vt hic.
28 Obligatus ad luminaria misse ad quid teneatur.
29 Aduerbium semper innititur verbo ⁊ illud determinat.
30 Quando quis ad victum familie tenetur/⁊ familia reperitur augmentata.
31 Quando dispositio emanat super verbis extensiuis in futurum/extenditur ad subiecta postea superuenientia.
32 Indefinita apposita circa personas equipollet vniuersali si sumus in fauorabilibus.

NOn potest, Hec decretalis habet tria dicta. Ecce primum [subticuit] Et est ratio quia facilius * dispensatur vbi pauca sunt beneficia/ꝙ̄ vbi multa/quorꝫ multitudo est canonibꝰ inimica 1 a ta/quorꝫ multitudo est canonibꝰ inimica. s̄. eo. quia in tantum. s̄. de elec. dudum. ij. b circa finem [primis] Et est ratio b qꝛ duobus obtentis est impleta gratia arg. ff. de verbo. signific. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. oblig. Eum qui calendis. ¶ Sed quero ille cui est commissum secundum predictam formam dispensat cum vno qui tempore illo habebat iam beneficium curatum an possit. Et videtur ꝙ nō propter formam rescripti que respicit futura: dic contra supra de rescri. mandatum.

¶ Et est ratio nullus potest recipere duo beneficia curata/nec insimul retinere etiam si sibi canonice c conferātur c iure communi cum effectu. s̄. eo. de d multa. e Et verba * d e 2 cum effectu sunt intelligenda. j. de cler. non residen. c. relatum: ⁊. ff. ne quis eum qui in ius voca. l. §. docere. Et sic iste non videtur habere beneficium primo habituz quo ad intentum ex effectu dispensantis ⁊ dispensationis sed iure communi hec etiam declaro.

3 ¶ Aut copulata * accipiunꝛ simpliciter/vt Sortes ⁊ Pla

to currunt; ⁊ tunc sequitur quelibet pars copulati. ff. de verbo. obliga. inter stipulantem. §. j. Aut accipiuntur respectu conditionis/ ⁊ tunc non est satis alterum existere/ sed oportet vtrunq; impleri. ff. de verbo. obliga. si quis ita stipulatus. Ergo hec cōditio si canonice conferātur/ non erit impleta per impletionē vnius de copulatis nisi ⁊ aliud impleatur arg. C. ad silleia. cum sillanianū. ff. de rebus dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum in fine. ff. de conditio. inde bi. l. si heredi. ⁊ sic nec habere efficaciter tempore dispēsationis. 4 ¶ Item quia dispensatio * que fit cū illo qui nullum habet beneficium: dat occasionem ⁊ materiā maioris ambitionis f id est ad duo beneficia curata q̄ si dispensetur cum illo qui habet iam vnum/ quia non anhelat nec datur materia ambitionis nisi ad vnum tantum/ ⁊ hec deductio tollitur ex. d. cap. mandatū. Magis ergo videtur ista permitti ex intentione presumpta gratiam concedentis argu. ff. de regul. iur. quotiens nihil. xiij. distin. cap. j. s̄. de transla. ca. licet/ arg. ff. de conditio. ⁊ demon. l. si iam facta/ ⁊. C. de institutio. sub conditio. fac. l. si quis [dispensatum].

¶ Et ratio statim subijcitur/ ne videatur gratia obtēta super secundo subreptitia ꝓpter taciturnitatem si fieret primi beneficij de quo oportet fieri mentionem. j. eo. si motu. §. secus/ non enim tollitur per hanc gratiam/ concilium generale de multa. s̄. eo. de quo nō est facta specialis mentio arg. j. de cape. mo. ex parte/ vnde ista clausula non obstan- 5 te * ad certum finem posita/ aliū finē operari nō potest. ff. de adimen. lega. legata inutiliter. Jo. Mo. Cardi.

a Inimica. Procedit id maxime in min⁹ idoneis. Hostien. in cap. graue. s̄. hoc tit. vbi 1 dicit ꝙ * si vnus solus idoneus reperit/ illi soli sunt potius conferenda beneficia plura q̄ indignis/ quod verum dicit Panor. ibi/ vbi esset tanta indignitas ꝙ non posset prouideri sine peccato/ aut aliorū 2 graui scandalo. Si autem non reperiantur satis idonei assumuntur minus idonei iuxta illud vulgare. In * defectum sapientum stulti cathedras ascendunt. Cyn. in. l. prima. C. qui ⁊ aduer. quos in integr. restitutio. pos. pro hoc lege generaliter. §. spurios. ff. de decur.

¶ Item in defectum boni: tristis sedet in banco. Neuisa. in silua nupt. Charta mihi. cc. columna secunda.

¶ Nostris tamen temporibus siue sint idonei siue non ad prelaturas nepotuli ⁊ asini deferrati assumi dicuntur/ licet non his sed viris literatis indigeat ecclesia. Joan. Mona. in capitu. cum ex eo. s̄. de elect. ⁊ in capitulo finali de verbo. significatio.

¶ Volūt quippe videri per honores ⁊ dignitates fore inter 3 mortales maiores q̄ꝺ p virtutes sibi acquirere nō potuerūt. Sed ꝓfecto ridiculū est/ q² * nō qui maior in honore inter hoīes ille est iustior/ sed qui fuerit iustior ille ⁊ maior dicit q² nō gradus elegantior sed vite melioris actio cōprobat. cap. sicut. xxiij. q. iiij. ⁊. c. sunt nōnulli. xvj. q. j. Facit dictū Policratici/ lib. viij. c. ij. Quī virtus comitem secū semper b trahit honorem/ velut corpus vmbram. Probus.

4 ¶ Et est ratio. Pro verificatiōe intēti: vide id q̄ꝺ citat Oldra. cō. xvj. col. j. q̄ꝺ initiū sumit thema tale est: ꝙ qn̄ * sermo est negatiuus actu primario nō finit ꝓpositio allegat ff. de ṽbo. oblig. l. si sic/ ⁊. ff. de cōdi. ⁊ demō. l. hoc genus/ secus si sit affirmatiu⁹/ vt in text. nr̄o ⁊ in ca. ne captāde/ de cōcess. p̄bē. hoc lib. l. dotis ꝓmissio vbi gl. coadunat cōcord. ff. de iure do. facit glo. ibi a Bar. cōmendata in. d. l. hoc genus/ quā etiā exaltat Bal. in. l. si proponis el prima in. ij. oppo. C. quo. ⁊ quā. iudex ꝙ quando actus affirmatiuus ⁊ successiuus per aliquem venit explicandus/ de primo dūtaxat intelligitur ⁊ in eo extinguitur. ¶ In proposito Bal. in. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. matri. quem refert rauennas in alphabeto in verbo vendere dicit/ ꝙ si aliquis vendit vuas vel rosas viridarij sui qui fructificabant bis in anno: intelligitur de primis. Idē Bal. in. l. licet versicu. iiij. quero. C. de loca. ꝙ si quis cōduxit molendinū destructū cū pacto ꝙ ipsum deberet reaptare/ reaptauit: sed iterū destructū est/ medio cuius fructus percipere nequiuit an fiat remissio mercedis: questio stat in hoc/ an debeat iterum reaptare necne/ dic ꝙ nō debuit iterū reaptare not. Beneuenta. in questionibus sabba. q. xiiij. Bal. in. d. l. licet. q. iiij. C. loca. Jason in. l. duobus. §. si et qui. col. ij. ff. de iure iurā. Alexā. in cō. cliiij. videretur/ volu. ij. Ideo fit re- 5 missio. l. fideicōmissa. §. si quis ita/ de lega. iij. secus si * ꝓmisit reaptare ⁊ reaptatū manutenere/ quia tunc tenetur reaptare quotiēs opus est ar. ff. de arbi. inter castellanū.

¶ Ad idem Bar. in. l. cum quidā. ff. de conditio. ⁊ demō. dū dicit ꝙ si testator reliquit fratribus in festo sancti Frācisci vnam pictantiā: semel tantum debere prestari. l. eum qui talem. ff. de verbo. oblig. Ista possemus per infinita iura autoritates ⁊ doctrinā antiquorū ⁊ modernorū scribentiū comprobare que veniūt breuitatis causa omittenda vt ad edi- 6 cti rationē veniamus; que dicitur vt infinitas * vitetur. l. qui bona. §. fi. ff. de dāno. infec. Jo. Mo. in. c. ij. s̄. de rescrip. firmat late domi. Pet. Rebuf. in repeti. l. vnice in primo no. C. de sen. que pro eo quod interest. Quia si intelligeretur de secundo/ eadē ratione de tertio/ quarto/ ⁊ singulis in infinitū. Alexand. con. xvj. breuiter in casu premisso vol. iiij. quod esset absurdum ⁊ iniustum.

7 ¶ Hec intellige versificari * in mandato siue commissiōe aut actu hominis: secus si a lege committatur aut mandetur. Ista fuit sententia Cy. quam citat Bal. in. d. l. si vt proponis/ col. fi. ibi in tertia glo. quod firmat in statuti mandato Rapha. Cuma. con. xiiij. Statutū: quod nota quia a paucis in passu nostro excogitatum reperitur.

¶ Vide que dixi in proposito intēti in. c. j. in verbo reuoca- 8 ri. s̄. de confessis. Et * attende ꝙ de duobus primis intelligitur/ nisi in dispensationis tenore dicatur. Quotiens sibi placuerit illa duo beneficia vel vnum ex his permutare vel dimittere. Et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel similia recipere ⁊c. Decius con. clxix. col. prima ⁊ 9 latissime Domi. in con. xcvij. Titius vbi subdit ꝙ natura * huius dictionis/ quotiens si non reperitur restricta/ importat vniuersaliter potestatem variandi allegat Archi. in. c. nunc vero. ix. q. tertia.

¶ Inquantum. s̄. proxime discrepantiam dicimus inter actum hominis ⁊ dispositionē legis/ habeo aliud suadere q² verbū prolatū ab homine cōsumitur etiā si postea eueniat: secus si a lege. l. veluti. § fi. ⁊ ibi per Cy. ff. de edendo: quia lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hereti. ⁊ manicheis: ideo semper sumus in principio vsq; ad rem finitam: tradit Maria. Sozi. con. cxvij. col. fi. visa ⁊ diligenter/ vbi subdit 10 in proposito thematis nostri/ ꝙ si * in cōpromisso fuit actū ꝙ dies compromissi prorogetur per arbitrum: poterit semel prorogari/ ⁊ non vltra per tex. in. d. l. fideicōmissa ⁊ in. c. cū in multis. s̄. de rescrip. hoc lib. Hoc etiam decidunt Petr. ⁊ Cy. in. d. §. si quis per illum tex. vbi volūt ꝙ si arbitro est data in compromisso a partibus potestas prorogandi compromissū: tantū semel poterit prorogari. Idem Bal. in. l. j. in antiqua lectura. C. de his que pene nomine/ vbi dicit ꝙ quando quis cogitur ad compromissum ex dispositione legis: tenetur iterum compromittere donec res fuerit determinata/ secus quando quis cogit ex dispositione hominis: quia tunc satis sit semel compromittendo. d. l. boues. § hoc sermone. Firmat Alex. in con. lxxxj. col. iij. lecto vol. tertio/ ⁊ Decius con. ccccccxij. cum reuerendissimus/ vbi dicit (⁊ late) id procedere in quibuscūq; odiosis. Ad idem facit quod not. Bar. in. l. prima. ff. ad leg. Jul. maiest. ⁊ in. l. dotis. ff. de 11 iure do. ⁊ Angel. in. l. vtimur. ff. de sepul. viola. ꝙ si est * cōcessus saluuscōductus eundi ⁊ redeūdi/ intelligitur de prima vice tantum/ ita intelligas que dicimus in. c. primo de iur. patro. j. Et hoc nisi saluuscōductus reperiatur datus vsq; ad tempus: quia tunc propter temporis adiectionē nō intelligitur pro vna vice tantum/ sed totiens quotiens voluerit infra illud tempus per. l. si cū in annos. C. quib. mod. vsusfruc. amittat. secundum Rapha. in. l. si mihi ⁊ Titio. ff. de verbo. obliga. tradit apostillator Bar. in. d. l. prima. ff. ad leg. iul. maiesta.

¶ Facit in simili quod no. Deci⁹ cō. ccccclxij. col. j. viso pūcto/ vbi ait ꝙ de primo actu dispositio intelligitur/ quādo primus actus consumit effectum secundum intentionē disponentis/ secus si non cōsumit: quia tūc de vlteriori actu intelligit. l. hec cōditio filie. ff. de conditio. ⁊ demon.

¶ Ad premissa facit etiā quod notat Alex. con. lxv. col. vj. 12 quoniā omne datū vol. vj. ꝙ quando datur * potestas statuendi ⁊ reformandi: intelligitur de prima vice/ non autem in perpetuum. d. §. hoc sermone. l. hec conditio filie mee. ff. de conditio. ⁊ demon. di. l. dotis promissio et quod ibi notat Bar. ff. de iure do. ¶ Pro hoc vide Jaso. in cō. xxxvj. in fine vol. iij. ⁊ Petrū de ancha. cō. xxvij. col. pe. ṽsi. si hoc est in rebus/ quod exorditur nō seruato ordine/ vbi dicit premissa intelligi debere/ qn̄ non est affectio disponentis: secus si sit 13 ponit ibi exemplū quod videre lꝫ. ¶ Itē * in proposito si relinquat vsus ⁊ habitatio in casū viduitatꝭ/ an intelligat de prima solū Anto. de but. cō. xxx. late disputat q̄sitū q̄ cōcludit ꝺ quacūq; viduitate/ siue scd̄a/ siue tertia: ⁊ hoc per plura fundamēta q̄ videre iuuat ꝓ itellectu the. nr̄i. Prob.

c 14 ¶ Si sibi canonice. Canonice * id est secundũ iura / pro quo text. in cap. j. ibi si ei aliud canonicum nõ obstat. s. de filijs presbytero. hoc lib. & in ca. vnico. s. de eta. & qualita. eo. lib. capit. grauis / ibi contra formam canonum. s. de censib. glo. 15 fina. post text. ibi in capi. causam. s. de resc. Dicitur * enim quis canonice obtinere / quando obtinet ab eo qui potestatem habet conferendi secundum Domi. consi. lxxxviij. Innocen. & consi. viij. quidã Cardinalis / qui vbiq; dicit q canonica 16 * institutio dicitur tripliciter: large videlicet stricte & strictissime. ¶ Et attende / quia dupliciter dicimus obtinere beneficium canonice: videlicet canonice / vt. s. diximus de iure positiuo / & canonice de iure naturali / puta quando solennitates iuris non interuenerunt: & in hoc habemus hic stare an sic obtinens tutus dicatur in foro conscientie adeo q non teneatur renunciare: faciatq; fructus suos prout dictatum est iuris cõmunis dispositione. Breuiter reperio Compostel. quem cõmuniter alij sequuntur in capi. quod sicut. s. de elec. qui dicit nõ teneri ipsi beneficio renunciare quod firmat glo. pragma. in cap. licet. in verbo canonicas de elect. quod intellige si alias sit idoneus / quia tunc in foro conscientie est tutus. Firmat etiã Jason in. l. si post diuisionez / col. ij. de iur. & fac. igno. Istud latius prosequitur Waleretus doc. Pictauẽsis in tract. de elect. 17 in. q. xv. vbi dicit charta mihi. 90. col. iij. q * ius positiuuz inuenit formam seu solennitatem ad tollendam fraudem. Ideo cum cesset presumptio fraudis / quo ad deum non ligat constitutio positiua respectu forme seu solennitatis.
¶ Istud comprobare possem per ea que not. in. l. iij. de con-18 ditio. ob turpem causam / q * meretrix id quod ei pro meretricio datur non tenetur restituere in foro conscientie: qd firmant ibi doct. in §. primo / & in cap. ex trãsmissa / post glo. ibi. s. de deci. Multa possemus in proposito adducere / sed quia reperio do. Petr. Rebuffum id late tangere in sua repetitione solenni / cap. postulastis / in glo. in verbo restituere. s. de cleri. excõmunica. mi. Ideo hac eris cõtentus remissione. ¶ Postremo dic q hec clausula Si tibi canonice &c. semp tacite inest in quibuscũq; dispẽsationibus per ea que tradit Areti. in consi. vij. procedendum. Probus.

d ¶ Cum effectu. Uide domi. Stepha. Bertran. consi. cxlij. adherendo in. ij. parte. Probus.

e 19 ¶ De multa. Car. consi. iij. dicit * q in incompatibilitate quatuor tempora sunt consyderanda que ibi ponit / & dicit hoc fore tertium tempus & quartum extrauagan. execrabilis. Joan. xxij. Probus.

f ¶ Ambitionis. Id procedere dic ex verisimilitudine / que vt 20 cesset requiritur q dispẽsatio * ipsa fiat motu proprio per id quod tradit Domi. cõsi. ciiij. col. ij. consuetudo / & Alexand. cõsi. xxxiij. in fine ponderatis his / vol. v. vbi dicit q priui-21 legia * immunitatum si sunt concessa motu proprio valent secus si per ambitionem vel importunitatem petentium. Ratio quia de iure reprobata sunt rescripta cõcessa super immunitate tanq; iuri publico contraria. l. vacuatis de decur. lib. x. C. l. oĩz. C. de vectiga. & cõmis. & l. prima de immunita. ne. conce. lib. x. C. facit. l. fina. C. si contra ius vel vtili. publi. & l. nec dãnosa. C. de precib. imper. offer. nisi esset adiecta in rescripto clausula non obstante lege in contrariuz faciente / vel alia clausula equipollens: vt clausula ex certa scientia / saltem iuncta cũ clausula / de plenitudine potestatis nostre. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. l. vlpianus. ff. de excu. tuto. cũ similibus. ¶ Facit pro premissis qd no. Do-22 mi. in cõsi. 84. col. 3. Qr istud dubiũ: vbi dicit q * ambitio est qñ quis a semetipso mouetur nulla vocatione precedẽte habentis prouidere: secus si precedat. Pone exemplũ de electo qui potest prosequi suã electionẽ & petere cõfirmationẽ absq; nota ambitionis / cũ iã sit ab alio vocatus no. glo. in verbo post obtentã / in ca. cupiẽtes §. j. s. de elec. hoc lib. Idẽ dr de illo qui obtinuit voces in scrutinio quẽ canonici nolũt eligere post publicationẽ: qr potest petere vt ipsi cõpellãtur eũ eligere nec ambitiosus dicet ex quo ab alio fuit vocatus no. in. c. publicato. s. de elect. ¶ Premissis adde lapũ alleg. lxxv. in fine casus talis est / q qs sine ambitiõe põt supplicare pro obtinẽdo bñficio per viã collatiõis: sic & per viã institutionis a paritate rationis. ¶ Ulterius dic q dictũ Joã. Mon. hic videtur ratio vt cõsuetudo va-23 leat cõtra canones: & statutũ nõ: qr * ipsa cõsuetudo cõsurgit ex tacito cõsensu ppli / statutũ vero ex cõsensu expresso. Et sic in inducẽda pscriptione non psumitur tãta ambitio. Ratio autẽ quare gre ad bñficia dicãtur ambitiose: qr ipe trãtes se asserũt dignos ad bñficia obtinẽda / & ambiũt honores / ideo restringẽda / qr de preiudicio tertij scilz eccle (q asserit viduata pastore) agit Ang. in cõ. xvij. col. j. Comes.

¶ Et quia in proposito tex. nostri hesterna die occurrit mihi propositio dubij vide-24 licet * testator suum condendo testamentum in eo clausulam describere curauit sequẽtem. Item ecclesie beati Petri duas faces cereas in perpetuum comburendas ad reuerentiam dei trini & vni quando corpus Christi in ea & illius altaribus eleuabitur do & lego / modo queritur de viribus huiusmodi clausule an iste due faces intelligantur omne per euum: an solummodo debeantur due & nõ plures que comburent tantũ quantũ durent. Aut q quolibet anno in perpetuum solummodo debeantur due & non plures que comburent tantum quantũ durent. Aut intelligitur q continue in perpetuum due faces debeantur de tẽpore in tempus succedendo, de facibus combustis in duas comburendas: que comburantur cõtinue ad omnes missas que dicentur in dicta ecclesia qualibet die in perpetuum quando eleuatur corpus Christi / an & vltimo hoc intelligat solum quãdo eleuatur corpus Christi ad tot missas quot misse solite erant dici in dicta ecclesia tempore mortis ipsius testatoris: siue tempore hodierno quo plures augmentate reperiuntur. Istud dubium primum prima facie videtur decisum per tex. nostrum vt intelligatur solũ de primis duabus / quantum durabunt & nõ de pluribus: ita vt eis cõbustis nihil amplius de voluntate testatoris queratur in hoc pro quo faciunt etiaz ea que. s. conscripsi in. ij. apostilla / qui-25 bus adde sequentia. Primo nam * quando dispositio refertur ad rem consumptibilem & periturã: sufficit rem semel esse posi tam: licet non duret ad perfectionem totius actus: nec est alia similis res loco illius subrogãda / pro quo videtur tex. in. c. cũ in veteri. s. de elec. vbi si datur potestas eligendi vsq; ad consumptionem candele: licet candela nõ duret quousq; perficiatur electio: non subrogabitur alia candela prima consumpta.

26 ¶ Item si episcopus * qui tenetur dare beneficium clerico quem ad sacros promouit sine titulo / seu alias necessaria ministrare. c. si episcopus isto ti. & eo. lib. dederit bñficiũ & illud contingat consumi sine culpa episcopi concedentis nõ tenetur ei virtute obligationis cõtracte ex tali ordinatione sine tit. aliud loco illius tradere (nisi fraus in hoc ex parte epi interuenerit / vtpote sciẽter cõferendo beneficiũ alij debitũ) Ista est doctrina glo. in. c. cum secundum in gl. fi. & in. c. sequen. s. isto titu. concordat glo. Joã. in. c. presentium. vij. q. prima in glo. fina.

27 ¶ Pro intẽto facit qr * licet testator pro certo vsu / leget rẽ: si illa res non est sufficiens ad illud perficiendum / non tenetur heres plus expẽdere / licet possit in aliũ vsuz cõuerti tex. est in. l. legatum. ff. de admi. rer. ad ciuita. pertinen.
¶ Sic dicendũ in proposito qd satis apte demonstratũ videt per hoc verbũ ppetuo relatũ ad rem cõsumptibilẽ ex tẽ-28 pore / qr intelligitur * perpetuũ illud quod durat ad vitã termini cui cõiungitur / glo. in verbo ppetuas in. c. fi. de resc. hoc lib. que exponit ppetuo. i. donec vixerit: simile in. c. primo de capel. mo. eo. lib. & in. l. prima. ff. pro socio.
¶ Cum igitur istud verbum perpetuo fuerit per testatorem coniunctum cum verbo faces / quia dixit perpetuo cõburendas / & faces habeant ex incendio vitam consumptibilem: intelligitur perpetuo comburentur. i. donec durauerint faces date primo & sic alie non debent subrogari.
¶ Licet hec aures demulceant & multi pro hac parte iudicarent: ego tamen huic sententie non astipulor: sed contrarium puto de iure motus sequentibus. Primo quia obliga-29 tus * ad luminaria misse continue manutenenda: illa debet semper habere parata quando missa celebratur: probat tex. in cap. primo. s. de offic. custo. facit tex. in capitulo vnico. s. de offi. sacri. Sed cum luminaria cerea consumantur ex incendio. c. nimis. s. de excessib. prela. oportet q illis consumptis statim alia preparet illis similia. Quia natura manutenendi perpetuo rem vsu consumptibilem est vt re consumpta alia similis subrogetur / vt patet in vasis vestimentis & corporalibus necessarijs pro cultu diuino / dicit textus in capitulo finali supra de custod. eucharist. & in clementina prima § multis insuper de celebratio. missa. Sed testator hic per dictam clausulam videtur astrinxisse heredem ad retinendum imperpetuum duas faces comburendas quando corpus Christi eleuaretur in ipsa ecclesia: ideo obligatur heres ipse perpetuo manutenere rem consumptibilẽ / ergo totiens debet habere paratas faces quotiens corpus Christi ibi eleuatur. Et sic patet q verbum perpetuo hic denotat actum continuũ & infinitum / cum referatur ad celebrationem misse: dum dicit q perpetuo comburãtur quando corpus Christi in dicta ecclesia eleuatur

quod sic iunctũ tali actui perpetuitatẽ denotat glo. in ca. perpetuo de elec. hoc lib. Et per hoc cessat ratio cõtraria de hoc verbo perpetuo / vt denotet durationẽ facium tñ/ quia dictio ꝑpetuo nõ refertur ad cõbustionẽ/sed ad actuz eleuationis corporis xp̃i: vt sit sensus ꝙ cuz eleuatur corpus xp̃i in dicta ecclesia legauit imperpetuũ duas faces cõburendas. ¶ Vel dic ꝙ verbũ in ꝑpetuũ nõ potest referri ad cõbustionem sed refertur ad verbũ legauit/ q2 dictio in ꝑpetuũ ponitur hic aduerbialiter/sed aduerbiũ * semper vnitur verbo ꝛ illud determinat glo.in ca.cupientes.§ q8 si per.xx.in ꝟbo petere.š.de electio.hoc libr. Et idẽ importat scdm interpretationẽ grãmaticalẽ que in iure allegari potest/cap.abbate.š.de verbo.significa. Unde determinat verbũ legauit vt sit sensus/legauit imꝑpetuũ duas faces cõburendas quãdo corpus xp̃i leuaretur: per quod patet ꝙ istud legatũ est perpetuũ/ꝛ ad perpetuũ cultũ diuinũ/ca.fi.š.de testa.ca.significasti/de prebẽ.isto titu. Ergo nõ includit vnicã prestationẽ tñ / vel vnicã annuatim:cũ de anno nihil dixerit/ sed perpetuã prestationẽ q̃n misse in dicta ecclesia celebrãtur. Et ex his cessat ratio cõtraria de.d.cap.cũ in veteri/q2 ibi fuit limitatus actus ad cõsumptionẽ vnius cãdele:ergo si alia subrogaretur esset cõtra intẽtionẽ loquentis quod nõ venit admittẽdũ/ ꝑ ea que late diximus in cap.fi.š.de cõsti. Sed hic actus legati fuit vsui perpetuo ꝛ legauit in perpetuũ/ ergo nõ potest extingui ex vnica prestatione. ¶ Item ad illud q8 sufficit adimplere actũ licet nõ duret. Respõdeo ꝙ illud non est verũ in materia in qua requiritur permanẽtia actus. c. nã ꝛ ego ꝛ quod ibi not.š.de ꝟbo.signifi. Faciũt que dico in.c.p̃io/in ꝟbo cũ perseuerãtia de scisma. hic autẽ requiritur permanẽtia ꝓut denotat verbũ perpetuũ: idẽ dic ad alia obiecta. ¶ Et sic clarũ habes intentuz ꝓ primo dubio. Quo ad scdm autẽ nõ arguendo ad partes dic ꝙ debet attendi etiã * numerus augmẽtatus scdm tẽpus hodiernũ per cap.quãto cũ ibi not.š.de cẽsib.scdm cõem lecturã/ vbi dicitur ꝙ habens ꝓcurare familiã alicuius ecclesie:tenetur ꝓcurare etiã familiã augmentatã. Dũ tamẽ augmentatio nõ sit facta fraudulenter/sed ex iusta causa. ¶ Item istud legatum est reale quia factũ ecclesie/ capit. abbas.š.de offi.delega.capi.si gratiose.š.de rescrip.vnde presbyteri ecclesie qui nunc sunt/licet sint augmentati: videntur esse hi qui olim erant/cap.denicq3.vij.q.j.l.forma.§. quãq3.ff.de censib.facit cap.cum.M.š.de constitu. ¶ Item in hoc legato apponuntur verba extensiua in futurum/quia dicit in perpetuum ponãtur faces quãdo corpus xp̃i eleuatur. Sed quãdo * dispositio emanat sub verbis extẽsiuis in futurũ/extenditur ad subiecta postea superuenientia not. Bar. in.l.si ita.nu.ij.ff.de auro ꝛ argẽ.lega. ¶ Suadet aliud quia si numerus presbyteroꝝ fuisset diminutus diminueretur etiã legatũ/ergo sicut diminutio sibi ꝑdesset. Ita debet sibi nocere augmentatio/ per regulam qui sentit cõmodum ꝛc.per quam rationem Joan.Mo. in ca.vnico/de reliquijs ꝛ venera.sanc.quẽ sequitur ibi Joã. And.in nouella dicit/ ꝙ si aliquis arctatur ad ponendũ cereos in officio ecclesie in festiuitatibus:si festoꝝ celebratio multiplicabitur/artabitur ad festa multiplicata. Ad idem facit theorica Joan. And. quã cito in cap.si ciuitas in verbo fit extentio de senten.excõica.j.que loquitur in priuilegijs que sunt stricte interpretanda/ca.quod dilectio. š.de cõsangui.ꝛ affi.no t.in cap.postulasti. š.de rescrip. ꝛ sic fortius in vltimis voluntatibus in quibus fit larga interpretatio/cap.cũ dilectus.š.de dona. Istud tamen vltimũ dubiũ intellige si ad hoc onus supportandum suppetant facultates hereditatis alias moderabitur iudicãtis officio iuxta regulã de qua est recordatus Barba.cõsi.xlij.colũ. vij.volu.ꝙ iudex ex officio debet supplere ne quis cũ aliena locupletetur iactura Jmol.in capi.peruenit/de empt.ꝛ vendi. ¶ Istud principale intentum poteris cõprobare per ea que traduntur in questione. Quando quis legauit alimenta future vxori alicuius/an intelligatur solũ de prima/an de omnibus/videtur de omnibus cum legatũ illud dicatur valde fauorabile quia alimentorum.l.j.C.de fideicom.l.cum hi.ff.de trãsac.etiã si diuiti relinquitur/ vt ibi.§. nihil. ¶ Item in simili quãdo quis posthumũ sibi nasciturum instituit: intelligitur non solum de primo/sed de omnibus etiam posthumis fauore testamenti. l.placet/ cum.l. sequen.ff.de liber.ꝛ posthumis. Hoc cõproba per id quod Barto.concludit / ꝛ alij post eum in.l.si pluribus/in princ. de lega.ij.dum per illum text.ꝛ in.l.si quis ita.ff.de testa. concludunt ꝙ indefinita * apposita circa personas/ equipollet vniuersali si sumus in fauorabilibus: quod seruit intento nostro:in fauorabilibus enim de causa vna ad aliã fit extentio etiam in exorbitãtibus. Firmat Alex.in consi. clxxj.col.ij.viso processu vol.ij.qui dicit hoc procedere in quacunq3 dispositione fauorabili prout placet Oldra.con. ccxij. Quidam in suo testamẽto per.l.inter veteres in versiculo maxime.C.de fideicõ. liber.ꝛ.l. si quis ita dederit.§. primo.ff.de testa.tutel.ꝛ.l.qui filiabus in prin.de lega.primo:huic sententie conuenit Freder. consilio.xlij. Testator instituit filium. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xxij.

SI apostolicæ sedis legatus volens tibi suæ legationis autoritate in certa ecclesia prouidere canonicatum & præbendam nulli alij de iure debitos proximo in ipsa ecclesia vacaturos collationi suæ reseruet & decernat irritum & inane, si secus super hoc contingerit attentari, certis qui eos tibi conferant, cum vacabunt executoribus per suas literas deputatis. Nosque post modũ plena de his facta narratione, quod ab ipso legato factum extitit ratum & gratum habentes, id autoritate apostolica confirmamus & eisdem executoribus vel alijs nostris damus literis in mandatis, vt in huiusmodi prouisionis negotio, autoritate nostra procedant iuxta ipsius legati continentiam literarum. ¶ Certum est quod (cum ipsa prouisio ipsius legati post impartitã a nobis autoritatem nostra censeatur effecta) omnibus quibus postea mandauimus in eadem ecclesia prouideri (etiam si canonicatum ipsius ecclesiæ duxerimus conferendum eisdem) de iure præferri debebis in prębẽda post modũ inibi vacatura.

SI apostolicę. Hec decretalis est habita.š. eo. Si cũ:q2 adiectio hic facta non facit diuersitatem in iure: et que ibi dixi hic repete. Possunt tamen multe differẽtie hinc ꝛ inde assignari quo ad factum [vacatura].š.hoc.lib. de resc. duobus.§. Reso. a contrario sensu. Jo.Mo.Card.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xxiij.

SI motu proprio alicui aliquod beneficiũ obtinẽti cõferamus aliud de illo nõ habita mẽtione, nõ ob hoc gratiã hmõi, quę de nostra mera liberalitate processit inualidam volumus reputari. ¶ Secus si ad petitionẽ illius vel alterius pro eo dẽ oblatã gratiã hmõi facimus, tũc em̃ (quãtũcũque modicũ beneficiũ taceat in ea) ipsam veluti subreptitiam vires nolumus obtinere.

¶ Motu quoque proprio tũc solum gratia fieri censeatur, cum hoc expresse cautum fuerit in eadem.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Proprius motus cadit in gratijs seu priuilegijs.
2 Non est nouũ q̃ in mente cõcedentis duo cadant motiua.
3 Clausula motu proprio operatur q̃ in principe iusta causa presumatur.
Factum ex certa scientia in dubium reuocari nõ potest.
4 Quis non debet audiri contra illud quod princeps facit ex certa scientia: imo debet repelli / ⁊ illi perpetuum silentium imponi.
5 Clausula ex certa sciẽtia/ nõ habet locũ quando princeps non habet notitiam: prout nec quando vergit detrimentum tertij.
6 Per motum proprium principis: non tollitur ius tertij.
7 In concessionibus ⁊ rescriptis principum / semper intelligitur clausula: saluo iure alterius.
8 Deus omnia potest: nõ tamẽ iniustũ facere/ q̃ id nihil est.
9 Motus proprius non operatur/ vt in literis pape presumatur pro inconsulto.
Inconsuetum non presumitur factum de mente pape/ etiã si motu proprio dicatur factum.
10 Princeps videtur proferre verba tanq̃ informatus.
Presumitur causa/ quando princeps motu proprio procedit: secus quando ad instantiam partis.
11 Clausula ex certa scientia non presumitur.
Papa quando dicatur facere ex certa scientia.

SI motu proprio, Hec decre. habet tria dicta. Ecce primuz [beneficium.] Quid si beneficia/ recedo ab hoc casu/ ⁊ teneo regulam. ĩ. eod. ij. respon. positam: ⁊ si alias intelligeretur palliari posset multitudo beneficiorum/ per hoc verbum motu proprio: q̃d exponitur. ĩ. eo. in fine [obtinere] s̃. de res. ad aures/ ⁊ ca. postulasti/ ⁊ ca. si proponente. Joan. Mona. Cardi.

SI motu. Paul. de cast. cõsi. ccclvij. dicendũ videtur in prima parte refert ⁊ sequitur dictum vnum quod dicit esse abbatis canonuz patris ⁊ magni practici in cap. is cui. s̃. hoc ti. (quem senseo fore lapum) q̃ si Papa nouam constitutionez facit/ vel aliquid concedit motu ꝓprio sufficit gñalis clausula nõ obstãte/ allegat. c. xl. s̃. de mag. cap. sicut/ de hereti. c. j. s̃. de cõstitu. hoc lib. ⁊ text. nostrũ. ¶ Si vero facit gratiã ad petitionẽ/ vel aliquid aliud: tũc nõ sufficit gñalis mẽtio de eo de quo habebat noticiã impetrãs/ sed debet esse specialis ⁊ specifica/ cap. j. s̃. de offi. ordi. Dic tñ gratias ⁊ priuilegia nõ presumi concessa motu ꝓprio/ sed ad postulationẽ vt ꝓbat tex. nr̃ nisi data fuerint ⁊ cõcessa statuẽdo legẽ ⁊ ius generale. Bar. post tex. ⁊ gl. in autẽ. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. q̃ tũc intelligitur cõcessa ex liberalitate ⁊ non ad postulationem.

¶ Preterea dicit idẽ Paul. de ca. cõ. 414. col. 3. in facto p̃senti pr̃ia pte q̃ * ꝓprius motus cadit in gratijs seu priuilegijs. ¶ Itẽ quo ad motũ ꝓpriũ attẽde ad vnũ quod citat Bal. in. c. nisi spectabilis. nu. 4. s̃. de offi. lega. q̃ si in literis summi põtificis/ ita cõtinetur. Supplicauit nobis Bal. sup̃ tali beneficio/ cui cõcessimus ipsuz/ etiã motu ꝓprio respõ. in ṽbis istis nõ est repugnãtia/ sed significãt q̃ motus ꝓprius ꝓuenit in mẽtẽ pape supplicationẽ Bald. adimplendũ. Nec * est nouũ q̃ in mẽtem cõcedẽtis cadãt duo motiua. Istud sequitur Decius consi. 341. nu. 4. viso pũcto/ vbi subdit q̃ ꝓpter clausulam motus ꝓprij ꝓbãtur vera esse q̃ narrata sunt a sũmo põtifice in q̃bus gr̃a fundata sit. Panor. in. c. dudũ/ col. fi. in ṽsi. Et puto hoc limitãdũ. s̃. de priuileg. ¶ Item * operatur hec clausula q̃ in principe causa iusta presumatur allegat pro hoc idem Decius Feli. collegam suũ in capi. que in ecclesiarũ. s̃. de cõstitu. ⁊ Roma. cõsi. 436. q̃d indultũ Petri. Uide eũdẽ Deciũ cõsi. 373. nu. 6. ⁊ sequẽ. viso cõsilio. ⁊ cõsi. 498. nu. 26. viso ꝓcessu/ ⁊ cõ. 516. nu. 8. q̃m causa/ ⁊ ibi late vbi citat de clausula huic simili: videlicet de clausula ex certa scientia: q̃ factũ cũ hac clausula in dubiũ reuocari nõ potest. Bar. in. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. codicil. q̃cq̃ * non debet quis audiri contra illud quod princeps facit ex certa scientia imo debet repelli quis: ⁊ illi perpetuum silentium imponi. Decius con. cccclxiij. nu. xv. in causa.

¶ Habet enim hec clausula (etiam per se sola apposita in literis circa gratiam/ ⁊ vbi non agitur de preiudicio tertij) vim clausule/ non obstante. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. cum similibus per Alex. adductis con. cxj. nu. xij. perspectis vol. vi. Benedicitur vbi nõ agitur de sublatione iuris tertij/ propter hec que in sequentibus dicuntur quibus ad de Domi. con. ciiij. col. ij. consuetudo.

¶ Idem de clausula/ de plenitudine potestatis: quia nihil opponi potest quod annullet gratiã. Bal. in proe. Gregor. col. iiij. Et stante dicta clausula non potest dici principi cur ita facis.

¶ Attende sane ad ea que diximus de clausula ex certa scientia/ * vt non habeat locum ⁊ non operetur in his in quibus princeps non habet notitiã. Notat Jason in consi. xij. col. pe. versi. ij. ⁊ notabilius vol. iij. Bal. in. l. fi. col. ij. versic. dicas etiam. C. senten. rescindi non posse: late per Sozinũ con. clxiiij. col. iiij. visa bulla Bonifacij.

¶ Non operatur etiam hec clausula vbi vergit detrimentum tertij Bal. in preludio feud. ver. itẽ dicit And. de Isernia. ¶ Item licet motus proprius sit magne efficacie in prouisionibus principuz/ vt late per Claud. de Seisello in l. si quis col. ij. ff. quod quisq̃ iuris: non tollitur tamen * ꝑ eum ius tertij: notat Rota in antiquis. ccccxlv. Nota q̃ licet proprius motus/ puta si beneficium spectet ad ius patro. alicuius laici de quo Papa si sciuisset nullatenus prouidisset iuxta no. ꝑ Jo. mo. ⁊ alios in. c. ij. s̃. isto ti. hoc libr. Et hoc tam de iure in re q̃ de iure ad rem. Rota in nouis deci. cxj. licet sic in quacunq̃ dispositione vbi adest clausula motu proprio/ intelligitur exclusum preiudicium tertij. Hostien. Panor. Imola/ Antho. ⁊ Feli. in. c. causamq̃ el. ij. s̃. de testib. vbi dicunt q̃ quando princeps concedit priuilegium motu proprio non videtur tertio preiudicare.

¶ Firmat Decius con. ccccvij. col. fi. visis ⁊ ibi late ⁊ consi. ccccx. nu. xxiij. in causa mota ⁊ Alex. con. ccxv. non obstat/ vol. vij. ⁊ ibi etiam late.

¶ Uide de clusula motu proprio ⁊ ex certa scientia que dicit idem Decius con. cccclxviij. nu. xij. superiori anno.

¶ Et per hec habeo pro regula communi intentũ. vcz q̃ * in concessionibus ⁊ rescriptis principum semper intelligitur clausula. Saluo iure alterius. l. autoritate cum glo. C. vnde vi. l. nec damnosa. C. de precib. imper. offe. l. nec auus. C. de adoptio. quod multifarie comprobat do. Neuisa. con. patres comederunt vuam acerbam col. xxiiij. versi. iiij. quia non potuit/ vbi allegat quod vulgo dici solet/ deus * oĩa potest: non tamen iniustum facere: quia id nihil est Jo. cap. primo quod expone scd̃m aliam lectur. sine ipso factũ est nihil. i. peccatum factum est sine deo: iuxta illud non est inuẽtus dolus in ore eius.

¶ Qz non intelligatur preiudicare tertio/ firmat Albert. Brunus con. primo col. iiij. vbi subdit etiam in iure competenti in spe tantum. l. ij. in verbo non facile de na. resti. ff. q̃d nota pro saluagardia ⁊ protectione/ quia siue motu proprio siue ad instantiam concedatur per superiorem: non tamen preiudicat iurisditioni ordinarie vt ample notat Jason in con. lvij. visis literis/ vol. tertio.

¶ Item * motus proprius nõ operatur vt in literis Pape presumat̃ pro inconsueto: faciũt que no. Deci⁹ cõ. cccxcix. nu. viij. Conclusionem vbi dicit post Bal. in. l. fideicõmissa. §. si seruo de leg. iij. q̃ si in literis Pape cõtinetur illud q̃d est inconsuetum/ non presumitur factũ de mẽte Pape/ etiaz si motu proprio factũ d̃r idẽ Bal. in. l. scripture/ col. j. C. de fide instru. ¶ Inquantũ autẽ. s̃. proxime diximus verba narrata a Papa motu ꝓprio facere fidẽ. Adde Sozi. cõsil. cclxvj. col. xij. in causa que vertitur/ dum dicit ⁊ maxime q̃ omnia fuerunt narrata ⁊ cõcessa motu proprio: quo casu de nõ gestis corã se statur q̃ videt̃ vt informatus ṽba ꝓferre. Idez tenent Lazar. cle. si summus de senten. excõmunica. ⁊ dopus/ Antho. ⁊ Joã. de Imola. cle. prima de probatio. ⁊ dopus/ Antho. in. c. fi. de suc. ab intesta. firmat Alex. con. cxij. col. j. visa copia/ vol. vij.

¶ Adde alium effectũ huius clausule motu proprio/ q̃ presumitur * causa quãdo princeps ꝓprio motu scribit: secus est qñ procedit ad instantiã partis Sozi. consi. cclxxiij. col. pe. in presenti dicit hoc probari in. l. j. vbi Bart. de petitis bo. sub. lib. x. C. firmat Roma. cõ. ccccxxxvj. Quod indultũ Petri. Et cũ hoc grano salis habes condire que diximus. s̃. in proemio in verbo relaxatio.

¶ Alterius dic in pposito clausule ex certa scientia/ quia operatur vnũ notandũ in casu cõfirmationis statutorũ laicorũ per Papã facte/ que alias non valeret per ea que in casu ipso not. Inno. in capi. primo circa finem. s. de trãsactio. cũ quo alij transeunt: quod cõprobat Alexã. in cõsilio xxxix. nu. ix. viso statuto/ volu. iiij. vbi etiã firmat hãc clausulã* expressione dignam: quia alias non presumitur. Inno. & doct. in capit. porrecta. s. de cõfirma. vtili. vel inutili. Pro hoc vide Alexã. in cõsi. cxxxiiij. col. fina. preuiso themate/ volumi. primo. ¶ Et dicitur Papa facere ex certa scientia quando parte contradicente ita scripsit ex certa scientia not. Joan. And. in capitu. pastoralis/ colũ. ij. s. de officio delega. Pro quo vide apud Alexan. in consi. cxxiij. versicu. premitto etiã/ scripsit ecclesiasticus/ volu. iiij. vbi dicit ꝙ ita vidit tempore Nicolai. v. a quo emanauerat certa bulla cum clausula ex certa scientia/ & non fuerat rescriptum obtentum parte cõtradicente: sed fuit obtentũ parte absente & consuluit ꝙ non videbatur operari naturalez effectum suum illa clausula ex certa scientia cũ non emanasset parte contradicente/ & ita fuit obtentum in contingentia in ciuitate Ferrarie facit quia illa clausula nil operatur/ nisi in his de quibus princeps presumitur habere scientiam: sicut sunt ea que consistunt in iure: non autẽ in his que presumitur princeps ignorare/ sicut sunt bone cõsuetudines locorum/ & sic de alijs que in facto alterius cõsistunt/ capi. j. de consti. hoc lib. notat idem Alexã. in consi. cxxv. in fine viso titulo/ volu. ij. & Decius cõsi. 544. nu. x. serenissimus/ quod latius ibi comprobat/ colũ. finali.

¶ Istud cõprobo per ea que tradit idem Decius in consi. 528. nu. 8. pro resolutione/ ꝙ clausula ex certa scientia nõ operatur quando processuz fuit absq; cause cognitione/ firmat rota in nouis decisi. ccxxx. Papa cõfirmãdo/ meminit ipse Decius in consilio. 541. in fine visa donatione/ & d. cõsi. 544. nume. 28. serenissimus. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xxiiij.

SI pluribus simul in aliqua ecclesia vacantibus dignitatibus vel prebẽdis, nos de hac vacatione incerti dignitatẽ vel prebendam (si qua nulli alij de iure debita in ipsa vacat ecclesia) cuiquam in genere conferamus. ¶ Gratiam huiusmodi si motu proprio eam fecerimus (vt tũc fiat interpretatio plenissima in eadem) referri volumus ad dignitatem vel præbendam quæ inter illas maioris censetur esse valoris, seu (si sint forsan equales) ad eam quam is cui conferimus infra decendium post habitam de dicta vacatione notitiam duxerit eligendam. ¶ Si vero ad petitionem alterius ipsa gratia fuerit per nos facta, eam (vt hoc casu prout iuri congruit restringatur) ad illam quæ minoris valoris existit, seu si sit equalitas in eisdem, ad eam quam is ad quam ipsarum spectat collatio infra dictum tempus elegerit postquã sibi huiusmodi gratia erit nota decernimus referendam. ¶ Alterutro quoque ipsorum (prout ad eum pertinet) infra tempus debitum eligere negligente, ad alium extunc electio libere deuoluatur.

SI pluribus. Hec decretalis materiam precedentis prosequitur/ in qua & c. primo datur intellectus seu exemplificatio regule & sue instãtie posite. s. eo. quis [decendium. a]

¶ Iste terminus est prefixus vt voluit presidens ius condens ar. ff. de postul. l. prima. § nũtiũ: alias terminus non prefigitur a iure/ sz a presidente arbitrio suo/ non condendo ius. s. eo. si tibi. § primo/ & ibi notatur [existit] ar. de lega. iij. in minimis [referendam.]

¶ Quid si ille ad quem spectat collatio conferat beneficiũ minoris valoris/ dic aliud spectare ad impetrãtem/ ex quo gratia erat sibi nota si minus elegit. j. hoc lib. de regul. iur. damnum. Si vero esset ignota secus argu. hic a contrario sensu/ ne iusta ignorantia ipsum grauet. s. eo. si bñficia [deuoluatur]. s. eo. titulo si tibi in fine. Joannes Monach. Cardinalis.

Annexio ordinis actu procedēs ex ſtatuto/priuilegio vel conſuetudine operatur vt hic.
4 Clauſula generalis/ non includit nō veriſſimilia.
5 Tota fidelium deuotio pendet ab officio ſacerdotis.
6 Uno iure ſublato:reliquum remanet.
Remotio vnius impedimenti non inducit remotionem alterius.
7 Papa facilius derogat iuri communi q̄ ſtatuto.
8 Eccleſia ſolum defendit ſtatutum rationale.
9 Clauſule generales tollunt inconuenientia ⁊ impediētia gratiam(manente inhabilitate perſone)non aūt tollūt inhabilitatem.
10 Ad ſubſtantiam collationis vel illius augmentum:clauſula generalis non obſtantibus/de nihilo operatur.
11 Fundatores in fundatione/dotatione/⁊ erectione bñficij poſſunt pacta/modos/⁊ cōditiones apponere.
12 Facilius eſt repudiare ius querendum/q̄ acquiſitum remittere vel donare.
13 Malum eſt perdere capam:ſed melius eſt ſeruare vitam.
14 Per epiſcopum non poteſt immutari iuris diſpoſitio.
Inferior non immutat ius commune.
15 Quiſq; dicitur moderator ⁊ arbiter in re ſua.
16 Nullus citra papam poteſt laicum habilitare ad ius ſpirituale conſequendum.
17 Minor ſeptennio non dicitur habilis ad beneficia.
18 Quis poſſit derogare ſtatutis ⁊ modis in fundatione beneficij appoſitis vide hic.
19 Epiſcopus magis aſtringitur canonibus/ q̄ principes ſeculares legibus.
20 Inferior a papa non poteſt alterare pium relictum ſapiēs temporalitatem.
21 Patronus nolens conſentire permutationi vtili eccleſie.
22 Quādo requiritur aliqua cauſa in diſpoſitione/illa debet ſemper exprimi in ea alias eſt nulla.
23 Heres non poteſt venire contra factum defuncti.
24 Intentio fundatoris implenda eſt in forma ſpecifica.
25 Dictio capellanus/quid importet.
Argumentum ab etymologia vocabuli valet.
Semper ſtandum eſt diffinitioni.
26 Appellatione capellani venit actu ſacerdos.
27 Cōmunis vſus loquendi:venit attendendus in contractibus/⁊ in vltimis voluntatibus.
28 Accidentia magnam partem afferunt ad cognoſcendum quod quid eſt.
29 Statur cōmuni obſeruantie loci.
Uerba teſtatoris ſunt interpretanda ſecundum conſuetudinem loci.
30 Uerba in quibus cadit interpretatio tam iuris cōmunis q̄ vſus communis loquendi quomodo debeant interpretari.
31 Communis vſus loquendi dicitur proprius intellectus.
Cōmunis vſus loquendi dat ſignificationem rebus.
Omni regule ⁊ conſtitutioni/ ſolus vſus cōmunis loquēdi derogat.
32 Statuta fauorabilia ⁊ penalia intelliguntur ſecundū communem vſum loquendi.
33 Probatio debet interpretari ſecundum communem ⁊ frequentem accidentiam.
34 Appellatione nepotis venit filius fratris ⁊ ſororis/etiam in materia odioſa.
35 Senſus hominis loquendi/eſt quid extrinſecum.
Probatio vſus communis loquendi fit vt hic.
36 Attenditur in communi vſu loquendi vt hic.
Res tantū valet quantū vendi poteſt/intelligitur vt hic.
37 Uiles ⁊ idiote preſumuntur loqui ſecundum abuſum.
Fama procedat ab honeſtis perſonis/ prout ⁊ communis vſus loquendi.
38 Iura ſapientum non debent deturpari per ora ruſticorum ⁊ idiotarum.
39 Uerificandi ſunt ſermones ſecundum communem opinionem intellectum habentium.
40 Uane voces populi non ſunt audiende.
Qui magis indiſcrete ⁊ irrationabiliter loquitur/inter fatuos magis acceptus habetur.
41 Qui allegat communem vſum loquendi tenetur illum probare prout qui allegat conſuetudinem ⁊ ſtatutum.
42 Teſtes deponentes de communi vſu loquendi.
43 Refert quibus verbis exprimatur communis vſus loquendi/ ⁊ a quibus perſonis verba proferantur.
44 Quale ſit feudum/tenor oſtendit inſtrumenti.
45 Res requirens aliquid qualificatiue.
Qualitas inſit tempore explicationis actus.
46 Potētia ⁊ habitus nō videnť eſſe de cōſideratione iuris.
Actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito.
47 Ad eum caſum non adaptantur diſpoſitiones teſtamenti ad quem non adaptantur inſtrumenta.
48 Debens facere actum ſub certa qualitate neceſſaria.
49 Uerba latina interpretantur vt hic.
50 Patroni qui infra quadrimeſtre preſentauerūt minus idoneum/an faciant ꝙ fiat deuolutio ad dioceſanum.
51 An in fundatione beneficij preſumatur ꝙ conſenſus ordinarij interuenerit.
52 Preſumitur pro titulo clerici qui diu in beneficio ſtetit.
53 Nemo eſt priuandus ſua poſſeſſione eo non citato.
54 In ſpiritualibus non cadit poſſeſſio.
55 Citatio fit in illo actu in quo quis ledi poteſt.
56 Qđ inuito aliquo fieri poteſt/multomagis eo nō citato.

1 SI cui, Genus * ꝙ in vno de indiuiduis nõ potest expleri commode: in alio expletur a no.s.eo. cum in ecclesia [debebit.] ¶ Contra.s. hoc lib. de resc. si eo tempore. ¶ Sol. Hic fauorabilior forma q̃ ibi. Item ibi exprimebatur tam de beneficio cũ cura quod est sacerdotale/ vt in pluribus q̃ de beneficio sine cura. Sed hic mandabatur in 2 genere/ quo casu * genus est ciuiliter interpretandum. ff. de serui. si cui. Ita in contrario est satis/ ꝙ gratia habeat effectum in altera saltẽ parte disiuncte. Sed hic aliter interpretando tota gratia periret. Joan. Mo. Cardi.

a EXpletur. Doct. hic omnes dictuz hoc referũt ⁊ sequũtur/ vide glo. in fi. in cap. qr sepe. s. hoc titu. ¶ Et quia meteria tex. nostri practicabilis ⁊ frequẽs est licet per scriben. hic satis cõfuse ⁊ inordinate tractetur. Ideo vt subueniam laboribus animorum in presentiarum ad lucez ⁊ praxim pro viribus eã reducere conabor numine trino ⁊ vno fauente.

1 ¶ Pro cuius exordio habeo ꝙ in beneficijs ecclesiasticis/ (etiã simplicibus)* aliquãdo reperitur annexio aptitudinis puta annexio ordinis presbyteratus/ diaconatus/ vel subdiaconatus. Et hoc casu nõ est necesse ꝙ acceptãs habeat tũc tẽporis ordinẽ ipsum/ sed sufficere dicas ꝙ sit habilis 2 ad eũ suscipiendũ quem tenetur recipere q̃ citius potest/ quia * qui recipit alterũ cõnexorum/ videtur ad alterũ se obligasse/ alias poterit priuari: de hac annexiõe stat presens speculatio.

¶ Alia est annexio ordinis statutaria/ ad quem si non promoueatur fructus non percipit/ pone exemplum in canonico ecclesie Bituricen. qui si non reperiatur in sacris constitutus: non percipit integram prebendam/ sed mediam solum/ non confert beneficia quod dicitur fructus/ non eligit/ nec habet vocem in capitulo clementina secunda de etate ⁊ qualitate.

3 ¶ Alia est annexio * ordinis actu procedens ex statuto/ priuilegio/ consuetudine/ vel ipsius beneficij prima institutione: quo casu requiritur caracteris impressio tempore collationis/ alias collatio est nulla glo. ⁊ doct. in dicta clementina secunda.

¶ Et altero ex tribus modis secundum Joan. Andr. hic in fine/ prebenda seu beneficium dicitur sacerdotale/ aut diaconale/ vel subdiaconale/ quorum examine habito dices habere intentum clarum ⁊ liquidum.

¶ Archi. hic. in princi. pro intento dicit/ ꝙ licet in mandato descripta sit generalis clausula non obstantibus ⁊c. nihilominus non constituto in etate legitima minime da4bitur legitime beneficium sacerdotale/ id est quod habet annexionem aptitudinis. Ratio quia clausula * generalis non includit non verisimilia/ capit. ij. de decimis. hoc libro/ ⁊ §. primo institu. qui ma. non pos. Ideo videtur quid a veritate remotum/ quod dicitur falsitatis imago. Bald. in lege prima/ col. iij. C. de seruis fugiti.

¶ Non enim verisimile est/ ꝙ Papa velit per clausulam 5 generalem defraudare illam ecclesiam officio vnius sacerdotis * a quo tota fidelium deuotio pendet/ vt hic late per scribend. Quia si id fieret/ retraherentur catholici a fundatione beneficiorum. Videntes Papam sic tollere eorum pias voluntates ⁊ pacta apposita ⁊ habita in fundatione/ de quibus vt tollantur debet fieri mentio specialis/ capit. ex multiplici. s. de decimis. Petrus de Anchara. consilio. xx. viso predicto puncto qui subdit statuta et consuetudines ecclesie hoc includentes facilius tolli/ vide apud Alexandr. consilio. cxxiij. quod exorditur scripsit ecclesiasticus/ volu. iiij.

¶ Pro dicto Archi. habeo ꝙ effectus huius clausule generalis/ non est habilitare personam inhabilem ad beneficium: facit quod citat Joan. Mo. ⁊ alij post eum in ca. primo s. de filijs presbytero. ꝙ hec clausula in literis papalibus posita non iustificat personam impetrantem/ sed impetratarum literarum formam: ⁊ sic solum subreptionem excludit literarum/ prout dicimus in clausula motu proprio. c. si motu hoc titulo/ ⁊ libro: nec de hoc mireris vt vnum tollatur/ aliud vero remaneat: per id quod trite dicimus in iu6re: * quod vno iure sublato reliquum remanet. l. si domus tua. ff. de seruit. vrba. predio. cum similibus: Juuat quod notat Dominic. in consilio. xxxiij. columna tertia pro examinatione/ quod vbi plura sunt impedimenta per remotionem alterius non censetur aliud remotum quod nõ est expressum capitulo ex tuarum/ supra de autoritate ⁊ vsu pal. capitulo pastoralis supra de priuileg. ⁊ subdit ibi ipse Domi. aliud notandum in proposito/ ꝙ dispensatio in qua tollitur vnum obstaculum expressum/ si tacetur aliud quod obstabat/ remanet nulla etiam quo ad expressum tex. in. capitulo non potest in primo respon. hoc titulo/ ⁊ libro ⁊ capitulo secundo de filijs presbytero. eo. lib. ⁊ in cle. prima isto titulo secundum vnam lecturam. Et sic videtur res indiuisibilis de quo per eundem Domi. in consilio. xxxvij. colũna prima dubitatur.

¶ Et si vigore huiusmodi clausule deberetur ista prebẽda seu beneficium sacerdotale/ non constituto in etate legitima: inhabilitaretur inhabilis/ contra ea que supra proxime diximus.

¶ His tamen non obstantibus Joannes And. hic in glos. prima ⁊ in nouella col. finali videtur firmare partem contrariam/ dum fatetur premissa vera: quando inhabilitas causatur a iure communi/ vt in illegitimo/ corpore vitiato/ seruo/ bigamo/ vel his similibus. Secus si habilitas causatur a statuto ecclesie: per quod beneficium habet sacerdotium annexum: quo statuto non existente iste esset habilis: quia tunc per clausulam generalem redditur habilis. Pro hoc adducit que citant Joannes Monach. ⁊ Archi. in capitulo si pro clericis. s. hoc titulo/ quod si per statutum beneficium ita habet ordinem annexum quod conferri non debeat nisi sacerdoti: bene confertur impetranti qui etiam non est in sacris ex quo ipsius rescripto statuta tollũtur.

¶ Ista sententia Joan. And. non placet scribentib. hic plu7ribus fundamentis per eos tactis. Primo quia Papa * derogat/ prout facilius derogare presumitur per suas nõ obstantias iuri communi: ⁊ impedimento a iure communi procedenti quam statuto vel impedimento a statuto seu consuetudine procedenti capitulo primo de constitutio. hoc libro.

¶ Sed per clausulas generales non presumitur derogare; prout nec derogat nec tollit ea que sunt iuris communis.

¶ Ergo multominus ea que sunt statuti di. capitulo primo s. de constitutionib. verũ quando statutum est rationabile: 8 quia * illud solum ecclesia defendit. c. fi. in fine. xxxiiij. d. c. si qui vel sit forte iure communi contrarium. c. cum inferior s. de maior. ⁊ obedien. cle. ne Romani de elec. nec ab eodẽ iure sit reuocatum. d. c. primo de constitu. hoc lib.

9 ¶ Item clausule * generales tollunt inconuenientia ⁊ impedientia gratiam (manente inhabilitate persone) non autem tollunt inhabilitatem vt. s. diximus cum id Papa non intendat nec exprimat: imo in tollẽda ea inhabilitate requiritur dispensatio exprimens statũ persone cum qua dispensa: alias esset subreptitia vt latius in sequẽtibus dicemus.

¶ Item in omnem euentum non sufficeret ꝙ clausula hec generalis solum diceret/ non obstantibus statutis ⁊ cõsuetudinibus quibuscunq;: quia opus est ꝙ dicatur non obstãte iure communi: cum ius commune talem ad sacerdotium non promotum reddat inhabilem ad sacerdotale beneficiũ/ qr etatẽ a iure taxatam nõ habet. Beneficiũ enim hoc ratione huius qualitatis iuri communi subiectũ vt illud acquiratur: ideo requiritur vt illud optans ⁊ acquirens sit qualitatis beneficio ascripte tempore collationis.

10 ¶ Item certũ est ꝙ ad * substantiam collationis vel illius augmentum clausula hec generalis/ non obstan. de nihilo operatur: cum per eam/ neq; beneficium conferatur/ neq; conferri mandetur: prout nec qualitas beneficij quod confertur non mutatur/ nec persona cui gratia cõceditur si sit inhabilis ad beneficium obtinendum de iure communi per clausulam ipsam habilitatur. Sed gratia ipsa in sibi attributis limitibus permanente/ eam firmat/ ⁊ obstacula tollit clementina prima hoc titulo. Ista firmantur per ea que notant Joannes Monach. Archi. ⁊ alij in capitulo cum aliquibus. s. de rescrip.

¶ Preterea clausula hec non reddit gratiã simplicem vel non simplicem: id est non qualificat eã: vt pote que ad sub-

stantiam gratie sunt nihil facit / nec eam auget. d. clemen.
prima. Sed imo substantia etiam cuiuslibet gratie aposto-
lice per quam beneficium ecclesiasticum confertur vel con
ferendum reseruatur / ⁊ in euentum aliquem conferri man
datur in huius collatione vel reseruatione ⁊ mandato con
sistit. Ad cuius efficaciam necessario requiritur persone
qualitas respectu beneficij: ita ꝙ sit habilis tempore con-
cessionis gratie / capi. si eo tempore. s. de resc. hoc libro seu
collationis. Probat tex. noster cum similibus / prout dixi-
mus in electione / vt sit habilis tempore electionis respe-
ctu etatis / capitu. dudum el. j. ⁊ ij. s. de electio.

¶ Ideo fatendũ est ꝙ hec clausula non operatur / vt quis
beneficium obtinere possit ad quod tempore concessionis
etatem idoneam non habet.

¶ Merito non placet hec sententia Joan. Andr. Petr. de
Ancha. Domi. ⁊ Franc. post lap. distinguen. ꝙ quando Pa
pa ad petitionem alterius facit gratiam / vel aliquid respi-
ciens ius priuatum. Et illud impediens de quo debet fie-
ri mentio procedit / aut ex facto proprio impetrãtis / aut ex
facto alieno. Si ex facto proprio vt quia est beneficiatus /
⁊ beneficium impetrat / vel est defectuosus: tunc non suffi-
cit clausula generalis / sed debet exprimi ĩ specie defectus
illius pro quo scribitur / vt etatis / ordinis / vel alterius / et
causa illius scilicet statutum / consuetudo / vel priuilegium:
ꝓpter quod talis redditur defectuosus / vt hic in tex.

¶ Etiam idem dicas si gratia vel priuilegium respicit ius
priuatum / ⁊ tunc aut impedimentũ gratie vel alterius re-
spicientis ius priuatum procedit a iure naturali vel quasi
vel si ille cui gratia conceditur est infans / vt capi. super or
dinata. s. eo. tit. vel furiosus / vt cle. vnica de homi. vel om-
nino illiteratus vel laicus / capi. ij. s. de insti. vel mutus in
quo nullomodo cadit beneficium ecclesiasticum not. Inno.
in capi. cum nostris. s. de conces. prebend. tunc etiã si gra-
tia motu proprio sit cõcessa cum hac clausula generali / tũc
obstans gratie non tollitur nisi aliter suã exprimat volun
tatem in literis impetratis allegant Archid. in. d. cap. si eo
tempore. s. de rescrip. ⁊ Joan. An. in cap. eam te. s. de eta.
⁊ qualita. ¶ Si vero procedit a iure positiuo: siue proce-
dat a iure cõmuni: siue priuato / vt a priuilegio / statuto / cõ
suetudine / aut onere a primordio imposito a quocunq̃ non
per modum statuti / vt. s. hoc titu. capitu. significatũ / tunc
aut scribitur proprio motu / ⁊ sufficient generalia non ob-
stantia ad consequendum effectum gratie dicto capitulo si
motu. s. hoc titu. tradit Franc. hic post Domi. qui subdũt.
Si ad alterius petitionem scribitur / ⁊ tunc quo ad effe-
ctum consequendum gratie non sufficit clausula genera-
lis; primum tamen dictum ꝙ sufficiat non placet per ea
que supra diximus in princi. questio.

¶ Et redeundo ad primam distinctionem / aut ex facto a-
lieno publico / alias sibi noto. Et hoc casu est vera opinio
Archi. secundum lapum. Si autem ex facto alieno non pu
blico / nec alias sibi noto: tunc vera sit opinio Joan. And.
vt sufficiat illa clausula generalis: maxime aliquali expres
sione precedente ⁊ secuta clausula generali secundũ Phi-
lippum Franc. hic / qui tamen subdit post Domi. ꝙ quic-
quid dicat lapus cuius opinio videtur equa dicit Petrus
de Anchara. in consilio. xx. Joan. de Imola. ⁊ Joã. de fau.
dicunt opinionem Archi. communiter approbari: pro qua
videtur casus in capit. si propter. s. de resc. hoc lib. vbi per
clausulã generalem nõ obstan. non preiudicatur iuri que-
sito tertio: vigore statuti / vel nisi alia expressa mentio fiat.

¶ Sed hic est ius quesitum ecclesie in seruitio sacerdotis
sibi debito: sic non suffragantur in oppositum verba: ꝙ effe
ctus gratie impediri valeat quomodolibet vel differri in
literis apostolicis de stilo apponi solita: quia ea non tol-
lunt ius tertio quesitum: prout citatur de clausula perin-
de valere vt late diximus in cap. cũ in tua. s. de cõsuetudi.

¶ Ideo non operabitur hec clausula generalis nisi quia
tollet subreptionem que posset opponi ex taciturnitate sta
tutorum / capitu. cõstitutus. s. de resc. tamen non operabi-
tur / vt inducat dispensationem super impedimento indu-
cto ab alijs iuribus spiritualibus pro quo tex. in capi. non
potest. ij. respon. s. hoc titulo eodem libro.

¶ Et per hec remanet opinio Joan. And. insubstentabi-
lis / quam dicunt aliqui eum publice in scholis reuocasse
testatur Alber. in dictionario in verbo non obstan. colũ. pe
nulti. ⁊ id audiuisse a multis scholaribus Joan. And. qui
subdit ibi eundem in curia Romana personaliter existen-
tem de ea opinio. per. R. D. Raymun. tituli sancti Euse-
bij Cardinalem fuisse reprehensum / qui ibi professus fuit se
eam in scholis reuocasse.

¶ Dominus etiam Gulielmus de Mãda goto Ebredunẽ.
Archiepiscopus vnus ex compilatoribus huius libri dicit
opinionem illam tanq̃ erroneam de libris fore radendam
prout idem Alber. ibi citat pro quorum comprobatione tra
dit formam ad hoc necessariam quam vide.

¶ Nunc aggredior secundum membrum videlicet quando
est annexio ordinis actu. Pro cuius expeditione habeo ꝓ
ponere dubium super quo his diebus interrogatus respõ-
di vt sequitur. Et eo expedito membri huius patebit inten
tum clarum.

¶ Pone Petrus Probus cupiẽs terrena in celestia / ⁊ trã-
sitoria in eterna felici commercio commutare / proq̃ diuini
cultus augmento (quod facillime permittitur Decius ca.
cum accessissent / nu. x. s. de constitu.) ⁊ sue anime salute ac
parentum suorum defunctorum et viuorum redemptione:
fundauit ⁊ dotauit in ecclesia parrochiali sancti Petri quã
dam capellaniam in honorem ⁊ sub titulo beate Cathari-
ne / cuius ius patronatus (tanq̃ laicale) voluit remanere
penes syndicos seu procuratores fabrice eiusdem parro-
chialis. Qui occurrente illius vacatione habeant potesta
tem presentandi vnum capellanum sufficientem ⁊ idoneũ
R. do. Bituricen. Archiepiscopo loci ordinario / per eundẽ
instituendum in rectorem dicte capelle / modo dicta vacan
te capellania / prefati syndici seu procuratores fabrice quẽ
dam G. nomine non sacerdotem / nec huius etatis qui actu
tempore presentationis esse potuisset. d. R. Bitur. Archie
piscopo de facto presentarunt: qui sic presentatus ab eodẽ
Bitur. Archiepiscopo (qualitates dicte capellanie igno-
rante) in eadem est institutus capellania. Et sic eidem eam
contulit: lapsis quidem quatuor mensibus / quidam Jaco-
bus actu presbyter / intuens eandem capellaniam tanq̃ iu
re deuoluto vacantem: ab eodẽ Bitur. Archiepiscopo im
petrauit ⁊ de ea sibi prouideri obtinuit / possessione subse-
cuta. Ex hoc themate dubia resultant sequentia. Primum
an fundatores ecclesiarum vel capellaniarum possint appo
nere pacta / cõditiões / aut modos / in actu dotis ꝯstituẽde.

¶ Secundum quid importent ista verba / quotiens contin-
geret dictam capellaniam vacare: ius patro. spectet ad syn
dicos seu procuratores fabricios / qui debeant presentare
capellanum sufficientem ⁊ idoneum: quid appellatione ca-
pellani intelligere debeamus.

¶ Tertium dubium an dicta capellania sic fundata sit sa-
cerdotalis / ita ꝙ requiratur ad validitatem presentationis
⁊ institutionis ꝙ de ea prouideatur actu sacerdos.

¶ Quartum dubium an patroni presentando inhabilẽ qui
infra quadrimestre alium non presentarũt sint priuati pro
illa vice iure presentandi. Et eis priuatis ius prouidendi
sit deuolutum ad archiepiscopum loci ordinarium.

¶ Quintũ an propter temporis diuturnitatẽ presumatur
consensus Archiepiscopi interuenisse in fundatione ⁊ ere-
ctione dicte capellanie.

¶ Sextum an potuerit ipse Jacobus intrare possessionẽ
G. non vocato nec citato.

11 ¶ Ad primũ dico * ꝙ fundatores in fundatione ⁊ dotatiõe
ac erectiõe possunt pacta / modos / ⁊ cõditiões apponere te
net Car. cõ. 82. ad primũ dico Cal. cõ. ij. ti. de religio. domi.
Si testator reseruat / ⁊ consi. pe. ⁊ fi. de iure patro. pro quo
habes que citat Hostien. in. c. fina. col. fi. s. de sta. regula. ꝙ
fundans ecclesiam regularem potest apponere pactum / ꝙ
clericus secularis habeat vocem in capitulo ⁊ in electione
abbatis / quem referunt ⁊ sequuntur Joã. And. ⁊ Domi. in
c. ex eo in fine de elec. hoc lib. Secus post fundationem di-
12 cit ibi Hostien. Ratio potest esse in simili / quia * facilius
est repudiare ius sibi querendum: q̃ acquisitum remittere
vel donare. c. ex ore. s. de his que fiũt a maiori parte capi-
tuli. Freder. cõ. ccxlvij. Casus talis est quidam episcopus:
facit qr prelatus potest repudiare legatũ factũ ecclesie / sed
postq̃ quesitũ est ecclesie / ⁊ incorporatũ ⁊ factũ sanctũ san
ctorũ / non potest: notat late Barba. con. xxiij. col. iij. Scri-
psit propheta in quinta dubitatione libro primo.

¶ Dictũ Hostien. Firmat Panor. in. c. preterea el. ij. s. de iu
re patro. facit. l. in traditionibus. ff. de pac. ⁊. l. iij. in fine. C.
de contrahen. emptio. ⁊. l. fi. C. de pac. inter empto. ⁊ vendi.
Barba. in d. consi. xxiij. in. d. v. dubita. Rationem addit pre
misse conformem. Quia ante fundationem ecclesie nullum
ius est quesitum: merito id permittitur fundatori patrono
alias forte sine ea lege fundaturo: ideo epũs ea de causa
episcopatui preiudicat / qḋ est ꝑmissum iuxta not. ꝑ Innoc.
in. c. j. s. de constitu. ꝙ ex causa ꝑmissuꝫ est iura transgredi.

late dico in capi.in fidei de hereti. vt maiori obuietur preiudicio/iuxta illud Bald.in capit.cum adeo.nume.vj.ã.de rescrip.q * malum est perdere cappam/ sed melius est seruare vitam. ¶ Pro intento facit quod idem Domi.citat in capi.cum in ecclesia/in no.si.isto titu.q patronus potest in creatione beneficij adijcere onus/ q semper presentetur ad illud de suo genere: si sunt aliqui qui velint presbyterari et sint idonei/quod firmare poteris per notata Cal. consi.iiij.titu.de iure patron. iuuat dictum Bald. in.l.ij.in prin.C.de in ius voca. q fundans ecclesiam potest apponere pactum q ius patrona.non transeat ad heredem extraneu p not.in.c.cosyderadu.xvj.q.vij.not. Walerc. in trac. de elec.charta.ij.Paul.de cast.cosi.ccclxv. in prima parte. ¶ Hinc est q Card.consilio.xj.quedam societas/egregie consuluit/ q si episcopus interponens autoritatem fundationi oratorij consentit protestationi fundatoris/ q illud oratorium non subsit episcopo: valebit protestatio: quod verum quando oratorium fit simplex oratorium prophanu et seculare: secus si in figura ecclesie vt ex eius doctrina resultat. Ratio quia * per episcopum non potest immutari iuris dispositio Panormi.in casu nostro in capitulo preterea.j.ã.de iure patrona. prout diximus q non potest inferior a papa/ alterare ius commune. Barba.in dicto consi. xxiij.col.ij.firmat Paulus de castro consilio.ccclviij. Primo est sciendum/ in prima parte/ vbi dicit q vtcunq procedatur per testatorem episcopus habebit instituere et heredes presentare. Uide que in proposito dicit lapus allega.xlij.querit de tribus.

¶ Ad idem facit quod tenent domi.de Rota in antiq. decisio.662. Est sciendum/ q si aliquis testator ordinet in suo testamento beneficium sacerdotale: et dicat volo q talis.xiiij.anno.vel maioris etatis:habeat beneficium meum et interim q possit esse sacerdos talis ordinatio testamenti tenet et valet/ ita tenet rota.

¶ Firmat intentum Panor.in capitu.significatum.nume. v.in fine.ã.hoc titu.dum dicit q patronus potest ordinare prout sibi videbitur et illum ordinem porrigere postmodu episcopo vel pape. Et superior instituet beneficium et apponet illa onera et modos qui sibi legitimi videbuntur notat Joan.de Anania consi.lxxvij.in punci.visis et ponderatis/ ibi in donatione que fit ecclesie potest apponi conditio/modus/causa/et quodlibet pactum:dummodo sit iustum et honestum. Idem dicit de creatioe ecclesie vel beneficij quod comprobat Barba.in.d.cosilio.xxiij.in quarta dubitatione rationem adducit/ quia * quisq dicitur moderator et arbiter in re sua.l.in re mandata.C.manda. Quam moderationem papa/aut alius superior auctorisans habebit modificare secudum iuris comunis dispositionem/ et vt equu et rationabile videbitur.

¶ Hinc est q episcopus non potest concedere laico tempore fundationis/q habeat vocem in ecclesia collegiata:cu sit contra ius/ capitu.sacrosancta/ et capitu.massana. ã.de electio. contra quod non disponit episcopus iuribus vulgatis. Maxime hoc in casu/ quia * nullus prelatus citra papam potest laicu habilitare ad ius spirituale consequendum not.in capi.ij.ã.de iudic.et in capi.bene quidem.xcvj. distinctio.et.xxxij.distin.§.verum glo.in capitu.nobis.ã.de iurepatro.dixi.ã.in capitu.ij.isto titulo.

¶ Premissis tamen additamentis et pactis seu modis obstat/quia hec videntur apposita contra ipsam iuris comunis dispositionem/ et sic insurgit nullitas actus.l.non dubium.C.de legibus/cum alijs vulga.l.nemo.de lega.j.capit. requisisti.ã.de testa.et vbiq scribe.in qua nullitate minus non agitur cum homine q cum lege.l.si libertus.ff.de iurepatro. Joan.de Jmola in clemen.prima/sub nume.iiij.de iurepatro.dico latius in ca.Romana/in fi.de sente.excoic.

¶ Quod dicantur apposita probo:quia * clericus maior septennio ad huiusmodi capellas et alia beneficia simplicia non dicitur idoneus Joan.Mona.in capi.fina.ã.de iudic.doc.in capi.super inordinata.ã.hoc tit. Idem post glo. in capi.si eo tempore de rescrip.hoc lib.glo.in capi.de his xxviij.distin. quam ibi sequuntur Archi.Car.Alex. et Domi. Idem Domi.consi.xxxviij.col.prima pro clariori.

¶ Tu tamen dic id habere locu/quando aliter non disponitur in fundatione: secus si alias:notant prefati scriben. in.d.capitu.de his/ et Domi.in.d.consilio.xxxviij.

¶ Sed priusq ingrediar secundum dubium:quero quis * poterit derogare his modis et coditionibus in fundatione appositis Panor.in.c.cu accessissent.nu.v.ã.de costi.refert Cal.in facti cotingetia obtinuisse/ q episcopus non potest dispensare contra institutionem beneficij/ vel ipsam immutare/vel contra eam venire:adducit Jnno.in cap.finali.ã. de cler.non residen.vbi dicit episcopum non posse contra statutum beneficij dispesare. Refert et sequitur Barba. in d.consi.xxiij.versicu.circa tertiam dubitationem circa medium: subdens Cal.etiam dicere q similiter episcopus no potest dispensare/q habens aliud beneficium habeat beneficium patronale:si illud repugnet institutioni facte a patrono. Et licet patronus per suam negligentiam priuatus sit iure presentandi:tamen beneficium non poterit aliter coferri q se habeat beneficij institutio:facit cle.vnica versic. prioratus ecclesias de supplen.neg.prela.

¶ Episcopus * enim secundum Alex.con.primo/nu.xxxj. volumine quinto. Magis astringitur canonibus.xxv.q.ij. institutionis/q principes seculares legibus.l. omnes populi cum ibi not.ff.de iusti.et iur.

¶ Suadet ratio q episcopus non possit immutare institutionem beneficij. Quia inferior * a Papa non potest alterare pium relictum sapiens temporalitatem:ergo multominus poterit alterare pium relictum sapiens spiritualitatem notat doc.in cle.ij.de religio.do.quia propter vnu quodq tale et illud magis auten.multomagis.C.de sacrosanc.ecclesie. Ratio rationis quia(vt diximus) inferior a Papa non alterat ius commune/prout nec legem/sed voluntas testatoris canonica/lex est seu ius commune:quantum ad eum: siue spiritualitatem sapiat siue temporalitatem.§.disponat in aute.de nup.col.iiij. Jta dicit Barb.in.d.co.23.in.ij.col.

¶ Jstud tamen habes moderare secundum Panor. in di.c. cum accessissent: nisi episcopus faciat id ex necessitate ecclesie patrono renuente consentire:quod comprobat:quia * quando patronus sine causa non vult consentire permutationi beneficij:potest episcop[9] hoc facere necessitate vrgente sine consensu patroni:quia patronus non debet impedire magnam ecclesie vtilitatem.

¶ Et hec necessitas seu causa debet in tali dispositioe exprimi alias esset nulla/per ea que ample diximus in proemio/in verbo relaxatio. Ratio quia vbicunq * requiritur aliqua causa in dispensatione/illa debet semper exprimi in ea alias est nulla/et hoc de quocunq dispensante ab eo qui plenitudinis potestatem non habet Fely. post alios in §. de adulterijs in.c.at si clerici.ã.de iudi.

¶ Moderare secundo/nisi adhoc specialis accedat consensus patroni:vel eius heredis secundum Panor.vbi.ã.quia tunc episcopus dispensat/Decius tamen ibi col.vij. versic. tertio illud quod in coclusione dicit id quod citauimus de herede non videri sine dubio procedere:q heres * no potest venire contra factum defuncti.l.cum a matre.C.de rei vendic.prout in simili dicit Paulus de castro con.cclix.numero.vj.Omnis difficultas in prima parte.

¶ Et licet patronus qui fundauit beneficium consentire possit et mutare voluntatem suam:ista tamen facultas non videtur heredi competere vt in simili videtur tex.no.in.l.si ego.§.si res.ff.de iur.dot.facit tex. in.l.fi.C.de reuoc.do.et in.c.fi.de dona.ã.et in.l.iij.ff.de seruis expor. istud in terminis firmant Car.et Jo.de Jmol.in cle.quia contingit de religio.domi. Ratio quia * fundatoris intentio implenda est in forma specifica:vt in simili dicit do.Bertrand. Carpen. aliquando contemporaneus noster in con.ccxliiij.nu.primo viso consultationis/parte tertia/allegat.l.qui heredem in prin.et.l.Meuius.ff.de conditio.et demo. Hinc Bal.in rub. de rerum diuisio.ff.dicit q si pater in testamento madauit q fiat hospitale in domibus suis/filius non poterit eas eligere pro sua legitima tradit Alexad.in consilio.xij.col. prima perspectis his volu.v.

¶ Has modificationes procedere dicas/si autoritate episcopi aut alterius inferioris fuerit facta fundatio et institutio: secus si autoritate Pape cum adiectione clausule decreti/quia tunc episcopus nec quiuis alius a Papa etiam cum causa et cum consensu patroni non poterit dispensare/ nec naturam beneficij immutare per ea que tradit Decius in dicto capitulo cum accessissent versiculo tertio/ conclusio supradicta:faciunt ea que late diximus in capitulo tibi qui.ã.de rescrip.

¶ Capio secundum dubium, Quid * importet hec dictio capellanus:dic prima fronte videri importare simplicem clericum et soli militie clericali ascriptum:habetem capellam argumeto sumpto ex vi vocabuli et etymologia/quod dicitur iure validu notant scriben.post textum in.l. secunda.§. appellata.ff.si cert.peta.Panor. in capitulo quamuis.ã. de verborum significa.vbi dicit hoc verum nisi diffinitio contradicat:nam semp standu est diffinitioni/q diffinitio euacuat substantia

diffiniti p gen⁹ & substātiales differētias/ qd nō facit etymologia: p hoc lege prima/ & quod ibi not. ff. de testamen.

26 ¶ In contrarium tamen se habet rei veritas: quia imo * appellatione capellani/ venit actu sacerdos qui missam celebrat: firmat Paul. de castro dicto consilio. cclviij. Primo est sciendum/ in prima parte/ dum dicit: quia si dicat instituo vnum presbyterum: tantū est si dicat vnum presbyterum vel capellanum nec differunt.

27 ¶ Istud verificatur ex communi vsu loquendi * qui tam in contractibus/ q̄ in vltimis voluntatibus venit attendendus: facit in argu. l. certi cōditio. §. si nummos ibi quotidie. ff. si cert. pe ta. l. si quis donaturus. ff. de vsufruct. l. Nam ad ea & ibi scriben. ff. de legibus. Panormi. & alij post text. in capitulo primo de clericis non residenti. vbi dicitur/ q valet argumentum ab his que fieri cōsueuerunt qd late comprobaui. s. in capitu. nemo/ de electio.

¶ Iuuat dictum Philoso. in primo de anima/ q accidentia * magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. Obseruātia enim communis & consuetudo regionis interpretationem & intellectum quidditatis rerū operatur/ disponit/ & declarat. l. minime. ff. de legibus/ ideo etiam vt verba omissa subintelligātur. l. fi. C. de fideiusso.

28

¶ Hinc dicimus q licet lex ferias vindemiarum vel messium non declaret/ seu non determinet: statur tamen communi obseruantie. l. presides. ff. de fer. l. si in aliquam. ff. de offi. procons. & lega.

¶ Item q̄uis lex non determinet vsq ad quam diem cautio sit prestanda: tamen statur * communi obseruantie loci. l. si finita/ & ibi glo. ff. de dam. infec. facit in simili quia verba testatoris sunt interpretanda secundū consuetudinem loci. l. si seruus plurium. §. finali/ de lega. primo not. Alexan. consilio. xx. col. ij. volumi. ij.

29

¶ Item licet lex non disponat qualis cautio prestari debet: tamen stari debet loci obseruantie not. in lege si quis rem. ff. de custo. & exhib. reo. faciunt not. in lege labeo. ff. de supel. lega. & in lege si quis in fundi vocabulo de lega. primo/ & in lege cum delanionis. §. Asinā. ff. de fundo instruc. & in capitulo ex literis. s. de sponsa. Alexand. cōsilio. xlix. in fine viso processu/ volumine tertio.

¶ Et vt dixi istud procedit/ siue verba proferantur a testatore/ siue a contrahente. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. l. si fundus. ff. de actio. emp. & vendi. & quod not. in. l. quod si nolit. ff. de edil. edic. tradunt doct. in. l. de quibus. ff. de legibus. Panor. cōsilio. xxxvj. nu. iiij. Videtur primo. Decius cōsilio. cclxxxiij. nume. ix. viso puncto: vbi dicit q secundum communem vsum loquendi dispositio testatoris intelligitur. l. liberorum. §. qd tū cassius de leg. iij. l. labeo. ff. de supel. leg. Decius consi. ccclxv. viso consilio.

30 ¶ Hinc est q verba * in quibus cadit seu potest cadere interpretatio/ tam iuris communis q vsus cōmunis loquendi: debent interpretari secundum cōmunem vsum loquendi. Notat ample Roma. consi. iiij. sententiam prelati/ & consil. xxxij. visa municipali constitutione/ concordat Maria. Sozi. consi. xxxvj. col. penul. dum dicit q si statutū vel cōsuetudo diuersum statuūt in filijs masculis & feminis/ tūc in prolatione generali potius videtur testator voluisse in dubio intentionem suam adaptare consonantem statuto vel consuetudini loci/ q̄ iuri communi: quia hec vulgaria ad vulgarem intelligentiam referenda sunt verba/ capitu. ex literis. s. de sponsa. & d. §. quod tamen cassius.

¶ Et intellige consuetudini loci in quo versatus est: & in quo habitat/ non in loco originis quod discutit late Sozi. consi. ccxlvij. col. iiij. circa primum.

31 ¶ Ratio potest esse quia * communis vsus loquendi dicitur proprius intellectus adeo vt possit esse contra proprium significatum verbi notat Angel. in. §. si quis filiabus/ colū. penul. insti. qui tutor. da. in testamē. po. Ratio rationis quia communis vsus loquendi dat significationem rebus. l. labeo/ & ibi Barto. ff. de supel. leg. not. Alexand. consi. lxxxij. nume. xv. viso/ volu. tertio. Quodq omni regule omniq constitutioni: solus vsus communis loquendi derogat. Notat domi. Bertrandi/ consilio. ccxlj. nume. iiij. viso instrumento/ in prima parte.

32 ¶ Et propterea dicitur q * non solum statuta fauorabilia sed etiam penalia & sic odiosa intelliguntur secundum communem vsum loquendi. Istud videtur de mente Bart. in lege libellorum/ in. §. sed si aliud in fine. ff. de accusa. comprobat latius Panor. in capitu. ij. col. prima. s. de arbit. vbi dicit/ q in omni dispositione q̄tūcunq odiosa & restringibili debemus facere interpretationem secundum communem vsum loquendi allegat glo. in capit. nonnulli. s. de rescrip. cum alijs. Areti. in capitulo per tuas/ numero. xiiij. versiculo quarta conclusio. s. de probatio. doct. in capitulo vnico de iniur. hoc libro. Late Decius consilio. cccccxl. querit in effectu vbi subdit/ q verbum dubium statuti debet intelligi secundū cōmunē vsuz loquendi. Istud videtur firmari in simili per id quod notat Alexan. in consilio. cx. col. secunda visis acutissimis/ volumine primo/ q * probatio debet interpretari secundum communem & frequentem accidentiam/ glos. & docto. in lege neque natales. C. de probationib.

33

¶ Istud comprobat idem Panor. in capitulo per tuas/ numero sexto. s. de probatio. & Areti. ibi eod. numero dum dicit q communis vsus loquendi in materia odiosa & stricti iuris preualet proprio significatu verborum. d. §. quod Cassius: imo etiam in materia * odiosa appellatione nepotis veniret filius fratris vel sororis Io. And. in. c. fundamenta de elec. hoc lib. in nouella/ licet ex proprio significatu nepos dicatur filius filij: vel filius filie. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de gradib. & l. liberorum circa medium. ff. de verborum signifi.

34

¶ Inquantum. s. proxime diximus statuta debere intelligi secundum communem vsum loquendi: illud dic verum nisi in volumine statuti dicatur q verba nostrorum statutorum debent intelligi non extrinseco addito: vel diminuto: tunc intelligitur secundum iuris communis interpretationem: ratio est quia sensus * communis loquendi est quid extrinsecum: ita dicit Roma. sing. ccccxix. quod exorditur communis doctrina est q verba statuti.

35

¶ De probando autem communem vsum loquendi attende ad ea que tradit Alex. in con. cxxxj. nume. iiij. super themate/ volu. vij.

¶ Et quo ad materiam que dicitur stricti iuris comprobat idem Areti. numero. xiij. vbi. s. proxime. Pone exemplum in stipulatione que est stricti iuris: tamen recipit interpretationem a communi vsu loquendi. d. l. semper. ff. de reg. iuris/ & l. sciendum. §. illud. ff. de edil. edicto.

¶ Quod autem communis vsus loquendi preferatur cuicunq proprie significationi habeo tex. in. c. q̄uis vbi Panor. s. de verbo. significa. no. in. l. Labeo de supel. lega.

¶ Et sic habes q communis vsus loquendi derogat omni regule omniq constitutioni in exaudiendis sermonibus gl. in. d. §. qd tū Cassius Curtius cō. xvj. col. vj. clarus vir.

¶ Multa circa hunc punctum possemus effundere: sed q plus laboriosum q̄ subtile videretur/ ideo sistamus ratem non omittendo * tamen q ad cognoscendum communem vsuz loquendi attenditur maior pars ciuitatis vel loci Panor. in. c. ex parte post glo. in verbo primo casu. s. de censib. Etiam attenditur q talis communis vsus loquendi receptus sit a personis plus in ciuitate vel loco intelligibili: Pro quo habeo quod citat Maria. Sozi. consilio octauo visis & diligenter/ q illud vulgare q res tantum valet quantum communiter vendi potest/ debet intelligi ab hominibus scientibus ipsius rei conditionem siue qualitatem. Nō autem sit receptus a rusticis aut vilibus * & omnino idiotis/ qui presumuntur loqui secundum abusum & improprie secundum glo. in. l. stipulatio ista. §. his quoq. ff. de verbor. obliga. & in. l. si quis filiabus. ff. de testa. tutel. refert Areti. in. d. c. literas/ numero. xv. facit in simili quod dicitur de fama vt ipsa procedat & originem sumpserit ab honestis personis notat Alex. con. lxxxiij. nume. vij. viso vol. iij.

36

37

¶ Quia talis vsus non attenderetur contra propriam verborum significationem & naturam cum iura * sapientum & statuta non debeant deturpari per ora rusticorum & idiotarum. Bald. singulariter in capitulo primo de suc. feud. & in. l. secunda versicu. nec puto. C. de suc. edicto. In quibus seu eorum sensu non cadit varietas aut vocabulorum differentia/ testis est glo. in. l. quod si nepotes. ff. de test. tutel. Ita intelligas illud vulgare/ q verba prolata a vulgaribus debent intelligi secundum quod accipiuntur communiter a vulgaribus glos. & doc. in. l. stipulatio ista. §. hec quoq de verbo. obliga. ff. notat Alex. consil. cij. in fine viso themate volu. vj. & consilio. xxvj. numero. xj. videretur fortasse volu. tertio. Quia vt diximus locutiones rusticorum & imperitarū psonarū: nō sunt proprie sed abusiue dicit tex. in. l. itez si p tor. ff. de suis & legit. hered. & ita intelligit tex. in. l. ita vulneratus. §. j. ff. ad leg. Aquil. & tex. no. in. l. si dictuz. §. j. ff. de euictio. ibi nō tū vt vulgaris opinat satisdare debet. Nā * verificādi sunt smones sm cōmunē opinionē intellectū habentiū. Bal. in. l. j. C. de seruis fugi. p tex. in. l. si quis ita: in fine/ ibi qd vtiq nemo sanus pbault. ff. de euictio. p dicto Bal. facit tex. in. d. c. ex literis el. j. s. de spon. ibi & cogatur

38

39

vtercꝫ verba prolata in eo ſenſu retinere quem ſolēt recte intelligentibus generare. Uide Alexan.conſi.v.circa primum/volu.iij.ꝛ in conſi.xcvij.nume.iij.viſo themate/volu. ij.vbi dicit ꝙ vſus communis loquendi maxime tuſcorum attenditur in conſuetudinario.

¶ A tali igitur incenſata vulgi opinione ꝛ aſſertione cauſari non debet cōmunis vſus loquendi / cum de ea non ſit curandum argu.not.in capitu. ad audientiam/ iuncta glo. 40 prima.ꝫ.de probationi.iuxta illud tritum *. Uane voces populi non ſunt audiende. lege decurionum. C. de penis. Alexan.conſi.cj.nume.viij.circa primū/vol.vj.latius cōſil. lxx.col.prima/in cauſa vertente/volu.tertio.

¶ Ratio ſuadet/quia ſepe accidit in contingentia facti : ꝙ qui magis indiſcrete ꝛ irrationabiliter loquitur inter fatuos/magis acceptus habeatur/qui vt plurimū in maiori numero ꝙ ſapiētes exiſtūt iuxta illud eccleſiaſtes primo.Stultorum infinitus eſt nūerus.Jo.Mo.in pḣc. ꝫ.ſacroſancte.

41 ¶ Item ꝛ poſtremo * qui allegat hunc cōmunem vſum loquendi tenetur illum probare / iuxta tritum in iure / facit quod not.Bald.in preludio feudo. col.ij. ꝙ allegans conſuetudinem probare tenetur/cum in facto conſiſtat:ꝛ facta non preſumuntur preſertim contraria iuri vel rationi / capi.primo.ꝫ.de conſti.hoc lib.Idem dic de ſtatutis Alexā. conſilio.lxxxvj.nume.vj.viſa inquiſitione/volu.iiij.

42 ¶ Licet difficile ſit vſum illum probare cū ad eum probandum non ſufficiat teſtes * deponere ꝙ ſic communiter dicitur/ſed debent deponere ſe ita cōmuniter audiuiſſe/alias nihil cōcluderent tanꝙ de proprio ſenſu deponētes ſecūdū Bar.in.d.l.labeo/de ſuppel.lega.ꝛ Bal.in.l.de quibus circa finem.ff.de leg.ꝛ plene per Anto.de Butrio/ in repetitio.capitu.fina.col.vlti.ꝫ.de conſuetudi.

¶ Uide Tho.Ferra.cautella.vij.vt habes ꝙ cōmunis opinio ꝛc.vbi inter alia concludit/ꝙ ad probandum cōmunem vſum loquendi debet articulari ꝛ probari ꝙ tempore facti actus ſic ſe habebat communis vſus loquendi firmat Decius dicto conſilio.ccclxv. in fine viſo conſilio allegat que notat Alexand.in.l.v.in princi.ij.col. in verſiculo ſecundo allegat communem ꝛc.ff.de verbo.obliga.ꝛ Sozi.in.l.Gallus.§.ſi eius/col.fina.ff.de liber.ꝛ poſthu.quod idem Decius repetit in conſilio ſequen.nume.viij.vbi vnum ſubdit in propoſito / ꝙ verum eſt ꝙ communis vſus loquendi de- 43 bet * attendi quando profertur vulgariter / ꝛ in materno ſermone : ſecus in ſermone literali in quo verba ꝓprie accipi debent.Alexand.in conſilio.cxv.col.prima.Eterni numinis/volu.ij.vbi dicit ꝙ quando verba proferuntur a ſtatutariis ꝛ iuriſperitis / non inſpicimus quomodo cōmuniter ꝛ vulgariter loquantur idiote : ſed reſpicimus quomodo loquuntur iuriſte.Idem Alexan.in conſi.ij.nume.lv.volu.primo/ꝛ cōſil.lx.nume.viij.viſis verbis/eo.volu.allegat Cy.in.l.ante.C.de dona.ante nupt.Barto.in.l.duodecim tabul.col.fina.C.de legi.her.Jmola.in capi. cum tibi in fine.ꝫ.de teſtamen. ¶ Pro premiſſis vide que dicit Maria.Sozinus.conſi.vj.in fi.prime colū. ꝛ Jaſonem in conſilio.lj.col.iij.circa primum/volumine primo.

¶ Facit in ſimili quod notat Alexan.conſi.xliiij. nume.v. videretur/vol.v. ꝙ verba prolata a legis cōditoribus ſeu a iuriſperito intelliguntur ſecundum interpretationem legalem/ licet ſi proferantur ab idiotis intelligantur ſecundum quod in idiotam cadunt per notata in.l.quod ſi nepotes.ff.de teſtamen.tutel.iuncta.l.prima.C.de contrahend. ſtipula.vide eundem Alexan.conſi.lxxxv.volu.iiij.ꝛ conſi. primo.nume.xviij.volumi.primo.

¶ Idem dic de verbis notarij notat idem Alexā.in conſi. lxxxij.col.ij.in cauſa vertente/volumi.primo.

¶ Capio tertium dubium, concludendo de neceſſitate ꝓuideri debere capellanie de preſbytero actu miſſam celebrante/quod com- 44 probo.Quia quale * ſit feudum tenor oſtendit inſtrumenti argu. l. ad probationem el.j. Ibi quem tenor ſcripture deſignat.C.de probatio.capitu.recepimus. ꝫ.de priuileg. ꝛ capitu.porro/eo.titu.Innocen.in capitu.primo. in princi.ꝫ.ne ſede vacan.l.ſancimus / ibi pacti tenor ad hec reclamauerit.C.de fideiuſſor.ca.ex tenore.ꝫ.de foro cōpetē.

¶ Item per tenorem dicte fundationis dicitur ꝙ inſtituatur capellanus/qui vt ſupra probauimus dicitur preſbyter actu celebrans. Igitur ſi alius non huius qualitatis inſti- 45 tuatur non valet inſtitutio/licet ſit etatis ad promouendū quod probo: quia * quando lex/vel ſtatutum/ aut diſpoſitio requirit aliquid qualificatiue: debet prius conſtare de tali qualitate:ita ꝙ talis qualitas debet prius īteruenire. nec ſufficit ꝙ ſubſequaꝰ.Militat equidē in ꝓpoſito theorica iuris/ꝙ quādo in aliquo actu ſeu diſpoſitione explicā da requiriꝰ certa qualitas in perſona/ſi talis qualitas non ineſt tempore explicationis actus ſeu diſpoſitionis: talis diſpoſitio non tenet in preiudicium perſone habentis illā qualitatem requiſitam.l.fi.§.ait lex.ff.de diuor.

46 ¶ Ratio/dicunt doc.qr * potentia ꝛ habitus non videntur eſſe de conſideratione iuris/prout dicit gloſ. reputata ſingul.in clementina prima de priuileg. que vult quod ſi parrochianus a ſuo ſacerdote habuit licentiam eligendi ſibi confeſſorem / quod debet intelligi ciuiliter per ea que latiſſime cumulat Brunus in tracta.de forma ꝛ ſolennitate in rubrica quando cenſeatur forma vel ſolennitas remiſſa in princi.quod eſt dictu in propoſito quod debet eligere ſacerdotem habentem animarum curam in actu ꝛ exercitio/non in potentia ꝛ habitu / facit dictum philoſo.in ſecundo de anima/quod actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito notat Joannes Mona.ꝛ ibi dico in.c.Romana de ſenten.excommunica.

¶ Cum igitur fundatione requiratur quod inſtituendus tempore collationis ſit preſbyter idoneus ꝛ ſufficiens : ſequitur quod huiuſmodi qualitas debet adeſſe ſubiecto tēpore collationis / nec ſufficit ꝙ ſit tempore acceptationis per ea que not.glo.in.c.ſtatutum in verbo canonicis in fine ꝫ.de reſ.hoc libro que dicit ꝙ opus eſt ꝙ delegatus ſedis apoſtolice ſit canonicus eccleſie cathedralis tempore commiſſionis: licet nō ſit tempore preſentationis reſcripti pro quo vide Joannem Monach.ibi.

¶ Pro hoc membro attende ad ea que tradit Decius in.c. cum in cunctis.§.inferiora in fine de elec.ꝫ.

47 ¶ Item ad eum * caſum non adaptantur diſpoſitiones teſtamenti:ad quem non adaptantur teſtamenta arg.l.iiij.§. totiens.ff.de dam.infec.l.quod conſtitutum.ff.de teſt.milita.c. indēnitatibus.§.ſed cum eas. ꝫ.de elec.hoc libro.l.ita autem.ff.de admi.tutor.Alex.con.xlviij. in fine viſo ſtatuto/ vol.tertio.Sed dicta verba capellanus idoneus/nō adaptantur ad.d.G.ergo nec eius diſpoſitio. Igitur nullomodo potuit inſtitui in dicta capellania/Ratio alia poteſt 48 adduci:quia * vbi aliquis debet facere aliquem actum ſub certa qualitate neceſſaria ad illum actum/ſi faciat ſub alia non valet actus tex.in.l.pri.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo.obliga.c.cum aliquibus ꝛ.c.ſuſceptum de reſc.hoc libro ꝛ.c.hi.hoc ti.ꝛ lib.notat Henric.Boic.in.c.cum dilectus in prin.ꝫ.de iure patro.qui per hoc dicit ꝙ ſi prelatus preſentatū a patrono inſtituit non ſub qualitate et titulo preſentationis ſed alias iure ſuo/perinde eſt acſi nullomodo inſtituerit nec valet inſtitutio.

¶ Poſtremo in pūcto hoc habes ea quē.ꝫ. diximus in pro- 49 ximo dubio ꝙ ſi reperiatur * fundatio deſcripta verbis latinis ꝛ non vulgaribus:ꝙ talia verba debent interpretari ſecundum iuris communis diſpoſitionem ꝛ interpretationem/ꝛ non ſecundum vulgare idiotarum per ea que tradit Bar.in.l.ſi quid earum in principio de leg.iij.ꝛ in dicta.l. liberorum in vltima col.ff.de verbo.ſignifica.ꝛ in.l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tutel.dum dicit ꝙ ſi in teſtamento idiote/ redacto in ſcriptis per notarium:reperiantur aliqua verba latine ſcripta/debent interpretari ſecundum iuris communis diſpoſitionem ſeu interpretationem / et non ſecundum vulgare idiotarum arg.eorum que notantur in.l.prima.C.de vſur.ꝛ in.l.ſciendum.ff.de verbo.obliga.Bald.in l. lege.C.de legi.heredi.Sequitur Alexā.conſilio.xxxvij. col.fi. viſo themate volu.ſexto.

50 ¶ Capio quartum dubium, An * patroni qui preſentarūt minus idoneū infra quadrimeſtre:ſint priuati vice hac preſentandi/ꝛ ius ſit deuolutum ad loci ordinarium. Breuiter videtur ꝙ ſic notant ſcriben.poſt tex.in.c.vnico de iure patro. hoc libro/ ꝛ in cle.vnica de ſup. negli.prela. Angel. in auten. de ſanctiſ.epiſcop.in.§.ſi quis oratorij col.nona.Panor.in. capitulo illud in fine/ꝛ in capitulo cum propter.ꝫ.de iure patro.ꝛ in capitulo cum vos.ꝫ.de offic. ordina. Archi. in capitulo primo.ꝫ. iſto titulo.

¶ Sed dubium ſtat an poſtꝙ ſcienter preſentarunt indignum/qui admiſſus eſt per prelatum inſtituentem non expectato quadrimeſtri ſit eo ipſo priuatus vel debeat expectare quadrimeſtre/vt ius dicatur deuolutum / et hoc eſt vtile ſcire . In puncto ipſo reperio varios varia dixiſſe: Hoſtien.in dicto capitulo cum propter dicit quod quemadmodum patronus clericus eo ipſo quod preſentat indignum/ ea vice iure preſentandi eſt priuatus. gloſ. in dicto capitulo cum vos ꝛ ibi ſcriben.in hoc concordes . Idem venit dicendum in laico patrono per dictum §. ſi quis

oratorij/⁊.§.fi.in auten.vt clerici qui rece.⁊c.col.v.⁊ in au-
ten.de ecclesiasti.titu.§.si quis edificationem in fi.colū.ix.
Ante Hostien.tenuit Inno.in ca.proposuit/ibi nos credi-
mus ad superiorem deuolui prouisionem patrono presentā
te indignū.d.§.si quis oratorij:licet epūs benefaciat si red
dat ꝓuisionem patrono.Quia nō sunt ita instructi in eccle
siasticis negocijs. Idem ibi ipse Hostien. ante finem/⁊ in
ca.ij.etiam ante finem.s̄.de suppl.neg.prela.vbi Anto.de
Butrio in fine/idem tenet qui post Hostiē.tres subdit ra-
tiones. Prima est vt puniātur in quo delinquerunt/ca.pri-
mo.s̄.de transla.epi. Secunda/ quia non refert an nullum
vel minus idoneum eligant/ca.inter corporalia.§.sed neq̃
eo.ti. Tertia/quia patroni clerici pinguius ius habēt q̃
laici/qui hac de causa priuātur eo ipso vt prediximus/er-
go a fortiori laici. ¶Suadet alia ratio/quia si eligentes
scienter indignum sint priuati quorum potestas est fauo-
rabilis ⁊ de mera iusticia/ ergo fortius in presentatoribus:
quorum potestas est de gratia.Bal.in.d.cap.cum vos/ nu
me.iij.⁊ sic facilius tollenda/capit.ij.⁊.iiij.s̄.de iure patro.
Ista fuit ratio Joan.de Lignia. in dicto capitu.cum vos/
prout refert Anto.ibi colū.iij.qui sequitur predictam opi-
nionem tanq̃ de iure veriorem:fatetur tamen contrariam
¶ Econtra vero pro parte tua propositum extitit quod id in vltimis voluntatibus tenet, nec pręmissa in legatis futuris quemadmodum in extantibus habent locum, quia nec etiam ad optandum seu eligendum ex illis sicut ex istis potest terminus assignari. Et grauis inesset conditio quoddamque incongruum videretur, si quando mandaretur alicui de beneficio quod duceret acceptandum in aliqua prouincia, quam primo illud vacare contingeret prouideri, oporteret ipsum in singulis beneficijs postmodum inibi vacantibus (prorogata non absque periculo forsitan ipsorum collatione) requiri, vnde cū sępe pręfato priori fuisset iniunctum vt dicto D. prębendam vel dignitatem quam acceptandam duceret si vacaret in ecclesia memorata vel quam cito contingeret eam vacare sibi autoritate apostolica conferret, & ita eidem D. circa futuras siue vacaturas prębenbas vel dignitates tales ipsius ecclesię optio data esset, non poterat per hoc memorati episcopi in illis. quando vacarent collatio impediri, nisi forsan cum aliquam ex eis vacare contingeret illam ipse. D. (priusquam eam conferret episcopus) acceptaret, vel etiam nisi ante vacationem alicuius ipsarum vacaturarum ex his primam, vel ea omissa ex aliqua causa vlteriorem duceret acceptandam, quia taliter acceptatam episcopus postmodum conferre non valeret,

¶ Nos itaque tam tuis quam pręfati D. rationibus plenius intellectis, quia sæpedictam præposituram ad te nouimus pertinere, ipsam tibi (habito fratrum nostrorum consilio) adiudicare curauimus ipsi D. super ea perpetuum silentium imponentes,

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Si episcopo competat collatio beneficiorū sue ecclesie an sit de iure communi/vel cōsuetudine.
2 Stultus/est qui prebendam vel dignitatem non vacantez ⁊ incertam contulit.
3 Donatio vel possessio non potest esse nisi certe rei.
4 Inhibitio ⁊ decretum/con ātes firmare illicitum: non tenent.
5 Collatio facta contra ordinem rescripti nō tenet.
Paria sunt ꝙ collatio/ inhibitio/⁊ decretū nō precesserint vel precesserint incompetentia.
6 Cum cause cognitione proceditur contra tertium possessorem.
7 Probandum est ꝙ ille qui contulit / habebat potestatem/ ordinariam/vel delegatam.
Sententia excommunicationis lata per executores quando non tenet.
8 Fundare debet executor suam iurisditionem/anteꝙ penā imponat.
9 Ex facto inordinato nihil ordinatum sequi potest.
10 Constitutio quādo liget vide hic.
11 Per cōstitutiones consueuit pena infligi.
12 Lex est omnibus cōmunis ⁊ omnes astringit/secus de indulgentia dic.
13 Quando seruo mandatur vt moretur in libertate/an statī sit liber.
Intentioni standū est quando de ipsa cōstat.
Concurrentia concedentis ⁊ impetrantis operatur vt hic.
Plures possunt habere ius excōmunicandi aliquem.
14 Graue est singulorum auribus inculcare aliquid.
Ignorantibus: ex testamento emolumentum acquiritur.
Si prohibitio fiat in penam absentis non habet efficaciam quousꝙ absens fuerit certificatus nisi aliud de mente prohibentis constet.
15 Excommunicationis sententia statim suū habet effectū.
16 Papa quando priuilegiat aliquem / ꝙ a nullo excommunicari possit.
Reuocatio indulgentie quando sortitur suum effectum.
17 Facta post reuocationem quando valeant.
18 Executor potest suspendere ordinarium a collatione beneficij.
Si non potest mandans/sic nec executor ab eo datus.
19 Forma litere exacta diligentia est seruanda.
Quod legitime factum est/retardari nō debet.
20 Decretum super incertum prolatum est inualidum.
21 In beneficijs principis est latissima interpretatio faciēda.
Princeps in facto suo non debet adhibere fraudem/prout nec aliquem per beneficium suum decipere/ ac alicui laqueum inijcere ⁊ verbum suuz variare/primoꝙ impetrāti preiudicare.
22 Optio facta ante aditam hereditatem / non valet : ita nec acceptatio beneficij ante vacationem.
In vacatione ecclesiarum mora est periculosa.
23 Res publica leditur si beneficia diu vacent.
24 Acceptatio impedit collationem episcopi etiam si fiat in absentia executoris.
25 Si in rescripto non continetur quod beneficium possit acceptari: intelligitur de primo vacaturo.
Ex officio iudex debet partes plenius interrogare.
Iusticia debet mouere/non carnalitas.
26 Quod est meum: mihi adiudicari potest.
Adiudicatio debet fieri illi qui melioribus rationibus innititur.
Proprie fit adiudicatio/in actionibus mixtis.

Summarium Domini Philippi Probi.

1 Gens prouincie Normanie fortiter bibit: ne eius anima in sicco habitet: idem dic de anglis polinijs ⁊ scotis.
2 Tanto aliquid auidius appetitur quanto difficilius acquiritur.
Normani sunt doli capaces/⁊ similes lumbardia parit.
3 Normani obligant se ad equales potus.
4 De iure communi ad episcopum ⁊ capitulū simul/pertinet collatio beneficiorum.
5 In dubio pena potius iudicatur temporalis ꝙ perpetua.
Quod nō habet certum finē/reputatur perpetuum.
6 Exhibens reuerentiam intruso / videtur renunciare iuri suo pretenso.
7 Papa potest priuilegiare aliquem/ꝙ licet percutiat clericum: non tamen erit excommunicatus.
8 Standum est intentioni siue in bono opere siue in malo simus.
9 Deus non est remunerator nominū/sed aduerbiorum.
10 Deus cor interrogat non manum: nec considerat que fiūt sed que animo fiunt.
11 Mens preualet proprie vi/⁊ verborum rigori.
Iudex debet sequi mentem ⁊ voluntatem testatoris/put venator leporem.
12 Mens et intentio fundatoris ecclesie ⁊ episcopi autorisantis/operatur vt hic.
13 Uerba inuenta sunt vt super ea quisꝙ in alterius noticiaz cogitationes suas proferat.
Quando non sit licitum recedere a proprietate verborum
14 Ex mente concedentis priuilegia vires sumunt.
Uerba sunt sicut corpus/mens autē sicut anima ⁊ spiritus.
15 Intentio inspicitur etiam in contractibus.
16 Quādo potestas ⁊ voluntas sibi aduersantur/ actus viciatur.
17 Collatio vno iure facta/non valet alio iure.
Quando dubitatur de disponentis intentione/recurritur ad causam finalem.
18 Periurium dependet ex conscientia.
19 Proprium principis dicitur vt hic.
20 Interpretatio principis quomodo debeat fieri: vide hic.
Uerba impropriantur ne preiudicetur iuri tertij / ⁊ ne ledatur ius commune.
21 Papa mandans ꝙ fiat contractus cum monacho intelligitur de licentia abbatis.
22 Ex consuetudine loquendi summorum pontificum/sumi potest bona interpretatio.
Statuta non sunt iudaice intelligenda.
23 Si patronus constituit procuratorem ad presentādum ad beneficium vacaturum nihil agit.
Non datur in specie potestas conferendi beneficium vacaturum.
24 Non refert an consensus patroni precedat collationez vel sequatur.
25 Consensus patroni non requiritur per modum autoritatis/sed per viam simplicis consensus.
Autoritas debet in actu interuenire.
26 Ex actu nullo voluntas declaratur.
Uoluntas in animo consistit/⁊ ea que in animo consistunt facta esse dicuntur.
27 Res facti a iure infirmari non potest.
Ex testamento nullo voluntas declaratur.
28 Testes qui meliorem rationem adducunt sunt preferendi.
29 Maior ratio minorem vincit.
Potentior presumptio est attendenda.

Quia cunctis, Ut melius hanc epistolam intelligas exordiū dans causam constitutioni recito: ⁊ enim Inno. Papa quartus Draconi de Borbonio fecit gratiam in ecclesia Carnoten. de prebenda ⁊ dignitate sine cura/si tunc vacabant: vel ꝙ primo vacarent: quas idez D. duceret acceptandas/decernens irritum ⁊ inane ⁊c. Eidē D. quendam priorem executorem deputando: qui personaliter ad ecclesiam Carnoten. accedens ibidem mandatum apostolicū publicauit: in presentia capituli in quo erat subdecanus qui postmodum in episcopum est assumptus: qua publicatione facta idem prior dicto. D. statim contulit prebendam ⁊ dignitatem/quas primo ibidem vacare cōtingeret/⁊ quas idē D. duceret acceptandas: inhibens ne quis contra suam collationem veniret pronuncians irritum ⁊ inane ⁊c. Et postmodum prepositura Normanie [a] in dicta ecclesia vacante/prefatus prior mandauit dictū. D. de ipsa prepositura/quam idem. D. acceptauit per quendam archipresbyterum installari pretextu dicte collationis: qui dictus. D. fuit installatus: verum dictus subdecanus in episcopum Carnoten. electus ⁊ consecratus ad quem spectat collatio prebendarum ⁊ dignitatum in dicta ecclesia: prefatam preposituram Andree nepoti dicti Inno. iiij. contulit.
¶ Ex quibus collationibus ⁊ contingentibus ex eisdē negotium est ad sedem apostolicam deuolutum: ⁊ hec decretalis facto supposito sub primo. l. cōtento ⁊ processu iudiciario habito super illo/ docet modum sententiandi in consimilibus. Et primo narrat substantialia propositorum hinc ⁊ inde: et tandem sententiam dat.

¶ Et hec decre. habet sex partes/primo tãgitur dicti Andree actoris intentio. Secundo. §. [dicebat] dicte. d. ponit exceptio. Tertio. §. ex parte prefati. A. Replicatio. Quarto. §. [sed extitit] dicti. D. duplicatio. Quinto. §. [econtra] prefati. A. triplicatio. Sexto. §. [Nos itaq̃] auditis hincinde prepositis/ponitur pape decisio [proponebatur] in iudicio coram papa ⁊ fratribus [tua] loquitur dicto Andree cui dirigitur hec decreta. [predicta] Sed vbi dic sub infra. s̃. posito/⁊ sic de alia responde subsequenter [prepositura] Normanie in ecclesia Carnoten.

¶ Et vtrum hec prepositura sit dignitas/vel officium/nõ fuit hic dubitatum: tamen Inno. no. s̃. de preben. de multa circa finem preposituras in ecclesia Carnoten. esse officia nõ dignitates [tibi] Andree [potuit] sicut per episcopum 1 Carnoten. ad quem * secundum quosdam spectat collatio beneficiorum de iure communi. xvj. questione. vij. nullus omnino.

b ¶ Vel dic versus [b] de consuetudine. s̃. de elec. cum eccle- c sia [canonica] [c] vt quia per eum collata fuit qui conferre poterat/⁊ quia vacans erat: nec factum prioris impedie- 2 bat. Et erat ratio: quia iste prior * stultus fuit qui prebendam vel dignitatem non vacantem ⁊ incertam cõtulit. Nã si volebat q̃ collatio sua statim valeret ⁊ haberet effectum erat contra formam iuris. s̃. eo. c. j. ⁊. ij. Si vero nolebat q̃ statim haberet effectum nec ius nec possessionem confere- 3 bat/sed verbũ facto ꝯtradicebat. Nec * donatio vel possessio põt esse/nisi certe rei. Nã igit̃ collatio dic. A. facta erat canõica: dictus. A. debuit obtĩere. ⁊ q̃libet illicit⁹ detẽtor debuit amoueri ex ꝑte prio. j̃. de re. per. cũ vniuersoꝝ in fi. j̃. s̃. de res. de iure pa. cum dilect⁹ in fi. [per ipsũ] scꝫ executorẽ dicti. D. [ĩpedire] Et est ratio/non negatur quin collatio ⁊ inhibitio precesserit collationem. d. A. sed incerte ⁊ incompetentes/⁊ generales: quia vt apparet in casu/collatio facta fuit de re non vacante/⁊ sic non valuit. Et per cõ- 4 sequens * inhibitio ⁊ decretum conantes firmare illicitum non tenuerũt supra de fide instrumen. inter dilectos circa finem.

5 ¶ Item collatio * fuit facta contra ordinem rescripti quo mandabatur conferri dignitas si vacabat/vel q̃ cito vacaret/⁊ post acceptationem: quod ergo fuit factũ ante vacationem ⁊ acceptationem non tenuit. s̃. de res. Cum dilecta. s̃. hoc lib. de prebend. cui de non: in fine. Sunt ergo paria q̃ collatio/inhibitio/⁊ decretum nõ precesserint vel precesserint ĩcõpetentia arg. C. ne de statu defunc. si pater arg. j̃. de reg. iur. non prestat. Et sic vides q̃ hic idem ius fuit collatum diuersis (⁊ a diuersis/⁊ qualiter vnus ab alio habet petere hic explicatur.

6 ¶ Sed pone tertius * est possessor huius iuris duobus collati/dic tunc procedi debet cum cause cognitione/ꝯtra possessoreꝫ qui non est auellendus a possessione sine cause cognitiõe. C. si per vim vel alio modo. l. vlti. j̃. de symo. querelam in fi. s̃. hoc lib. de preben. licet episcopus. Et tunc aut petetur ab isto possessore beneficium vt debitum/vel vt suum. Nam causam habet exprimere. s̃. de libel. obla. c. vlti. Dicet ergo q̃ est sibi debitum/vel quia est electus ad ipsum canonice/vel de mandato pape seu alterius recept⁹ legitime in canonicum: ⁊ sic non debet carere prebenda. s̃. eo. cum super. s̃. de preben. relatum: vel quia primo fuit receptus. s̃. de offic. delega. ex parte. j. Si autem petat vt 7 suum/dicet sibi collatum: tunc oportet q̃ probet illum qui * contulit habuisse potestatem conferendi/siue ordinariã vel delegatam potestatem. s̃. eo. post electionem. s̃. de supplẽ. negli. prela. c. vlti. Dicunt etiam quidam q̃ habet ꝓbare q̃ legitime contulit/vacantem prebẽdam: ⁊ tempore cõgruo/⁊ persone idonee: quod verũ credo si sit presumptio contra conferentem. j̃. vt eccle. bene. c. vno.

¶ Sed quero/executores istorum ferunt sententias excõmunicatiõis: nunquid possunt: dic hoc casu iuste potest ab illis appellari: nisi primo quis probet de iure suo/vel corã ordinario/vel delegato/vel forsan non tenet sententia excõmunicationis: cum iste executor non habeat iurisditionem super hunc possessorem/per processus generales: nisi indebite contradicat: vt sit cõtradictor facti non iuris no. Inno. s̃. de preben. pro illorum. Nec per processus speciales: quia cum super istud non habeat nominatim ⁊ expresse iurisditionem: possessor non indebite contradicit nolendo dare possessionem sine cause cognitione/⁊ sic ipsum excommunicare nõ potest ar. ff. depositi. l. j. §. apud iulianum ff. de peti. heredi. si debitor.

8 ¶ Fundare * enim primo debet excomunicator iurisditionem suã/anteq̃ penam imponat vt contradictorem facti nõ ponat in penam anteq̃ appareat esse in culpa turbando suam potestatem. s̃. de offi. delega. c. j. [dicebat] hic ponit̃ dicti rei acceptio/⁊ sic procedit in ea. Nam prio dictam exceptionem recitat seu ponit. ij. versi. [nec alias] ipsam exceptionem recitatam per quatuor iuris partes confirmat seu fulsit. Et ista secundum illas quatuor rationes diuiditur in quatuor partes. ij. ver. [Similiter]. iij. ver. [nec obstaret]. iiij. ver. [adijcebatur] Sed quare dictam exceptionem fulsit rationibus: dic q̃ pro parte actoris dicebatur exceptionem propositam/si de ea constaret non esse sufficientem. s̃. eodem. c. j. j̃. eod. ver. subincertum. Et hec est causa quare potius in hac decretali respondetur rationibus fulsientibus exceptionem/q̃ ipsi exceptioni: vt liquet in replicatione ⁊ triplicatione actoris. j̃. eo. §. ex parte ⁊. §. econtra [altera]. s. dic. reus cui prior predictus contulerat preposituram prefatam excipiendo q̃ non valebat collatio episcopi qui videbatur hic fecisse inclusionem mandati apostolici/cum sciret mandatum eidem priori decretum/⁊ ob hoc ignorantiam non poterat allegare: vt infra sequitur [litere] dicto priori directe [episcopus] nunc: sed tunc subdecanus ecclesie Carnoten. et sic ignorantiam non poterat allegare. xvj. distin. quod dicitis s̃. de postul. c. j. [ipso iure] simile. s̃. de res. eam te [acceptandam] ex hac forma mandati liquet/q̃ prepositura predicta conferri non potuit ante vacationem ⁊ acceptationem. Et d 9 ideo ex facto * inordinato/nihil ordinatum sequi potuit[d] ar. j̃. de accu. qualiter. j. circa finem [videbatur] non recte intelligentibus: secus in subtiliter factum considerantib⁹ [nec per alium] de istis generalibus regulis est dictum. j̃. hoc lib. de reg. iur. quod alicui: ⁊. c. qui facit [vacauit]. Et sic tunc demum acceptatione facta/exponit collatio fieri per dictum priorem. j̃. eo. ver. subincertum [prefato] dicto reo/⁊ ex hoc eneruatur eius intentio qui nitebatur ex collatione facta de beneficio nondum vacante [contingeret] vacatione ⁊ acceptatione non expectatis. Et hoc est q̃ dicto. D. impingitur [contulisset] ante vacationem/⁊ sic male egit. s̃. eo. capitulo primo ⁊. ij. [ignorantia] que forte allegabatur ex parte dicti Andree actoris que regulariter presumitur. j̃. de reg. iur. presumit̃ [Non possit]. Sicut plerunq̃ fit per priuilegium apostolicum. j̃. hoc libro de priuileg. volentes. §. in eos [sententia] cum non obstante episcopi ignorantia/Pape priuilegium sit tuendum argu. a simili videbatur potestas adempta cõferendi in hoc casu/ex quo concludebatur collationem episcopi non valere [potestas] Sicut in premisso casu de potestate excommunicandi [obijceretur] scilicet ignorantiam non debere prodesse episcopo/que tamen prodest vt in casibus sequen. [notitiam] 10 lxxxij. distin. proposuisti [debuisset] puta lapsis * duobus mẽsib⁹ post publicationẽ autẽ. vt facte no. cõstitutio. col. v. et. j̃. ne clerici vel mo. capitulo vltimo et hoc est in constitutionibus principis/alias tempus est arbitrarium. ff. de iure delib. l. prima/⁊ communiter sufficit q̃ edictũ sit publice promulgatum. s̃. de postul. c. j. xvj. dist. quod dicitis ⁊. s̃. de consti. c. ij. quia hic ponit rationis diuersitateꝫ in premissis ⁊ in sequentibus: in quibus asserit ignorantes ligari. Et 11 potest esse ratio/per * constitutiones consueuit pena infli- e gi [e] que est odiosa/⁊ sic restringẽda: sed in priuilegijs grã ꝯcedit̃ q̃ est fauorabilis etiã dilatãda. j̃. hoc lib. de reg. iur. odia. s̃. hoc lib. de preb. q̃uis. j. Sꝫ hec ratio non est generalis/cum in multis constitionibus non agatur de pena in- 12 fligenda: ideo dic omnibus * lex est communis ⁊ omnes astringit. s̃. de constitu. quoniam/⁊. C. de legi. leges sacratissime: vnde est ibi tempus vniforme: sed non in indulgentia que est lex priuata. iiij. dist. priuilegia/sola intentio concedentis contemplatur [speciale] Et sic secunduꝫ intentionem allegantis litera pro dicto D. obtenta iure priuilegij est censenda. Et sic scientia episcopi nõ est requirẽda [adijciebatur] pro dicto. D. [ignorantem] vt nititur probare statim [absentem] ⁊ contumacẽ/alias contra. iij. q. ix. per totũ s̃. de maio. ⁊ obed. inter [obtinent]. s̃. de dolo ⁊ contu. veritatis. §. vlti. nec etiam obtinent post excommunicationem/vel suspensionem. j̃. de exces. prela. tanta. xij. q. ij. alienationes. vij. q. j. factus [literis] pro dicto D. obtentis [prebenda] scilicet vacante/⁊ quam dictus. D. acceptasset. Et quia hoc non cõsiderat allegans/est deceptus [episcopus] Carnoten. nunc/sed quondam subdecanus [non valebat] hoc posset dici si decretuꝫ Pape fuisset de certa prebenda vel dignitate; sed hic non erat ita/nec Papa irritauit illud qđ de dignitate vacante fieret: nisi ipsam dictus. D. primo acceptaret [ex parte] in hac replicatione non respondetur exceptioni predicte/sed rationibus fulsientibus eandem ra-

tionem huius no. s. eo §. dicebat] primo igitur respondet directo prime rationi dictam exceptionē fulsienti/ex qua sequitur responsio ad secundam ⁊ tertiam rationes. ij. ver. [subincertum] quarte rationi respondet [peruenerint] optima est responsio. 13 Nam si seruo * scribatur vt in libertatē f moretur: non est statim sibi data libertas [f] sed tunc demū cum litera ad seruum peruenerit. ff. de acqui. po. qui absenti ar. s. hoc lib. de preben. si tibi absenti ⁊ ibi no. [intentio] cui standum est: cum de ipsa constat. j. de verbo. signi. intelligentia: ⁊ capitulo in his. ff. de legib. l. scire. ff. de excus. tu. l. scire oportet §. aliud [ex hoc] .i. ex hac indul- g gentia q non posset excōmunicari [g] [euidēter] ex quo em̄ concurrunt voluntas concedentis indulgentiam/⁊ impetrantis noticia/statim indulgentia suum habet effectum/ etiam si hi qui in priuilegijs ius habent hoc ignorent: po- 14 test enim esse q plures * habent ius excōmunicandi istuz j. de senten. excō. officij/⁊ graue esset singulorum auribus inculcare. s. de postul. c. primo/ ⁊ hic liquet de intentione concedentis nolentis talem sententiam valere: idem si papa diceret prohibemus omnibus ne talem excōicent. Nam h intentioni semper standum [h] est: ex quo liquet de ea vt est dictum. Et hoc est verum/quando prohibitio fit in absentis fauorem. Nam ignorantibus ex testamento emolumentum acquiritur. ff. de leg. ij. cum pater §. surdo. Sed si prohibitio fiat in penam absentis/tunc non habet efficaciam quousq absens fuerit certificatus. supra de appellatio. super eodem. ij. in fine. lxxxij. distin. proposuisti: nisi ex genere prohibitionis appareat de contraria intentione pape volentis / q statim haberet effectum: sicut quando inhibet q non fiat alienatio. s. de dolo ⁊ cōtuma. veritatis in fine. Nec mirum / qr id quod inhibetur est de iure inhibitum/⁊ ideo vnum incertum alij fortius ⁊ citius conualescit auten. de alie. ⁊ emphi. §. sanctissimas colū. ix. Quid de his/ que fiunt in iudicio: sicut sunt sententie diffinitiue/⁊ interlocutorie/⁊ excōmunicationis. Nec est du- i 15 bium quin * excōis sententia statim habeat [i] suum effectum. ff. de appella. cum sit: Romana in fine. Caueat tamen proferens de penis iflictis. j. de senten. excōi. sacro. ⁊. j. eo titu. c. j. Et in alijs sententijs ipse statim suum habent effectum licet hoc ignorent illi contra quos late sunt/dummodo sint contumaces/alias secus. C. quomodo ⁊ quando iudex: ea que. ff. que senten. sine appella. rescin. l. prima. §. item cum ex edicto. iij. q. ix. per totum.

16 ¶ Quid si papa * non ad requisitionem priuilegiati sed proprio motu/ seu ad alterius instantiā: aliquē priuilegiauerit q a nullo excommunicari possit/ nunquid habet suuz k effectum hec indulgentia anteq noticia [k] ipsius ad priuilegiatum deuenerit/dic q non/nisi euidenter de intentione contraria concedentis appareret. ij. q. v. q̄to. ff. de acqui. pos. qui absenti. Sic dicerem in reuocatione indulgentie vt non noceat ei cui concessa erat quousq ipse fuerit certificatus argu. ff. de procura. si procuratorem. ff. de insti. sed ⁊ si pupillus. §. de quo. ff. māda. si mandassem.

17 ¶ Quid de literis ꝯtentiosis: * vt si impetrantur contra te ⁊ ꝓcedi feci: tu īpetras reuocationē litere/faciendo expressam mentionem de prima. Nunquid valent illa que fiunt interim per primos iudices/quousq fuerint certificati: dic q sic. s. de resti. spolia. audita. Nec tu secundo impetrans cogeris vti reuocatoria nisi velis qui in fauorē tui fuit obtenta arg. ff. de excep. rei iudi. l. euidēter. j. hoc lib. de reg. iur. q ob gratiam. Nec ego teneor diuinare. j. vt eccle. bene. c. vno.

¶ Quidam tamen distingunt vtrum secundo impetrans sciat: ⁊ tunc sibi preiudicet/aut ignoret tunc nō preiudicet Dico tamen q preiudicat nisi (cum sciuisti) contradixeris C. quomodo ⁊ quando iudex. l. iij. supra de offi. delegati cum olim abbas.

¶ Sed quod tempus dabitur isti. Uidetur dicendū. vt. d. l. iij. Dic q q̄ cito facit impetrās coram primo iudice / qd non potest se compati cum secunda commissione: statim fit sibi preiudicium arg. C. de re iudi. ad solutionem. s. de offi. deleg. relatū. ⁊. c. gratū. ⁊. c. cum olim abbas [certam] .s. primā vacaturā ⁊ hec dicitur certa cum semper ad vnam referatur. s. de officio deleg. ex parte prima. s. hoc lib. de preben. si clericus ⁊. c. si postq [incertam] .s. illam quam acceptauerit impetrās/vt in literis dicti. D. [adimat] imo te nisi in casibus sequentibus [sibi] .i. ad quem spectat collatio [notificet] .s. delegatus seu executor/ ⁊ hic est primus casus in quo ordinarius astringitur [conferre] illi pro quo data est potestas [interdicat] quod non conferat: ⁊ hic est potest eam conferre ille ad quem spectat collatio: sicut an-

secundus casus [vel postq] hic est tertius casus [decer- 18 nat]. Et est hic expressum q executor * potest suspendere ordinarium a collatione beneficij: quod est verum quando hec clausula est apposita in rescripto. infra de preben. inter cetera.

¶ Alij tamen intelligunt hoc generaliter cum decernere valeat executor ex conseqntibus seu concomitantibus mādatum [quia] hic argumentatur a maiori confirmando premissa: quia si hoc non potest papa nisi in casibus: vt. j. seq. tur minus executor datus ab eo poterit [exprimatur] iuncta clausula decernentes ⁊c. [concessione] executoris de certa prebenda facta [ignoret] ordinarius [conferat] ordinarius [valet] propter vim clausule suprapositę [agnoscatur] cui standum est vt. s. notatum est. Nec istud facit pro dicto. D. quia hoc intelligitur quādo scriptum est de certa prebenda: vt est dictum in litera de prebenda quaz duceret acceptandam: sed in litera dicti. D. fuit mandatū de incerta quam acceptaret. Et virtus dicte clausule extēdi non potest quousq prebenda vacauerit/⁊ dictus. D. acceptauerit: dic ergo agnoscat quando de certa prebenda agitur [sicut] ⁊c. [extitit] ex parte tui Andree [literas] per quas mandauimus dicto. D. prouideri vt sequitur [vacaret]. Ergo super vacante nulla dabatur potestas/nisi post 19 acceptationem: vt patet ex forma * litere: que exacta diligentia est seruanda. s. de res. cum dilecta in fine [collatio] sic iuste ⁊ rationabiliter facta [mandati] ad dictum priorē directi [sciuisset] ⁊ vere ignorantiā hic eps nō poterat allegare vt dictum est in casu [vacuari]: quia qd legitime factum est retractari non debet. j. hoc lib. de regu. iur. factū legitime/⁊ ideo penam nō meret. C. de adulter. Gracchus [acceptaret] quasi dicat si papa scribat q prouideatur alicui de beneficio quod acceptauerit / decernēs ⁊c. intelligi debet q irritatio post acceptationem factam locum habeat/ tunc enim iudex ex vi clausule facta acceptatione (etiā in absentia partis aduerse) hoc decretum potest interponere ⁊ non ante. Alioquin si de acceptanda prebenda intel- 20 ligeretur/tale decretum * esset inualidum: sicut sup incerto prolatum sicut illud quod penderet ex volūtate acceptare potētis. ff. qd cuiusq vniner. Itē eoꝝ §. j. [incerto] pro parte dicti. D. [ex aduerso] ꝓ ipso. D. [nequiret] sicut pro parte dicti. A. dicebatur [acceptare] saltem post vacationē [prepositurā] vacantem [eum]. D. pro quo scriptum erat [eandem] prepositurā [non potuit] de iure [ipsius] Andree [acceptaret] forsan collatio episcopi acceptationem dicti. D. precessit/vel forsan quando ipsam vacantem audiuit/sed nō valet quia collatio nulla secuta fuit. [Cōcessio] ⁊ corporalis installatio. ¶ Uel dic proprie [Archipresbyterum] cui dictus prior suas vices commisit/ vel forsan idē erat prior ⁊ archipresbyter: sicut hic probat dictus. D. duo prius dicta argumento valde colorato [optauerit]. ff. de optio. lega. si cum optio [ille] scilicet seruus [legato] Et sic legatarius ipsum petere potest [tuam] .i. tui Andree [prepositura] ⁊ bene [id] quod dictum est de optione serui [in vl- l timis] ⁊c. Sed quare non idez in beneficijs principis [l] in 21 m quibus * est plenissima interpretatio [m] facienda. j. de donat. cū dilectus in fine. j. de verbo. significa. olim. Nec princeps in facto suo debet adhibere fraudem. j. de dona. per tuas/nec aliquem per beneficium suum decipere. C. de his qui veni. eta. impe. l. prima nec alicui laqueū inijcere. xxvij. n q. j. de viduis. ij. nec verbum suum variare [n]. xxiij. dist. psalmista: nec primo impetranti preiudicare. s. de officio delega. ex parte primo.

¶ Sed dic aliud est in legato/⁊ aliud in casu proposito/ et in cōtractibus. Si em̄ legatarius nō repudiauerit / ipsius * 22 est res a morte testatoris. ff. de fur. l. a Ticio. Sed optio ante aditam hereditatem facta non valet. ff. de lega. primo o Iulianus. Sic non valet [o] acceptatio beneficij ante vacationem ipsius. s. eod. capitulo primo ⁊ secundo. vij. q. j. non furem [futuris] puta lego vnum fetum nasciturum de grege meo [ex istis] scz nō extātibus/sz futurꝫ [terminis]. ff. de optio. lega. mancipiorum. s. hoc libro si tibi absenti [ipsum] pro quo scribitur [periculo] quia in talibus mora periculosa est. s. de electio. Nihil. s. vt lite non contesta. quoniam. §. primo ⁊ secundo. Sic hic tangitur bona ratio diuersita- 23 tis inter casus supra positos. Nam in * beneficijs si diu vacarent lederetur respublica: secus in legatis in quibus nō leditur nisi res priuata: in quibus testator sine cuiuscunq iniuria potuit apponere modū quē voluit. C. de sacrosanc. eccle. l. j. [requiri] esset enim graue oēs de ꝓuincia suspēdi a collatiōe bn̄ficiorū [si vacaret] Et nō aliter [cōtingeret] ⁊ non ante. Et sic iste pro quo scribitur inuigilet/ ne bene-

ficium sibi conferatur anteq̃ vacauerit [futuras] vt tamen expectaret quousq; essent vacantes [illis] beneficijs impedir ante acceptationem [acceptaret.] Et sic patet ꝙ 24 sola * acceptatio impedit collationem episcopi/etiam si fiat in absentia executoris: dũmodo sit hec clausula decernentes ꝛc. j. eo. ne captande/ꝛ capitu. sequen. ꝛ capitu. si soli in fine/ licet enim decretum huius ante acceptationem vires non habeat: sicut super incerto prolatum. s̄. eo. §. sub incertum. s̄. hoc lib. de prebend. dudum/ per acceptationez tamen subsequentem ad specialem ꝛ certitudinem est redactum. s̄. de officio delega. si duo [primam] ꝛ sic patet ꝙ ille pro quo scribitur vt sibi prouideatur de prebenda quã acceptauerit / potest ante vacationem acceptare primam quam vacare contingebat in ecclesia in qua pro ipso scribitur/vel secundam/ vel tertiam ex certa causa puta quia prima alij debebat siue certũ sit siue dubitet. j. co. executor in fine/ alias sine causa hoc facere non poterit arg. hic.

¶ Sed quid si in rescripto non continetur quod possit ac- 25 ceptare/dic ꝙ * intelligitur de primo scilicet vacaturo. s̄. de offi. delega. ex parte primo. s̄. hoc libro de preben. si clericus [q̃ prefati] d. aduersarij tui / aliter papa non fuisset plene instructus. s̄. de re iudi. cum Bertholdus in fine s̄. de elect. dudum. j. §. Cum autem [plenius] sic enim debet fieri. s̄. de elec. in Genesi in fine/ꝛ capi. ecclesia vestra. ij. [intellectis] vbi tamen plene non intellexisset / super dubio facto debuisset ex officio partes plenius interrogare. s̄. de fide instru. Cum Joannes circa finem. xxx. quest. v. iudicantem. ff. de interrogatio. actio. vbicũq;. Sed in dubio iuris ipse sibi sufficit. C. de testamen. omn. s̄. de appel- p la. sepe circa princi. [nouimus.] Et sic iusticia ꝑ eum mouit non carnalitas [pertinere] quia tibi collata fuit ab illo/seu autoritate illius qui ipsam potuit conferre. s̄. eodez in prin. [ipsam] prepositurã [adiudicare.] Et sic nota/ 26 quod * est meum mihi adiudicari potest/proprie tamẽ res mea ad me spectare debet declarari. ff. de rei vendi. ex ad- q uerso. §. j. Et proprie debet fieri adiudicatio illi qui melioribus q rationibus innititur insti. de emp. ꝛ vendi. §. Item precium. s̄. de re iudi. suborta ꝑsiculo iudicibus. C. de edic. diui Adria. tollen. l. vlti.

¶ Item proprie fit adiudicatio in actionibus mixtis insti. de actio. §. quedam actiones/versicu. in quibus [imponentes] sic. s̄. de probatio. licet. §. vlti. ꝛ. s̄. de re iudi. cum olim in fine. Joan. Mona. Cardi.

a 1 Normanie. Ista est * ꝓuincia cuius gens bibit fortiter ne anima eius habitet in sicco. Idẽ de Anglijs ꝛ Polonijs meminit Joan. de Anania/in cap. si aliquis/in fine. s̄. de homicidio post glo. in. c. Moises xxxij. q. ij. Idem testatur glo. periculosius in cõsti. dñi Othoboni in titu. de Cõmendis ecclesiaꝝ / dicens Anglicos et Scotos plus alijs vinum appetere/quo tamen quasi penitus carent quod est quasi na- 2 turale vitium ex venenosa topicatione parentũ/vt tãto * aliquid auidius appetat/q̃to difficilius acquiritur/ꝛ eius conditio inde testabilius aduersatur. Sunt quidem Normani doli capaces/prout ꝛ Lombardia tales generat siue parit/testatur glo. in. l. sequitur. §. pupillus in verbo animum. ff. de vsuca. Facit glo. in. l. obseruandũ. ff. de offi. presid. que loquitur de malicia Bononiensium.

¶ Et dicit collec. in. c. a crapula. s̄. de vita ꝛ hone. cler. in fi. 3 ꝙ Normani * obligãt se ad equales potus/ꝛ forsitã ꝓpter b 4 hoc dicũtur feroces vt legiẗ ꝛ no. lv. di. c. lator. Probus.

¶ Dic verius. Ista est vera opinio/ꝙ de * iure cõi simḗ ad epm ꝛ capm̃ ꝑtinet collatio bñficioꝝ no. do. Hẽricus Bohic in. c. nouit/col. j. s̄. de his que fiũt a p̃la. vbi dicit hanc esse veriorẽ allegãdo eã hic tenere Jo. Mo. Car. Firmãt Archi. ꝛ alij in. c. a collatiõe de appel. hoc lib. vide que dico in rub. de iure patr. ¶ Et subdit ibi idẽ Hẽricus Bohic q̃d dictũ est de collatiõibus: idem intellige de p̃sentationibus/scz ꝙ ad epm̃ ꝛ prelatũ simul spectãt de iure cõi: cõsuetudine ꝛ priuilegio cessantibus glo. fi. in capi. ea noscitur. s̄. de his que fiunt a prelatis. Probus.

c ¶ Canonica. Vide que dixi in. c. nõ solum in verbo canonice. s̄. de appella. addẽdo Domi. cõsi. viij. col. iij. quidã cardinales/alia dico in regula prima. j. Probus.

d ¶ Sequi potest. Id late comprobo in tracta. de mãda. apostolicis: expediendo tertiam signaturam. Probus.

e 5 ¶ Pena infligi. Facit id quod in iure dicimus ꝙ * in dubio vt pena minuatur/ debet potius iudicari temporalis/ q̃ perpetua/licet in contrarium videatur text. in. l. iure peritos in principio. ꝛ ibi Bar. in secund. not. quod illud quod non habet certum finem reputatur perpetuum. Facit. l. sufficit. ff. de condi. indebi. idem si quid concedatur ad beneplacitum propter dubium. Bar. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori numero duodecimo. ff. de no. ope. nuncia. allegat dictam. l. iurisperitos ꝛ. d. l. sufficit.

¶ Sz dic illas. ll. loqui in materia fauorabili: ideo interpretatio fit ampliando fauorem/ꝛ sic perpetuo dispositio iudicatur; argu. l. cum quidam. ff. de liber. ꝛ posthu. de hoc vide latius remissiue per Decium in capitulo ex literis in fine. s̄. de consti. Probus.

f ¶ Data libertas. Contra istud videtur id quod not. post textum: ibi Panor. in capitulo ex ore supra de his que fiũt 6 a maiori parte capituli: q̃d si pretẽdẽs * habere ius in aliqua dignitate vel officio/exhibet reuerentiam intruso tanquam legitime instituto in illa dignitate vel officio videtur tacite renunciare iuri suo: ideo cauti procuratores in libello ꝛ alijs scripturis nunquam dicunt illum esse prelatum/sed ꝙ asserit se prelatum pro hoc vide Card. ꝛ Imol. in cle. fina. de senten. excõmunicationis. Probus.

g 7 ¶ Excommunicari. Etiam * Papa potest dare priuilegiũ alicui: quod percutiendo clericum non sit ex eo excommunicatus/tenet Card. in repetitio. capi. perpendimus / infra de senten. excommunicationis: refert Prepo. in capitulo latorem. j. q. j. col. ij. Probus.

h 8 ¶ Intentioni standum est. Procedit siue simus * in bono opere/siue malo: de bono opere patet: quia si do elecmosynam animo consequendi laudem humanam vel suffragium humanum/non prodest ad vitam eternam/ iuxta illud euangelij: Nesciat dextera tua quid faciat sinistra: idem de alijs bonis operibus.

¶ Facit illud Christi: Amen amen dico vobis/ quia receperunt mercedem suam.

¶ Pro premissis habes textum aureum in capitulo vide quantum bonum. j. q. pri. hinc glos. in capitulo primo in ver 9 bo qualitas. s̄. de collu. detegen. dicit quod * deus nõ est remunerator nominum/sed aduerbiorum: hoc est dicere nõ remunerat deus bonuz quod fit/sed quod bene fit: vnde nõ remunerat iudeos qui crucifixerunt Christum/licet mors Christi bona fuerit nobis/quia propter hoc de penis inferni nos redemit: ideo non remunerauit eos/ quia non bene fecerunt.

10 ¶ Deus * enim cor interrogat/ꝛ non manum. xiiij. q. v. ca. si quid inuenisti: nec considerat que fiunt/sed quo animo fiunt. xv. q. vj. c. j. in fine.

¶ Ita est in male facto ruditer/quia si quis committit homicidium animo defendendi vitam suam/non dicitur homicida. cle. si furiosus de homici. hec comprobat alijs Domi. con. vij. col. iij. vide Corneũ cõ. vij. in litera. C. lib. primo ꝙ 11 mens * preualet proprie vi ꝛ rigore verborum. l. in conditionibus ꝛ. l. eas causas/ꝛ. l. cum auus. ff. de condi. ꝛ demõ. ꝛ. l. cum virum. C. eo. ti. subditq; ꝙ iudex debet sequi voluntatem ꝛ mentem testatoris/prout venator leporem. Bald. in. l. quidam. C. de nec. seruis heredi. insti.

¶ Vide preterea Car. con. xj. Quedam societas laicorum/ vbi dicit istud facere ad questionis decisionem.

12 ¶ Pone * societas sartorum volens certum oratoriũ construere in quo missa certis diebus posset celebrari: nolens tamẽ illud haberi pro ecclesiastico loco ꝛ iurisditioni ecclesiastice subijci/quod obtinuit ab episcopo loci: queritur an ex quo sapit siue habet naturam loci ecclesiastici / dicatur locus ecclesiasticus/ꝛ subijciat iurisditioni ecclesiastice/dicit ꝙ non propter mentem ꝛ intentionem fundantium ꝛ episcopi auctorizãtis/que fuit vt locus remaneret prophanꝰ ꝛ nullomodo esset ecclesiasticus/cuz intentioni standum sit 13 potissime quando de ea constat ex verbis: verba * enim inuenta sunt/vt super ea quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. xxij. q. ij. capitu. is autem: nec recedendum est a proprietate verborum: nisi quando constat intentionem loquentis aliam fuisse. l. non aliter de lega. iij. vel quando res de qua agitur aliter salua esse non potest. §. quotiens insti. de inutilib. stipul. ij. q. j. oẽs. Vide Inno. in. c. cum ecclesiastice. s̄. de excep. ꝙ * ex mente conce- 14 dentis: priuilegia vires sumunt: facit quod no. Bal. in. l. cũ Aquiliana. ff. de transac. ꝙ verba sunt sicut corpus / mens est sicut anima ꝛ spiritus: vnde preualet mẽs dũ tñ ex verbis colligi possit. j. q. j. c. Marchion. l. Gallus. §. quidã recte ff. d̃ lib. ꝛ posth. Jason in cõ. cviij. col. ij. sup themate vol. 4.

Secus si ad illam mentem nulla interpretatione verba possunt trahi / vt.ff.de vsufruct.lega.l.si alij/ꝛ.ff.de supel lec.lega.l.labeo.§.idem tubero.

15 ¶ Intentio * etiam inspicitur in contractibus/vt per glo. in.l.blanditus.C.de fideiussor.ꝛ in.l.in venditione/in fine. C.communia predio.Bald.per illum text. in.l.quãuis. C. de fideicommiss.ꝛ in.l.fina. C.que res pignor. obliga. pos. vbi Bald.per illum textum dicit ꝙ verba instrumentorum debent intelligi secundum mentem contrahentium:refert Decius consilio.clxxxiij. in versiculo quarto consyderandum / quod incipit in controuersia que agitatur / idem Decius consilio.ccccvij.nume.vij.visis.

¶ Pro premissis habeo quod notat Frederi.consi.clxiij. licet semper/ꝙ qui potest conferre beneficium aliquo iure ꝛ ipse conferat vel collationi consentiat eo iure quo non potest/ vel non intendit/non valet quod agitur.

¶ Facit in proposito quod citat Petrus de Anchara.consilio primo/ colũ.prima / ibi non sufficit vt gerendi actum quis potestatem habeat / sed requiritur vt eo affectu et opinione actum gerat quo potest / aliter nihil valet text.

16 in.l.quero. ff. de eo qui pro tutore.quia * potestas ꝛ voluntas sibi aduersantur : igitur actus vitiatur/capit.cum super abbatia.š.de offic.delega. sic succedit regula quod potui non egi/ quod volui adimplere nequiui.l. multum. C. si quis alteri vel sibi/ que nota pro deuolutis prelatorum/ quia si concedantur iure deuoluto ꝛ non erat locus vt quia erat ordinarius beneficij sic collati/non valebunt ille prouisiones iure ordinario iuxta not. per Petrum de Anchara. consilio.xxxiij.colũ.prima/in hac causa/vbi dicit ꝙ collatio * vno iure facta / non valet alio iure/ capi.

17 susceptum.š.de rescrip.hoc libro/ vbi aliqua dixi.

¶ Item vbi dubitatur de intentione disponentis: semper recurritur ad causam finalem ex qua mentem eius colligimus ꝛ interpretamur.l.fina.ff.de here.insti. l.conuenticulam.C.de episcop.ꝛ cleric. Notat Alexan. in consilio.xlvj. col.iij.visis ꝛ accurate/volu.primo. Probus.

i ¶ Habeat. Que licet per appellationem nõ suspendatur: impedit tamen eius denũciationem per no.in ca.pastoralis.š.de appel.citat Domi.cõsi.vij.col.ij. Probus.

k ¶ Anteꝗ̃ noticia. Istud facit ad questionez:pone quidam iurauit soluere in festo pasche / quidam eius amicus ipso ignorante obtinuit terminum prorogari/ nunquid debitor non soluens in termino pasche excusetur a pena : videtur ꝙ sic per hec ꝛ similia. Dic tamen contra arg. c.si tibi absenti.š.de prebẽ.hoc lib.l.iij.§.si qd.ff. iudic. sol. ꝛ.l.si ante/ in

18 prin.ff.rem ratam haberi. Ratio * quia periuriũ depẽdet ex conscientia. Cũ ergo habeat/seu habere debeat cõscientiam de soluendo in termino/ si tunc nõ soluat facit contra cõsciẽtiã.xxij.q.ij.animaduertẽdũ in fi.ꝛ.c.seq.in fine.§.penul.super hoc tamen non posset ipse argui per ipsum prorogantem obstãte sibi facto suo insti.locati.§.adeo in glo.arg. capi.cum super.š.isto titu. Probus.

l 19 ¶ Principis. Cuius * proprium est ꝛ peculiare munificentiam ꝛ liberalitatem exerceri.capi.primo.š.de dona. l. penul.C.de dona.inter vir.ꝛ vxo.l.filiussa.§.primo/ versi.nõnunꝗ̃.ff.de dona. Decius cõsi.cclxxix. col.pe. Nõ est par ui ponderis/ vbi hoc per dictũ Joã.Mona.firmat. Et hoc in simili casu tradit Oldra.cõsi.clix. Ex presenti themate/ in primo dubio / vbi arguit ex persona principis ad quem spectat liberalitatem exercere/ concluditqꝫ ꝙ in dubio potius iudicandũ ꝙ sit libera donatio ꝗ̃ datio in feudũ/concessio facta alicui de quibusdam bonis. Probus.

m 20 ¶ Interpretatio. Dum * tamen ius tertij ex illa interpretatione minime ledatur/cap.ex tuarꝫ.š.de vsu ꝛ autoritate pal.cũ similibus. Facit quod not.Sozi. cõsi.cclxviij.col.j. Eleganter Alex.cõsi.xxxiij.nu.v.visis/vol.vj.hinc videmus verba impropriari ne preiudicetur iuri tertij.c.super eo.š.de offi.deleg.notat Car. consilio.lxv. in fine/ thema tale est plebs sancte Marie.Panor.in capitulo penultimo š.de cleric.non residen.

¶ Idem dic vt nõ ledatur ius cõmune notat Domi.in ca. cos.§.clericis.š.de tẽpo.ordi.hoc lib. Facit etiã qd̃ notat

21 Bald.cõsi.xxij.papa/in titu.de regula.vbi dicit * si Papa mandauit camerario suo vt cõtrahat cũ monacho: intelligitur quod id fiat secundum dispositionem iuris cõmunis/ videlicet de licentia abbatis/ prout de iure disponitur / vt id late ibi comprobat/ iuuant que dico in capitulo finali in fine de sepultur.

¶ Et pro intento vide que in simili notat Sozi.cõsi.cclxvj col. fina.in causa que vertitur/ qui vnum in proposito dicit

22 consilio.ccxcvij.col.penulti.viso priuilegio/ꝙ * ex consuetudine loquendi summorum pontificum: sumi potest bona interpretatio argu.l.alimenta in principio ꝛ ibi Bar.ff.de alimen.ꝛ ciba.lega.ꝛ.l. si seruus plurium in fine de legatis primo vide Alexandrum consilio.cxvij. numero nono viso titulo questionis volumine sexto vbi allegat pro his que in principio dicta sunt tex.no.vbi Anto.ꝛ alij in capitulo cum dilectus.š.de consue.idem Alexand. consilio. cxlviij.in fine/visis que in themate/volumi. sexto vbi vnũ subdit/ꝙ statuta non sunt iudaice intelligenda glos. est in l.damni infecti.§.Julianus in verbo aliquas.ff.de dam.infect. Probus.

n ¶ Variare. Vide que dico in capitulo frustra de regul.iur. Probus.

o 23 ¶ Sic non valet. Idem dicendum venit de cõstitutione * procuratoris per vnum patronorum facta ad pñtandum anteꝗ̃ beneficium patronatum vacaret Panor. in capitulo fina.š.isto titulo quod verum dicas secundum cum ibi/ quando fit in specie:quia sicut non potest dari alicui in specie potestas conferendi beneficium vacaturum capitu.constitutus ꝛ capitulo secundo.š.hoc titulo:sic patronus non potest promittere presentationem alicui/nec dare in specie potestatem alicui presentandi cũ vacabit/quia ea ratio que est in collatione militat in presentatione / nam sperans se presentãdum/mortem proximi desideraret:sic dicitur quid ambitiosum:ideo non valet/quod facit contra eos qui obtinent indultum medio concordie prelature ꝙ eis liceat tertiam aut mediam partem beneficiorum conferre:exprimẽdo illa nominatim/videlicet tale ꝛ tale/ꝛ sic de alijs. Facit quod no. Joannes Monach.in capitulo sequen.nume.x.et numero.xvij. Secus si detur in genere/quia tunc valet cõstitutio prout ꝛ indultum:sic habito pro cõstanti/ꝙ constitutio procuratoris in specie facta/ꝙ quis possit ad vnũ beneficium quem viderit expediens presentare non valeat.

¶ Dubitatur insuper in contingentia facti : Pone Philippus patronus capellanie cuiusdam:constituit procuratorem suum ad presentandum ad eam/quotiens locus vacationi occurreret:nihil dicendo de presentatione aliorum beneficiorum ad illius presentationem spectantium. Modo vacat capellania ipsa que Meuio per loci ordinarium confertur cum adiectione clausule/dũmodo patroni accedat cõsensus/Meuius sic prouisus procurat ꝙ accedat procuratoris sic cõstituti consensus:quo consensu interuento/Philippus ad ipsam cap.Petrum loci ordinario presentat/qui instituitur in ea. Nunc contenditur de validitate prouisionum huiusmodi:quid iuris/breuiter videtur dicendũ prouisionem Meuio factã de iure efficaciorem/ quod compro-

24 bo/primo presuppone͂do/non referre * an cõsensus patroni qui in prouisiõe requiritur/a principio vel ex post facto interueniat:tex.est apertus in.c.cura pastoralis.š.de iure patro.ibi scriben.tenet Hostien.in summa in ti.de iure patro.in.§.fina.versi.quid si ecclesia sequitur Panor.in quadã disputatione incipiẽte.Augerio col.xiij.facit qd̃ not.Car.

25 in cle.j.de supplen.negli.prela.vbi dicit. Consensus * patroni nõ requiritur per modũ autoritatis/sed per viam simplicis cõsensus:ideo ante ꝛ post adhiberi potest:secus si esset autoritatis/quia tũc in actu debet interuenire.l.obligari.§.tutor.ff.de autoritate ꝛ cõsen. tuto.ꝛ cura. Et dic ꝙ valet ex nũc/nõ ex tunc.i.cũ prouisio fuit facta. Innoc.ꝛ Panor.in.d.c.cura:ꝙ cõsensus ex post facto valeat/tenet Car. cõ.lxij.col.ij.nu.v.in ecclesia Bellunensi post dignitatem/ dum dicit de natura consensus in actu requisiti est/ꝙ sufficiat etiam si ex post facto consentiatur:dũ tñ actus ab initio non sit nullus.c.quod sicut.š.de elec.ꝛ.quod no.Innoc. in.c.cum consuetudinis.š.de consue.

¶ Hinc dicimus ꝙ si patrono nõ vocato/habens instituere cõtulit beneficiũ licet si patronus cõtradiceret collatio sit irrita.xvj.q.vij.c.decernimus:tamen si consensit ex post facto tenet collatio:ad idem Fely.in.c. cum Berthol.nu.te. š.de re.iudi.ꝛ Roma.consi.ccclvj.nu.vij.circa primum consultationis articulum. Et in prouisione Meuij consensus patroni seu eius procuratoris ex post facto superuenit igitur habeo intentum pro prouisione ipsius Meuij.

¶ Nec obstat ꝙ constitutio procuratoris premisso modo facta non valuit : quia ad hoc respondetur ꝙ (vt premissum est) sufficit ꝙ cõsensus patroni simpliciter habeatur/qui in casu nostro habetur/per constitutionem procuratoris cũ declaratione ꝛ executione procuratorij facta.

26 ¶ Iuuat quia etiam * ex actu nullo volũtas declaratur.l. si.vbi Bar.ff.de reb.eorum idem Bar.in.l. testamento de fi deicom.liber.in.l.ij.§.testamentum.ff.queãdmo.testa.aper. Bal.in.l.qui a patre per illum tex.de confir.tuto.ff.

¶ Pro his suadet ratio quia voluntas in animo consistit/ ⁊ ea que in animo consistunt facti esse dicuntur. l. in bone fidei.ff.de acquir.rer.domi. Facit text.in.l.consilio/in fine ff.de cura.fur.quod factum remanet/ licet lex talem procu 27 ratoris cõstitutionem annulet/qr * res facti infirmari a iu re non potest.l.j.§.si vir.ff.de acquir.pos. Ideo licet talis constitutio quo ad effectum iuris non valeat/negari tamẽ non potest quin habeatur cõsensus ⁊ voluntas patroni or gano procuratoris sui/sic non est facienda vis in mandato sed in consensu. Ita tenuit in facti cõtingentia ⁊ latiori sty lo.Decius consi.clxxij.in causa venerabilis quem vide/ cõ si.clxxvj. viso themate/ vbi firmat ꝙ ex testamento nullo voluntas declaratur.l.fi.vbi Bar.ff.de reb.corum.l.qui a patre/vbi Bal.ff.de confir.tuto.no.Bar.in.l.gerit/col.iiij. de acquiren.hered.ff.facit text.in.l.prima ⁊ secunda. C.de fideicommis. Probus.

p ¶ Et sic iusticia. Attende hic ad Hostien.col.ix.referentez ꝙ papa noluit apparere hypocrita sicut scholaris Parisi= en.qui de nouo pro sapiente venerat/ ⁊ contra suos (quantũuis iusticiam fouerent) dabat sententias vt hominibus iustis= simus appareret. Probus.

q ¶ Rationibus. Idem Ioan. Mona.in capi.primo/ ⁊ ibi la= te dixi.s.de constitu.quibus adde quod citat Decius con 28 si.ccciј. nume.xviij. Et pro tenui/ꝙ * testes qui meliorem rationem reddunt siue adducunt preferendi sunt/quia pre feruntur testes qui rationem allegant alijs testibus qui absq; ratione deponunt. Bald.in.l.presbyteri/circa finem. C.de episco.⁊ cler.in versiculo apparet/ergo facit id quod not.idem Bald.in capitu.primo.§.sacramentum/col.ij. ver sicu.vnum scias/de consuetu.rei fienda pari. ergo ratione debent preferri testes qui meliorem rationem adducunt/ 29 quia * maior ratio minorem vincit.§.Item precium.instit. de cõtrahẽ.emp.no.Bal.in.l.querit/in prin.ff.de statu ho. ¶ Itẽ in cõflictu presumptionũ potẽtior presumptio est at tẽdẽda.l.fi.ff.de in integr.restitu.minor. Maria.Sozi.cõsi. cxxviij.col.j.iustissime iudex/pro hoc facit quod citat idez Maria. Sozi.cõsi.clix.col.pe.in presenti cõsultatione/duz dicit quantũuis vendens deceptus presumatur scire valorẽ rei sue.l.quisquis.C.de rescindẽ.ven.(dixi.s.in proemio) ⁊ con sequẽter sciẽter vẽdẽdo paruo precio/videtur donare/ tñ ex quo militat alia presumptio in cõtrariũ/ videlicet ꝙ ne= mo presumitur iactare suum.l.cum de indebito.ff.de proba tioni.vincit talis presumptio tanq̃ potẽtior/⁊ potius pre= sumitur deceptio q̃ donatio. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap.ij.

Detestanda iniquorũ peruersitas abstinere nesciens a vetitis nec gaudere debito modo concessis, digne plærunque officium excitat presidentis ad ea quæ iusta fuerant considerationẽ cõcessa (cum in abusum ea vergere circunspicit) discretione preuia reuocanda.

¶ Sane licet olim fuerit canonica constitutione decretum quod hi qui promittunt aliquibus de beneficijs ecclesiasticis, cum poterunt vel cum facultas se obtulerit prouidere, promissiones suas (facultate se offerente) debeant adimplere, quia tamen (sicut experientia docuit) per promissiones huiusmodi quę per importunitatem nimiam per quam non concedenda multotiens conceduntur, & per ambitionem improbam vt plurimum extorquentur, aperitur via sub talli palliatione verborum ad promittenda dãnabiliter contra Late.conci. beneficia vacatura, mortis alienę votum ingeritur, & ecclesijs ac prelatis & personis ecclesiasticis grauamina plurima inferuntur.

¶ Nos malis huiusmodi & animarum periculis occurrere cupientes, promissiones easdem & alias quascũque sub quouismodo aut forma verborum decætero faciendas, per quas directe vel indirecte aperiri via valeat ad beneficia vacatura autoritate apostolica penitus reprobamus, & omnino viribus vacuamus, decernentes per eas vel ipsarum aliquam ad prouidendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 O.reuolauit ad.A.
2 Bene concessa cum vergunt in abusum: sunt retractanda/ ⁊ quod in se erat bonum per abusum fit malum.
Improbitas attribuitur ambitioni.
3 Quando ex promissione agitur vide hic.
Licet actio sit nata/tamen ante diem expressam: vel tacitã aduenientem efficaciter non potest agi.
4 Conditio de presenti vel de preterito/non moratur obligationem.
5 Quando res deuenit ante sui completionem/ad eum casuz a quo incipere non potuit.
Quando conditio aduenit/perinde est ac si ab initio pure contractum esset.
6 Princeps consuli debet de iure/non de facto.
Promissio facta de vacante tenet/⁊ est iam debitum: licet non affectum/propter quod si alij est collatum tenet collatio.
7 Ius habitum in re vel ad rem/ difficilius tollitur iure habendo ad rem.
Si beneficium debitum alteri conferatur/ agi potest ad interesse.
8 Leges ⁊ constitutiones facte ad negotiorum decisiones/ trahuntur ad preterita.
Lex noua non corrigit antiquam nisi quatinus inuenitur expressum in ea.
9 Si non esset prohibitio/non esset peccatum/ergo quod nõ est vetitum expresse stabit.
10 Facilius est modificare q̃ tollere.
Concessibilius est gratiam differre/q̃ auferre beneficiuz.
Causa constitutionis est inspicienda.
11 Quando non habet locum causa constitutionis: ergo nec ipsa constitutio.
Sicut possum donare beneficium vacans/ita et promittere.
Omnis contractus resolui potest in verborũ obligationẽ.
12 Ibi debet esse locus legi corrigenti: vbi est locus correctus.
13 An quis precise ad factum cogi possit vide hic.
14 Quis non debet ex sua tarditate commodum reportare.
Non refert an promissio fuerit ab initio pura vel per conditionis existentiam.
15 Legatarius transmittit legatum ad heredem suum.
Conditionis vel diei existentia/facit ꝙ casus superueniẽs non tollit promissionis effectum.
16 Altera est alternatiua prestationis/⁊ altera ordinis.
Beneficium non datur nec promittitur anteq̃ vacet.
Sicut aliqua coniungũtur in prohibitione/ ita ⁊ in concessione.
17 Sicut prohibetur vacatura beneficij collatio vel prouisio/ ita ⁊ collationis commissio.
18 Vexatio redimi potest in iure creato.
Omnis agens intendit finem/alias est similis erranti.
Finis ⁊ bonum idem sunt.
19 Sperans honorem vel appetens illum: debet curare contingere per bona media/⁊ tempore competenti alias peccat.
20 In promissione attenditur tempus existentie cõditionis.

21 Simplex beneficium licite possum petere mihi dari / sed nō possum licite petere me eligi.

Non est inconueniens agi vel aliquid fieri secundū legem reprobatam pro tempore illo quo non erit reprobata.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Olim fuit concessum regibus/ & imperatoribus/ ꝙ papam eligere possent.
2 Cessante causa priuilegij/cessare debet priuilegium.
3 Durat concessio/q̃tum durat necessitas.
4 Quando petitur a principe quid faciendum / intelligitur ꝙ faciendum sit de iure.
5 In casu discordie statur potius nigro q̃ rubro.

1 Detestanda, Hic * O. Reuolauit ad A. xxxv. di. ab exordio: cū enim cōciliū Lateranen. s.eo.ca.ij. non violaretur nisi in duobus casibus/quodāmodo vnus in reseruatione legatoꝝ. j. de iurepat.cū dilectus/ & alter. s. eo.accedēs/ & per hoc ca. tollitur prorsus dictū.capi.accedens/ vt nec directo nec indirecto fiat cōtra concilium predictum. s.eo.cōstitutus/ & capitu.ex tenore/ & capitu.cum dilecta.

¶ Et hoc capi.habet tria dicta. Primo/ harengat. Secundo §.[sane] ius antiquum & sequelam ex eo recitat. Tertio versicu. [Nos] in alijs ius narratum ac eius sequelam
2 prorsus cassat [reuocanda.] Et sic nota * bene concessa/
a b cum vergunt in abusum a sunt retractāda b & ꝙ in se erat bonum:per abusum fit malum [decretum]. s.eo.accedens [cōceduntur]. C.de peti.bo.subla.lib.x. [improbam] quare improbitas attribuatur ambitioni no. s.hoc lib.de elec. Auaritie [concilium] s.eo.capi.ij. [vacatura.] Sed nunquid per hoc corrigitur. j.de iure patro.cum dilectus. Dic ꝙ nō/sed potius innouatur. s.hoc lib.de offi.leg.presenti. §.ceterū. Et verba generalia ad casuz hic narratum referri debent argu. ff.de transac. Cum aquiliana/ & l.qui cum tutoribus not. s.de transac.capi.j. [decetero] nūquid hec cōstitutio eneruat promissiones ante ipsā factas/ vt sic trahatur ad preterita/videtur ꝙ non arg. s.de consti. ca.fina.
3 Dic * aut promissio est pura / & tunc statim agi potest. ff. de regul.iur. l.in omnibus institu.de verbo.obliga.§.pure. & §. quotiens/ &. ff. de verbo.obligatio. Eum qui kalendis §. quotiens. Aut est in diem/ & tunc est pura/sed solutio seu prestatio in diem est dilata / adeo ꝙ licet actio sit nata / ante tamen diem expressam vel tacitam aduenientem efficaciter non potest agi. ff.de verbo. obligatio. centesimis/ & l.interdū/ & d.§.quotiens. s.de plus peti.capitu. vno §.ei not.insti.de verbo.obliga.§.in diē/ & §. locati. Aut est dies incertus qui conditionem facit. ff. de conditio. et demonstratio. l. dies incertus. Aut est cōditio de futuro/ ex cuius obligatione non est debitum/sed spes in debitum
4 iri. Secus si esset conditio * de presenti vel de preterito que non moratur obligationem instit. de verbo. obligatio. §. sub conditione / & §. ex conditionali / & §. conditiones: vnde in casu presenti/ aut ex promissione dudū facta tempore huiusmodi statuti;ergo agere non poterat / quia nec venerat dies/ nec conditio extiterat/ & tunc promissio ante istam cōstitutionem facta non valet adueniente hoc statuto vt probat euidenter hec litera/tam in promissionibus factis/q̃ faciēdis reprobatis ad beneficia vacatura/ id est si vacabunt / & tunc est conditio/ id est si vacabunt/ & sic nō est obligatio efficax : sed spes eundi in eam vt predixi. ff. de lega. j. stichum . ff. de auro & argento lega. l. quintus.
5 Et tunc enim * res deuenit ante sui complexionem ad eū casum a quo incipere non potuit. ff. de seruitu.pro parte/ aut promissio ante hoc statutum erat redacta ad purā obligationem non dilatam per diei adiectionem/ sed dies iam aduenerat / aut conditio extiterat / & sic perinde est ac si pure ab initio esset contractum. ff. qui pot.in pigno. babeantur.l.potior.ij. Et tunc indubitanter si factum est prorsus expletum tenet. C.de nupt.l.fina. j.hoc libro de regu. iur. factum legitime. Et est ratio predictorum. C.de testamen. l. iubemus/ in fine. s.de consti.cognoscentes. Idem si negotium est diffinitum licet fuerit appellatum. Idem si res in iudicium fuerit deducta / vel consultatio principi
c 6 facta qui consuli c * de iure debet / non de facto. ff.de iudic. eum q̃ in auten.vt cum de appellatio. cognos. in princi. & §.primo. & ibi not. idem si nihil est iudicialiter ceptum. Et est ratio/ promissio facta de vacante tenet & est iā debitum:licet non affectum propter quod si alij est collatum tenet collatio. j.eo.si solum. s. de prebend. dilectus.iij. argu. C.de rei vend.quotiens/vnde promissio dudum facta est & est ad presentiam redacta ante istam constitutionem:non obuiat Lateranen.concilio/nec presenti constitutiōi q̄ viaz ad vacatura beneficia directo vel indirecto reprobat : vnde ius creatum in re vel ad rem per hanc constitutionem non tollitur/que hec non exprimit nec obuiat Lateranen. concilio sed spes que est reprobata hic/anteq̃ deueniatur ad
7 ius acquisitum ad rem. Et ius habitum * in re vel ad rem difficilius tollitur iure habēdo ad rem. j. de voto & vo. redemp.c.vno in fine.

¶ Et dico ꝙ si alteri beneficium iam debitum conferatur: agi potest ad interesse. ff.de lega.primo.cum res §. fina. ff. de verborum obligatio.l.si ex legati causa & l.si funduz & l. Iulianus §.qui fundum. ff.de constitu.pecu.l.prouisor. j. et ij. C.de fideicom.liber.l.fina.

¶ Nec obstat. C.de vsuris.l.eos §.si quis vero contra et.l. sequen.quia est edicta contra rationem iuris cōmunis:sci-
8 licet ꝙ * leges & constitutiones facte ad negotiorum decisiones trahantur ad preterita: & ideo extra casum suuz ex-
d tendi d non debet/ nec ad sequentem trahi. j. hoc libro.de reg.iur.que a iure.
e ¶ Nec lex noua corrigit antiquaz/nisi quatenus inuenitur e expressum in ea. C.de appella. precipimus in fine auten.de administran.officia.circa finem/col.iij. C.de legib.l. leges. ij.arg. ff.de his qui in testa.delētur.l. cācellauerat in prin.
9 ¶ Item si non * esset prohibitio/non esset peccatum.xxij. q.iiij.dixit ergo/quod non est vetitum expresse stabit.C.de testamen.sancimus.

¶ Itez dic ad d.l.eos ꝙ ipsa loquitur in casu odioso in quo sunt multa specialia statuta: item dicta lex est specificata super vsuris promissis in preteritum : vnde non absorbet ius stipulatoris in totum propter quod ipsa lex non debet extendi ad hunc casum in quo absorbetur ius partis in to-
10 tum. Et facilius * est modificare q̃ tollere arg. j. de deci. c.pe.sicut est concessibilius gratiam differre q̃ auferre beneficium. j. hoc lib.de re.permuta.c.vno arg. s.hoc libro de prebend.ei cui.

¶ Item causa constitutionis est inspicienda. ff. de iure pa. l.adigere §.q̃uis :que est hic principalis & motiua / ne aperiatur via contra concilium Lateranen.ad beneficia vacatura/ & ne quis in mortem alterius machinetur: vt hic exprimit textus.

¶ Nec hec litera reprobat promissiones per quas vti potuit:sed per quas valeat in futurum.

¶ Et sic hec constitutio non reuocat illas per quas possit agi/nisi ad premissa possit aperiri via / quare cum in dicta
11 promissione quam est secuta beneficij vacatio/nō habeat * locum causa constitutionis:ergo nec ipsa constitutio : quia promissio simplex & pura non fuit/nec est illicita / ergo nec purificata. Et sicut possum donare beneficium vacans/ ita & promittere:quia omnis contractus resolui potest in verborum obligationem/vt si vendo tibi capā pro.x.bec.x.possum in stipulationem deducere) & reuocare primam obligationem. ff.de re iudi.l.iiij §.si ex conuentione.

¶ Nec obstat. j.q.ij.q̃ pio:quia loquitur in promissione aggrauante que non inest nec inesse potest iure prohibente. s.de pac.c.vltimo. j.de rerum permuta.quesitum/ & no. j. hoc lib.de reg.iur.actus.
12 ¶ Item * ibi debet esse locus legi corrigenti/vbi est locus correcte. Sed in tali casu nō loquebatur constitutio correcta/ ergo nec corrigendi locus esset hoc casu arg.in autē.de filijs ante instru.dota.na §.tertia vero col.iij.

¶ Item existentia conditionis vel incerte diei sub quibus ab initio cōtracta erat promissio:facit eam committi adeo ꝙ si aliquid superueniat ꝙ pendente conditione impedimētum prestaret/non tamen illud prestat conditione existente ff.de noua.quotiens §.j.

¶ Item cum iam ius agendi esset quesitum iniquum esset dicere illud mihi auferri vbi non haberetur expresse. ff.de pac.l. vlti. ff.de capi.di.l.tutelas in prin. & l.sequen. ff.vnde legi.si ex duobus. s. hoc lib.de res.q̃uis.

Sed tu dicas/ad quid agetur: dic ad id quod promissum est:si ad factum vt prouideatur & compellatur precise pro-
13 uidere si potest secundum illos qui tenent quem cogi * precise ad factu. ff. de ope.noui.nuncia.l.stipulatio §.sane

vel saltem interesse prestabit/ vt.s.probatum est/vel saltez
vite necessaria ministrentur/ donec prouisum fuerit/ supra
de prebend.cum secundū apostolū ⁊ eo.ti.hoc lib.c. si epus
ar.s.de arbi.per tuas.Et sic non est promissio spūalis seu
spiritualis annexa / sed magis contumaciam promissoris
⁊ factum ipsius arguit. ff. de tabul. exhibend. l.locum.§.
condemnatio/ ⁊ sic non obstat. j.quest.iij. si quis obiecerit.
14 Et eo ipso ꝙ vacauerit beneficiū nec cōtulit cū potuit fuit
in mora.s.de prebēd.dilectus.ij. Nec debet * quis ex sua
tarditate cōmodum reportare.ff.de cōditio. ⁊ demōstra.l.
hec conditio.j.⁊.ij.Be.ff.quando dies lega.cedit rogo.

¶ Nec refert an aliqua promissio pura fuerit ab initio/ vel
per conditionis existentiam.ff.de condi. sine causa.l.j.⁊.l.
nihil/ ⁊.ff.de Nauti.fenor. l.nihil. Quia sicut per reuoca=
tionē promissionum conditionalium vel de futuro non re=
uocarentur pure vel de presenti a principio:sic nec pure fa
cte/vel de presenti ex post facto ante reuocationem istam.
Nam tales pure reuocantur.ff.de vulga.⁊ pu.sub.l.seruū.
§.Titiū.ff.de condi.insti.si pupillus.ij.respō. Nec propter
hoc concluditur quod idem esset: si post hanc constitutio=
nem conditio existeret / quia tunc demum retrotrahitur:
quando rem inuenit ipsa constitutio in eadem causa non
mutata arg.ff.rem ratam haberi.l.bonoꝝ. s.hoc lib.de res.
si pro te. ¶ Item simile reperio in legato cōditionali vel
15 in diem incertam relicto: * in quo si existat conditio / vel
dies: veniat viuente legatario:sibi ius acquiritur/ ⁊ illud
ad heredem transmittit:secus si ante conditionis existen=
tiam vel diem aduenientem moriatur.Et ideo hec condi=
tio/vel diei existentia: faciet ꝙ casus superueniens hic nō
cauens expresse non tollet promissionis effectum. C.de ca
du.tollen.l.vna.§ in nouissimo/ ⁊.ff.de condi. ⁊ demonstra.
l.interdum/⁊.ff.de lega.j.si ita legatuz.§.illi si volet.Quia
res hoc casu peruenit ad statum a quo incipere potuit / qr
beneficium vacauit.ff.de bo.pos.contra tab.l.iij.§.si eman=
cipatus.j.hoc libro de reg.iur.factum.

16 ¶ Nec est hic * alternatiua prestationis: de qua habetur
j.hoc lib.de reg.iur.in alternatiuis: sed est alternatiua or
dinis/cuius ordo extitit ante hāc cōstitutionē. s.hoc lib.
de prebend.mandato.⁊ capi.si clericus/primo respon.

¶ Item beneficia non dantur/nec promittuntur antequā
vacent/vt.s.eo.cap.nulla: ergo quando vacant cōferri po
terunt ⁊ pmitti/vt sicut hic coiunguntur in prohibitione/
ita ⁊ coniungantur in concessione.ff.de conditio.⁊ demon=
stratio.l.Auia/ ⁊.ff.de conditio.insti. l.cum seruus/⁊.j.de
regu.iur. capitulo primo.

17 ¶ Item sicut * prohibetur vacaturi beneficij collatio vel
promissio:ita ⁊ collationis commissio. s. hoc libro de offic.
delega. deliberatione.§.prohibemus: ergo vbi potest fie=
ri collatio ⁊ commissio: ibidem poterit fieri promissio/⁊ cō
stat ꝙ potest fieri commissio ⁊ collatio de vacante etiam
certe persone conferendo:pactiones tamen prohibentur/
quando interuenit aliquid temporale vel aliquod illicituz
admiscetur. j.de symo.tua. Nec mirum quia hoc contin=
git ante ius constitutū in re / licet sit constitutum ad rem
18 vt.d.capitu. tua. de symo. secus est in iure * creato in re:
vbi redimi potest vexatio.j.de symo.dilectus.j.Et est ra=
tio diuersitatis/omnis agens intendit finem : alias est si=
milis erranti secūdum Philosophum / ⁊ habens iam finem
id est bonum:quia finis ⁊ bonum:idem sunt secunduz eun=
dem philosophum illum habet tueri non impetere argu.
C.si mancipi. fuerit alie.ne pro.l.j. Sed intendens vel po
19 nens finem electioni de se faciende/ quia * sperans hono
rem vel appetens secundum philosophum:illum debet cu
rare contingere per bona media ⁊ competenti tempore /
secundum philopsohum alias peccat.j.questio.prima/non
est pudenda.ij.questio.vj.capitulo primo/ ⁊ capitulo sicut
tuis / ⁊ capitulo Mattheus/de symo.

¶ Nec inuenitur expresse prohibitum de vacante / ergo
promitti poterit argu . ff. de procurato . Mutus.§.primo.
ff.de testi. ex eo. ff. de probatio . ab ea parte. Nec dici po=
test hanc promissionem reuocandam / licet diceretur ea=
dem obligatio seu promissio que prius/ quia si dicatur ea=
dem : est tamen alia qualitas : quia purificata ⁊ ista qua=
litas dat sibi quod prius nō habebat/ scilicet ꝙ agatur ex
ea. ¶ Simile dicitur in actione recisoria. ff. ex quibus
causis maiores. Necnon.§. exemplo / ⁊ in pacto nudo rei
interuentu vestito.ff. de pact. l.iuregen.§.primo.C.de re=
20 rum permutatio. ex placito. Et in * dicta promissione at=
tenditur tempus existentis conditionis argu. ff.de excu=
sa. tuto. l. si is qui.§. Idem euenire. ff. de conditio. ⁊ de=
monstratio. sed ea res.ff.de leg.j.l.cetera.§.sed si sub con=
ditione. ¶ Nec obstat si dicatur ꝙ promissio vacantis
est illicita sicut electio argu. s.de electio. Cum post/sicut
ambiens vel importune se ingerens. j.questio.sexta / sicut
is qui / auten. vt iudi. sine quo suffra. in rubro ⁊ nigro/
col.secunda.Dic contra/⁊ est inter ista diuersitas manife=
21 sta:quia * simplex beneficium possum licite petere mihi da
f ri:sed non possum licite petere me eligi[f] .ff.de offi.pretor.
Barbarius/⁊ de symo.tua.s.de eta.⁊ quali.tua/⁊.j.q.j. non
itaque circa finem.q. vbi optime distinguitur/ ⁊ supra eo.
distinxi.

¶ Et dato ꝙ hec promissio si fieret non sit reproba.non ta=
men est inconueniens agi vel aliquid fieri secundum.l. re=
probatam pro tempore illo quo non fuit reprobata.C.de
decur.l.pe.⁊.C.de legib.l.leges.ij.[vacatura.]

¶ Sed nunquid per hoc corrigitur. j.de iure pa. cum dile
ctus/dic ꝙ non/sed potius innouatur.s. hoc libro de offi.
lega. presenti.§ ceterum.Et hec verba generalia ad casuz
hic narratum referri debent.ff.de transac.cum aquiliana ⁊
l.cum tutoribus/ no.s. de transf.c.j. Joannes. Monach.
Cardinalis.

a In abusum.Idem dic quando vergūt
in graue damnum de quo per domi.
Bertrandi/consilio.cviij.Etiaz si pri
uilegiuz/in.iij.parte/vbi dicit/ꝙ hoc
non fit ipso iure vt hic dicit Joānes
Mo. sed per principis ministerium.
Probus.

b ¶ Sunt retractanda.Licet dicamus
1 * aliquando concessum fuisse regibus
⁊ imperatoribus ꝙ Papam eligere
possent.c.Adrianus ⁊.c.sequen.lxiij.dist.⁊ potestas prela=
tos inuestiendi data/vt ibi/hac tamen facultate (labuntur
pluribus annis) non vtuntur quatuor de causis citatis in
c.quia sancta Romana.lxiij.dist. potissima legitur: quia eo
abutebantur priuilegio cum sub velamine dicti priuilegij
ecclesias opprimerent/ ⁊ earū iura atqꝫ libertates/aut mu=
tilabant/aut omnino eneruabant.Et cum tenerentur eccle
sias in suis dotibus integras conseruare/eas exterminare
non verebantur:vnde non indignū videri debet si tale pri
2 uilegium fuerit reuocatum cum cessante * causa priuilegij
cessare debeat priuilegium.l.generaliter.C.de epis.⁊ cleri.
cum similibus. Causa enim concessionis priuilegij vt dici=
tur in dicto capitulo Adrianus.el.ij.fuit auxiliū quod pre
stitit Carolus magnus aduersus hostes ecclesie Roma=
ne:igitur cum cessante tempore ipsa causa cessauerit:vt po
te quia succedentes principes quod conseruare debebant
euertere satagebant/prout ⁊ hisce temporibus aliqui sat=
agunt totis viribus:experientia docet rerū magistra/pro=
curant enim etiā vi armata nepotulos ⁊ asinos deferratos
cathedras superiores ascendere. Non enim cuipam miruz
videri debet si priuilegio quo abutebantur fuerint priuati:
regula iuris est priuilegium nanqꝫ meretur amittere qui
concessa sibi abutitur potestate.c.tuarum.s. de priuileg.c.
priuilegium.xj.q.iij.cum similibus inter que.c. postea.xxv.
q.ij.Et sub velamine illius quod alijs licitum erat / com=
mittebant illicita/ cōtra.l.qui sub pretextu.C.de sacrosan.
eccle.

¶ Faciunt ea que diximus in.c. auaritie in fine.s.de elec.
Fuit igitur causa priuilegij huius necessitas tuēde eccle=
sie per principes que cessauit/sic eo ex capite debet cessa=
3 re concessio. Cum duret * concessio quatenus viget ne=
cessitas ⁊ non aliter.

¶ Facit.xvj.q.j.c.generaliter:notat Panor.in.c.cum vene
rabilis in fine.s.de consue. Facit glo.in. c.quod pro necessi
tate.j.q.j.quam glo.doctores dicunt si aliqua collecta est
imposita pro necessitate vrgente/ea cessante debet cessare
collecta/quod est notandū cōtra principes imponentes col
lectas sub dictis suis ob causam/ qua cessante non curant
ipsa grauamina tollere: vide glos.in verbo cessauerint in.ca
fina.xxv.q.ij.

¶ Et ad ea que dicta sunt/canonici ecclesiarum cathedra
lium ecclesie Gallicane attendant/prout ⁊ monachi/et alij
qui ius eligendi prelatos habebant/quia si priuilegio suo
non fuissent abusi in committendo symoniam : eo iure ele=
ctionis non fuissent per Papam Leonem decimum priua=
ti/ prout legitur in concilio Lateranen. Probus.

c ¶ Qui consuli. Istud est etiam presumptum ex qualitate
principis/qui omnia iura in scrinio sui pectoris cēsetur ha=
bere.l.omnium.C.de testa.⁊ capitul. primo/ ⁊ ibi dixi.s. de
4 constitu. Qr * qñ petitur ab eo quid faciendū intelligit ꝙ

faciendũ ſit de iure arg.l.plenũ.§.equitij.ff.de vſu ⁊ habi. ad hoc facit tex.in.l.ſi mihi donatũ.ff.de dona.ibi q̃rebatur quid ageretur/intelligitur ſm glo.ſcz de iure. Probus.

d ¶ Extendi. Uide de extenſionis materia/maxime in materia ſtatutorum per Maria. Sozi.conſi.xxx.col.v. cũ ſequẽtibus. Quãuis/⁊ ibi videbis miranda dico ſubtilia ⁊ paucis cognita. Probus.

e ¶ Inuenitur expreſſum. Dic ꝙ quando nigrũ ⁊ rubruz diſcordant/ potius ſtandũ eſt nigro ꝙ̃ rubro. Ita dicit Anto. in proemio Gregoriano allegat not.per glo.magnaz in auten.ad hec.C.de vſur. Idẽ Alber.in.l.prima.ff.ſi cer.peta. Ratio quia nigrũ eſt poſterius. Ideo magis debet attẽdi.c.j.de cõſti.ſ.hoc lib.refert Sozinus conſi.xcij.col.iiij. Circa primũ huius/in ꝓpoſito tamen Paul.de caſtr.cõſi.lxxxiij.nuſ.iij. preſens caſus in.ij.parte dicit ꝙ ſi rubrica eſt gñalis/⁊ rubrũ loquatur ſpecialiter: licitũ eſt arguere à rubrica.ff.ſi cer.peta.l.j.ante finem magne.glo.⁊.C.ne fideiuſſo.do.den. Et ſic ꝙ ꝓcedatur ſcd̃m rubrũ ⁊ non ſcd̃m nigrum confirmat Alex.conſi.cix.nu.iij.viſo proceſſu/vol.v.vbi dicit quãdo rubrica eſt generalis etiaz lex debet intelligi generalis. Uide Maria.Sozi.cõſi.xxx.col.viij. Mi. Et vltra predicta/quod exorditur/Quãuis. Probus.

f ¶ Me eligi. Uide que dicit late Prepo. in capitu.ordinationes.j.queſt.j. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. iij.

NE captandę alienę mortis occaſio ex benignitate gratiarũ ſedis apoſtolicę tribuatur. ¶ Declarandum duximus quod is cui ab eadẽ ſede vt ei ꝓuideatur de prębenda,dignitate vel ꝑſonatu,aut alio beneficio in aliqua ꝓuícia dioceſi vel eccleſia, quẽ ſeu quod duxerit acceptãdũ, certis ſibi ſuper hoc executoribus deputatis gratia noſcitur eſſe facta. ¶ Licet in genere primũ perſonatũ,dignitatem,prębendam,ſeu beneficiũ in eadem prouincia,dioceſi,vel eccleſia vacaturũ. ¶ Aut ſecundũ ſeu vlterius (ſi rationabilis cauſa ſubſit)valeat acceptare. ¶ Certũ tamen & expreſſum priuſquã vacet acceptare non poteſt. ¶ Quod ſi fecerit,etiã ſi per executores eius ſecundum acceptationem huiuſmodi facta fuerit reſeruatio,inhibitio,varijque proceſſus ac ſententię promulgatę,tam acceptatio ipſa quam proceſſus viribus careant,nec aliquam obtineant roboris firmitatem,imo niſi acceptator ille dignitatem,prębendam,perſonatũ, ſeu beneficium taliter acceptatum, & reſeruatum per collationem vel inſtitutionem poſtmodũ factam de vacanti iam adeptus, vel ei ius in ipſo fuerit acquiſitum per eum ad quem eiuſdem perſonatus, dignitatis, prębendę aut beneficij collatio, ſeu prouiſio pertinet (dictis acceptatione ac executorum proceſſibus, inde ſecutis nequaquam obſtantibus) de illo vacante libere poterit alij prouideri.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Semel optans ſecundo non poteſt optare.
2 Gratia communis conſumitur dolo vel negligentia cui fit.
3 Licet venire ad bonam acceptationem / ⁊ proceſſus legitimos.

NE captandæ, Hec decretalis proſequitur materiam precedentis decre.in alijs tamen terminis ſicut in gratia de beneficio/quod quis duxerit acceptandum. Et eſt iſta ad declarationem illius.c.ſ.eo.quia cunctis. Et primo narrat factum quod damnat. Secũdo verſi.imo factum damnatum per nouum proceſſum reprobãdum demonſtrat[tribuatur]contra concilium Lateranen.ſ.eo.nulla/⁊.c.proximo[acceptare].ſ.eo.c.quia cunctis.§.econtra in fine[non poteſt]vt.d.§.econtra[firmitatem].ſ.eo.quia cunctis.j.Reſo.⁊.§.econtra[acquiſitum.] Quando ius eſt acquiſitum in beneficio vel ad beneficium habetur.ſ.hoc libro de prebend.ſi is cui ⁊.c.ſequenti/⁊.j.eod.c.vlti.in prin.⁊.§.ſane.

¶ Sed contra.ſ.hoc lib.de elec.ſi compromiſſarius.§.primo ⁊.ij. Contra.ff.de optio.lega.apud Aufidiuz vbi * 1 ſemel optans ſecũdo nõ poteſt optare. Sol.vbi quis optat a male ſine culpa:iterato poteſt optare:ſed ſi cum culpa ſua:ſibi imputet.ff.de optio.lega.l.ij.⁊.d.c.ſi compromiſſarius. Et hoc ſecundo caſu ſubdiſtingue b. Nam ſicut * 2 gratia communis conſumitur dolo vel negligẽtia illius cui fit.ſ.hoc lib.de reſ.tibi qui in fine ⁊.ſ.hoc libro de preben.ſi clericus ⁊.c.is cui:in fine ⁊ de hoc no.ſ.de prebend.eum qui. ¶ Sed ſi non eſt gratia communis ſed exuberans vt hic/⁊ ſ.eo.quia cunctis:⁊ tunc quia maiora nõ adeo cito deſtruuntur:licet recedere a mala acceptatione/⁊ proceſſibus habitis propter eam:quia * 3 venire licet ad bonam acceptationem ⁊ proceſſus legitimos vt hic argu.ſ.hoc lib.de reſ.duobus/⁊.ſ.eo.quia cunctis in prin.⁊.§.extitit ⁊.§.econtra[proceſſib9].ſ.malis de quibus eſt dictũ.ſ.eo.in prin. Jo. Monach. Card.

a Optat. Uide Jo.Mo.in.c.ſi tibi abſẽti nu.xxj.⁊ ibi dixi.ſ.de prebẽ.⁊ in vltima apoſtilla/quibus adde que tradit do.Arnulph.Ruſeus in trac.de iure regalie priuilegio.xxj. Probus.

b ¶ Subdiſtingue. Pro hoc vide Do.con.cviij.difficultas dubij vbi peroptime dat intelligere intentum Joannis Monach. Probus.

Bonifacius Octauus. Cap. iiij.

EXecutor ſuper prouiſione alicuius a ſede apoſtolica per generales literas in aliqua prouincia deputatus,prælatis & alijs ad quos beneficiorum in eadẽ prouincia ſpectat collatio, ne ad prouiſionem aliquorum procedant,donec illi pro quo ſcribitur ſit prouiſum,nõ poteſt generaliter inhibere. ¶ Niſi expreſſe in ipſis literis facultas huiuſmodi inhibitionis concedatur. ¶ Poteſt tamen reſeruationem & eiſdem inhibitionem facere ſpecialem de primo vel(ſi hoc illi ex beneficio cõpetat literarum)de ſecundo vel vlteriori beneficio inibi vacaturo eidem clerico conferendo. ¶ Quod autem contra talem reſeruationem& inhibitionem ab eo ad quem beneficij reſeruati collatio pertinebat fuerit attentatũ nõ tenet.

❡Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Esset durum per generalem inhibitionem/collationē omnium beneficiorum vnius prouincie impediri.

Executor, Hec decre. docet formam procedendi quādo mandatur alicui generaliter in certa prouincia prouideri [inbibere] Esset * enim durum per generalem inhibitionē collationem omnium beneficiorum vnius prouincie impediri. s. eodem qr cunctis §. econtra/quod est verū nisi &c. tunc non omnia impediuntur/sed vnum [vacaturo] de hoc est dictum. d. §. econtra circa finem [non tenet] ar. s. c. proxi. & d. c. qr cunctis in prin. Jo. Mo. Car.

❡Bonifacius Octauus. Cap. v.

Si capitulo alicuius ecclesię cum ad ipsum canonicorum receptio ac præbendarum collatio pertinebat vt te in canonicū reciperet & tibi de præbenda (si tunc vacaret) inibi prouideret vel cū se facultas offerret, ac executori qui in eodem capitulo negligente mandatum apostolicū exequatur, directa fuerint scripta nostra.

❡Per solam illorum præsentationem capitulo ipsi factam. ❡Absque alia etiam executoris insinuatione, inhibitione, seu reseruatione beneficium pro quo tibi conferendo scriptum extiterat, adeo est affectum, quod de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatem.

❡Immo si capitulum infra terminum competentem sibi ab executore præfixum mandatum apostolicum ei pro te directum inquantum poterit, non duxerit ad implendum, extunc in ipsum executorem potestas prouisionis huiusmodi transferatur & executor ipse canonicatū incontinenti poterit tibi dare, ac præbendam (etiam sine alia capituli vocatione vel monitione) si vacat vel cum obtulerit se facultas.

❡Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Beneficium nedum debitum est sed affectum: adeo quod factum in contrarium non tenet.
2 Aliquando beneficium est debitum: sed non affectum.
Executor terminum prefigere potest.
3 Articulus extunc/extremum tempus prefici termini importat.
4 Ex quo mandatur de aliquo in canonicum recipiendo: ita & de prouidendo eidem.

❡Summarium Domini Philippi Probi.

1 Subrogatio requirit duo extrema.
2 Ille qui subrogatur in locum alterius/non plus cōsequitur quam ille in cuius locum subrogatur.

Si capitulo, Hec decretalis & sequens interpretātur decretalem. s. de preben. dilectus. ij. Et hec loquitur vbi post mandatū factum capitulo datur executor ad prouidendum: sed sequens loquitur vbi nō datur executor/& si datur non ad prouidendū: sed ad compellēdū. Et hec decre. habet duas partes: prima vbi executor nihil insinuat: sed tamen mandatum papale est presentatum. Secundo §. [immo] quando executor terminū prefixit/& infra terminum quod mandatum fuerit non fuit ad
a impletū [a]/que potestas executori incumbit [offerret] hec litera erat facultatis quo ad primū responsum. s. hoc lib. de res. cū aliquibus vt ibi notatur [exequitur]. Et sic erat executor ad prouidēdū. Nā cū mandaretur capitulo de prouidēdo & capitulo negligente executor subrogaretur: hec subrogatio potestatem prouidendi obtinebit/& presentatio dictarum literarum capitulo facta operabitur absque insinuatione inhibitione/seu reseruatione/potestatem capituli fore ligatam:
1 vt infra sequitur [affectum]. Et sic nota beneficium * nedum debitum sed affectum /adeo quod factum in contrarium non tenet. s. hoc lib. de preben. si postquam: aliquando tamen beneficium est debitum/non affectum. j. ca. proxi. j. Respon. supra de preben. dilectus. j. & c. relatum [firmitatē] contra. j. c. proxi. Sol. casus est diuersus/nō aduersus vt. s. in
2 prin. [terminū] Not. executorē * terminū prefigere posse. Simile no. s. hoc lib. de preben. si tibi absenti. ij. Reo. [extunc]
3 iste articulus ex tunc * extremum tempus prefici termini importat. ff. de condi. & demon. l. iiij. in fine [prouisionis.] Et sic nota istum executorē datū fuisse ad prouidendū/ vt
4 s. no. [dare] Et notabile est quod ex quo * mandatur de aliquo in canonicū recipiendo: ita de prouidendo eidē/ vt. s. eo. j. Reso. [executor] subrogatus (illis negligentibus) potest canonicatū dare & prebendā cōferre/ vt hic: et videbatur contra quia cum isti haberent mandatū de recipiēdo videbatur reiecta subrogatio de cōpellēdo super receptione. Sed secus est/quia hec vniuersalis receptio: erat canonicatus datio: secus de receptione particulari que fit postquam alicui canonicatus est collatus: ideo iste executor potest canonicatū dare/& cōtradictores compescere. Jo. Mo. Card.

a Adimpletum. Dic quod qui debet aliquid adimplere/ debet illud irreuocabiliter facere: alioquin nō dicitur adimplere. l. siue apud acta. C. de trāsactio. l. clegāter §. si quis. ff. de conditio. indebi. nā implemētum reuocabile nō debet implemētum censeri/ vt. l. si ad rē/ & l. etiam/ & l. si quis aliā. ff. de solu. & l. non quocunque modo de leg. primo tradit Oldra. cō. xcvij. questio disputanda. Probus.

b 1 ❡Subrogatio. * Que requirit duo extrema/ scilicet quod subrogatur & ad quid subrogatur: testatur Maria. Sozi. con. cl. col. x. Et ille * qui subrogatur in locū alterius non plus
2 cōsequitur quam ille in cuius locū subrogatur/quia sapere debet eius naturā. l. si eum § qui iniuriarum cum ibi plene notat. ff. si quis cautio. l. j § hec actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fue. vbi Bar. Probus.

❡Bonifacius Octauus. Cap. vj.

Si soli ordinario pro te beneficiando executore non dato. Vel ordinario & executori, vt eum ad faciendum quod mandatur compellat. Aut soli executori vt tibi faciat de canonicatu & præbē

da vel alio beneficio in certa ecclesia dioce, ſeu prouincia prouideri, mãdatum apoſtolicum ſit directum, per talis pręſentationem mandati ordinario ipſi factam (licet ſi contra faciat puniendus exiſtat) ei tamen poteſtas ſic non adimitur conferendi quin teneat alteri facta collatio ab eodem. ¶ Niſi nos in gratia tibi facta decreuiſſemus irritum & inane, quod fieret cõtra ipſam. ¶ Aut executor huiuſmodi odinario ſuam inſinuans poteſtatem, ne alteri conferret beneficium de quo tibi ſoli eſt ſecundum tenorem huiuſmodi mandati apoſtolici prouidendum interdixiſtet eidem pręſertim cum interpoſitione decreti. Vel niſi tu iuxta dictum mandatum eſſes in canonicum iam receptus, tũc enim prębendę collatio alteri facta firmitatem aliquam non haberet.

S I ſoli, Hec decreta. primo ius antiquum recitat. ij. verſi. [niſi nos] tres inſtantias contra ius antiquum dat [compellat.] Et ſic erat executor dat⁹ ad compellendum a & ideo non obſtat. ſ. eo. c. proxi. & ibi no. [puniendus] ſ. de offi. deleg. prudentia. §. adijcimus [ab eodem]. ſ. de prebend. inter cetera [inſinuans] ſupra eo. quia cunctis. §. ex parte [iam receptus]. ſ. hoc lib. de preben. ſi poſtquam. Joan. Mo. Car.

a A D compellendum. Uide Petr. de ancha. conſil. cliiij. quia primo inquirendum.
¶ Et pro intento tex. attende ad Alexan. conſilio. xcvij. conſideratis his. vol. v. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. vij.

A Vtoritate Martini papę prędeceſſoris noſtri quodam ad pręebendam primo in Parmẽſi eccleſia vacaturam nulli alij de iure debitam in eiuſdem eccleſiæ canonicũ recepto & alio a nobis in eadem eccleſia ſimilem gratiam adepto ſecundo, tertius deinde autoritate noſtra in ipſa parmenſi eccleſia in canonicum & in fratrem recipitur cum pręrogatiua gratiæ quod omnib⁹ prædeceſſorum noſtrorum autoritate non autem noſtra receptis in aſſecutione præbendę debeat anteferri, poſt hæc autem quędam vacat præbenda in eccleſia memorata, quęritur quis eorum alteri præferatur & ſecundum quem ordinem præbendas aſſequi debeant tres prædicti. ¶ Cum igitur ex tenore gratię tertio a nobis conceſſę appareat euidẽter nos voluiſſe primo tertium, & ſecundum tertio anteferri decernimus quod primam ſecundus, ſecundam tertius, & tertiam primus debet obtinere pręebendã, alias forma mandati minime ſeruaretur.
¶ Licet enim ex perſona ſua, ſecundus primam obtinere non poſſet ex perſona tamen tertij qui primum ſuperat illam habet. Sicut contingit in ſucceſſione illius qui ab inteſtato relictis patre in adoptiua familia cõſtituto, matrę atque fratre decedit, in qua ſucceſſiõe pater ex ſe matrem excludit, ſed quoniã talem patrem agnatus, materque vincit agnatum, mater patri non ex ſemetipſa, ſed agnati perſona in ſucceſſione huiuſmodi antefertur.

¶ Summarium domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Quod ex me non habeo/nec habere poſſum/ex perſona altertius conſequor.

A Uctoritate. Hec decretalis habet tres partes. Primo factum (ex quo elicit queſtionem) ponit ij. §. [cum igitur] queſtionem ex facto emergẽtem decidit. iij. ver. [ſicut] argumentum legale ad deciſionem poſitam ſubijcit [ſeruaretur] que tamen ſeruari deberet ſupra hoc lib. de preben. cui de non in fine. ff. manda. diligenter [habet]. Et ſic ꝙ ex me 1 * nõ habeo/nec habere poſſum/ ex perſona alterius conſequor: vt in caſu legis ſtatim allegande/que contra. ff. ad Tertulia. l. ij. §. obijcitur verſi. ſi ſit [vincit agnatum] Contrarium dicit. d. §. verſicu. ſi ſit conſanguinea: ſed forſan vult dicere vincit. i. concurrit/vel concurrendo mater cum agnato vincat patrem adoptiuum vt. d. verſi. quod ſine agnato nõ vincebat. Jo. Mo. Card.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. viij.

Q Voniam ex conſtitutione noſtra per quam paulopoſt promotionem noſtrã ad ſummi pontificatus apicẽ omnes collationes, ꝓuiſiones, reſeruationes, & cõceſſiones ſuper canonicatibus, dignitatibus, perſonatibus, præbendis, officijs, portionibus, præſtimonijs, eccleſijs parrochialibus, ruralibus, & alijs quibuſcunque beneficijs eccleſiaſticis vacaturis quocũque nomine cenſerẽtur, ac etiam ſuper canonicatibus ſub expectatione dignitatum vel aliorum quoruncunque beneficiorũ, quibus ius non eſſet quæſitum in re, licet ad rem a fœlicis recordationis Nicolao Pa. iiij. & Cœleſtino. v. prædeceſſoribus noſtris factas ſiue conceſſas autoritate apoſtolica in fratrum noſtrorũ præſentia omnino caſſauimus, irritauimus & euacuauimus caſſas, irritas, & vacuas nunciauimus, & nullius fore decreuimus

firmitatis, multę dubitationes insurgũt, vt vnde præfatę constitutionis reuocatorię processit editio, interpretatio eius quoque procedat.

¶ Pręsenti declarandũ duximus sanctione, q̃d in illis qui editionis tempore supradictę vltra statutum numerũ erant per eosdem prędecessores canonici sub expectatione præbendarũ, vel etiam portionum eadem constitutio locum habet. Si autem huiusmodi recepti vltra numerum distributiones & alia vt canonici de numero existentes sic tempore dictę reuocationis habebant, quod per cessionem, vel decessũ illorum qui erant intra numerũ ex vigore prioris gratię nil amplius assequi expectabant, nisi distributionum, seu partium suarum augmentum, cum forsan esset ecclesia in qua canonicorum, non autem portionũ numerus vel præbẽdarum distinctio habebatur quantoque inter pauciores cuiusuis ecclesię diuiduntur prouentus tanto maiores fieri possunt singulorum percipientium portiones ad istos vel eos qui per literas facultatis dictorum prædecessorum nostrorum in aliquarum ecclesiarum canonicos erant recepti (licet præbendas vel alia beneficia expectarent) constitutionem certum est nõ extendi præfatam. ¶ In illis vero qui vltra numerum autoritate præfata in aliquarum ecclesiarum canonicos iam recepti, quantum ad capitulum & ad chorum ac distributionũ perceptionem quotidianarum plenitudinem iuris canonici tunc habebant, sed in eis dignitates, personatus, præbendas, portiones, vel alia beneficia, quę dantur tantum existentibus de numero expectabant, constitutionem præfatam locum habere (ratione huiusmodi expectationis) dubium non existit. ¶ Sane in his qui super canonicatibus, præbendis, & dignitatibus parrochialibus vel alijs ecclesijs seu beneficijs quibuscunque a dictis prædeces. nostris literas impetrauerũt, etiam si per executores illorum factę fuerint reseruationes, decreti interpositiones, varijsque processus & etiam si eadem beneficia tunc vacabant & per impetrantes petitum fuerat ab executoribus quod eis illa conferrent, non tamen ipsorum beneficiorum vacantium collationes tunc temporis erant factę locum habet constitutio supradicta vt omnes huiusmodi gratię quarum ratione tunc non erat ad collationem processum & sic per consequens ius in re non fuerat ipsis impetrãtibus acquisitum, intelligãtur penitus reuocatę.

Q Voniam, Hec decretalis ponit mentẽ constitutionis reuocatorie de qua est not. s̃. hoc lib. de preben. si is cui ⁊ c. seq. Et primo mens dicte cõstitutiõis recitatur. ij. ver. vt inde tres declarationes super illa subijciuntur. Et hec in tres/secundũ tres declarationes subiectas diuiditur. ij. in §. si autem. iij. in §. sane [ad rem] de iure in re ⁊ ad rem hic dicitur et. d. c. si is cui ⁊ c. seq. ⁊ sequen. ⁊ no. Inno. s̃. de off. delega. in. c. dilectus [presentia] quare non dicit cõsilio: forsan in istis minoribus non est necesse consilium requiri/quod est in maioribus no. ĩ. hoc lib. de hereti. super eo. Et sicut predicti predecessores sine consilio factum dederũt: sic iste sine istorum consilio potuit reuocare ex causa. xxvj. q. ij. predecessorum [procedat]. ĩ. de senten. excõmuni. inter alia. C. de legi. l. vlti. no. s̃. de iudic. cum venissent [locum habet] iste ver. ⁊ distinct. §. sequen. eandem rationem habent / nec prosequor cum sit clarũ [a] ⁊ iam ista transierunt [sane] est hic mirabile quod illud q̃ * per me non stat mihi imputatur sed hoc facit cõstitutio superueniẽs: quia papa aufert ius [b] ad rem licet sit mihi facta mora in iure in re proter defectũ mei executoris. Ioan. Mona. Cardi.

a C Larum. In quo non est locus cõiecturis. l. continuus §. cum ita ff. de ver. obliga. l. ille: aut ille §. cum in verbis: de leg. iij. ⁊ l. iij. C. de liber. preter. Probus

b ¶ Ius ad rem. Petr. de Ancha consilio. xxvij. columna. ij. non seruato ordine/dicit q̃ ius in re non complectitur eum qui habet ius ad rem aliter cũ de vno aliter de altero puidetur vt in tex. nostro. Probus.

¶ Ne sede vacante aliquid innouetur Rubrica.

S Vpra eo. capitulo secundo habetur. q̃ sede vacante Capitulum vice episcopi in collatione prebendarum non fungatur: ⁊ quia hoc interpretationem recipit/ vt infra capitulo proximo ideo de hoc subijcit Bonifaci⁹. viij. Jo. Car.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. vnicum.

S I ad episcopum & capitulum communiter pertineat collatio præbendarũ mortuo episcopo vel a beneficiorum collatiõe suspẽso, poterit capitulũ vacantes conferre præbẽdas. Etiam si episcopus interesse habeat in collatione huiusmodi vt prelatus. Idem poterit episcopus si capitulum ab ipsa collatione suspendi contingat, vel singulariter omnes de capitulo maioris excommunicationis vinculo innodari. ¶ Cum vero ad solũ episcopum præbendarum spectat collatio cum cõsilio sui capituli vel assensu, defuncto episcopo vel suspenso (nisi episcopus in petẽda relaxatione suspensionis huiusmodi sit in mora) capitulum se non potest intromittere de eisdem. ¶ Vbi vero de speciali alicuius ecclesię consue

tudine vel ſtatuto beneficiorum collatio ad aliquem cum conſilio epiſcopi noſcitur pertinere ſublato epiſcopo de medio (cum conſilium nequeat tunc peti ab eo) non erit propter hoc vacantis beneficij collatio differenda. Nec etiam ſi egerit in remotis ita quod non poſſit ipſius præſentia in breui haberi. Quia in petendo vel expectando eius conſilio poſſet vacanti beneficio periculum imminere.

¶ Summarium domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Epiſcopus aliquando capitulo intereſt vt canonicus: aliquando vt prelatus.
Verba cum conſilio quid importent.
2 Modus poteſtatis alicui datus: debet intelligi ſi poſſit fieri idem vbi commode.
Paria ſunt quod quid fieri non poſſit ſeu quod commode fieri non poſſit/⁊ quod fiat: ſeu quod per me non ſtet quin fiat.
3 Equitas eſt preferenda rigori.
Difficultas preſtationis: non reddit obligationem inutilem.
Modus impoſſibilis vel grauis in ſpiritualibus additus: reijcitur nec reddit rem inutilem: ſecus in contractibus.
4 Periculum imminens ius immutat: quod alias eſſet ſeruandum.
Capitulum ⁊ epiſcopus ſunt vnum corpus: cuius epiſcopus eſt caput/⁊ canonici membra: vnde inter tales dicitur ſpirituale coniugium.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Conſilium multiplex dicitur.
2 Potentia eſt de genere bonorum.
3 Vbi requiritur habilitatio perſone quo ad finem: vt quis adminiſtret in beneficijs: non excuſat difficultas obtinendi habilitationem.
4 Quando factum eſt in obligatione/indiſtincte difficultas impedit moram.
5 Venire contra communem: eſt contra ſtymulum calcitrare.
6 Difficultas ſuperueniens in actu ſeu facto non difficili operatur vt hic.
7 Debitor ſpeciei excuſatur a mora propter difficultatem.
In habentibus ſymbolum vel conuenientiam/ facilior eſt tranſitus: ⁊ in minus differentibus: eſt facilior tranſitus de vno ad aliud.

Si ad epiſcopum, Hec decreta. habet iiij. partes/ſeu. iiij. dicta. Ecce primum [vt prelatus] Nam * capitulo epiſcopus aliquando intereſt vt canonicus/aliquando vt prelatus. ſ. de conceſſio. preben. poſtulaſtis. ⁊. ſ. hoc lib. de appella. a collatione [epiſcopus] vt. ſ. ſolus poſſit conferre beneficia [ſi capitulum] ⁊c. [⁊ cum conſilio] [a] quid importent hec verba habetur pro ⁊ contra. ff. de admini. tuto. l. itaque. §. papinianus ⁊. l. titium. §. j. ⁊. ſ. de elec. cum in veteri. ⁊ de arbit. cum olim [in mora]. ſ. de conceſ. preben. que diuerſitatem ⁊ hic caſus adijcitur ad illum/quia ibi mere ſpectabat collatio ad epiſcopum: hic cum certa adiectione [differenda] Et ſic nota: modus * poteſtatis alicui datus: debet intelligi ſi poſſit fieri vt hic ad idem eſt: vbi commode fieri non poteſt vt in caſu ſequenti/ alias periculum beneficio vacanti immineret: quod eſſe non debet vt hic. ſ. hoc lib. de conceſſio. preben. quia cunctis. §. econtra.

¶ Et ſunt paria/quod quid fieri non poſſit: ſeu quod commode [b] fieri non poſſit: ⁊ quod fiat ſeu quod per me non ſtet quin fiat. ff. de ver. ſigni. nepos ⁊. ff. de conditio. ⁊ demon. l. ſi quis

ita legauerit. ʃ. hoc lib. de reg. iur. imputari.
¶ Sed contra: forma non ſeruatur iſti collatori attributa/ nec ſeruari poteſt/ epiſcopo mortuo/ ergo non tenet quod agit ff. de arbit. l. parui. ¶ Solu. illa de rigore: hec de equitate/ne beneficia diu vacent: que eſt * preferenda rigori. ʃ. hoc lib. de rer. permuta. c. j. C. de iudic. l. placuit/ vel ibi ambo principalia/hic vnum principale: aliud non: arg. ff. de pecul. lega. l. j. ⁊. ij. [in remotis].
¶ Contra: difficultas [c] preſtationis non reddit obligationem inutilem. ff. de ver. obligationi. l. ij. §. j.
¶ Solu. ad precedens contrarium ⁊ ad iſtud vbi modus in ſpiritualibus additur impoſſibilis vel grauis: vt hic ⁊ verſi. precedenti: ille reijcitur nec reddit rem inutilem: vt. ʃ. de condi. appo. c. j. ſecus in contractibus.
¶ Item periculum * imminens vt hic: ius immutat/ quod alias eſſet ſeruandum. ʃ. hoc lib. de ſepultu. is qui ⁊. c. fi. ⁊. ʃ. hoc lib. de teſta. c. ij.
¶ Vel dic epiſcopus ⁊ capitulum * ſunt vnum corpus cuius epiſcopus eſt caput ⁊ canonici membra. ʃ. de his que fiunt a prela. ſine conſen. capit. nouit Arg. ʃ. de ver. ſigni. cum clerici: vnde inter iſtos dicitur ſpirituale coniugium. ʃ. de teſta. requiſiti. §. penul. Et ideo citius poteſt deuolui propter ſocietatem [d] huius collegij. poteſtas de vno ad alterum argu. lxv. diſtinct. c. vlt. ⁊. C. quando non peten. partes. l. vna. Ioan. Mo. Cardina.

Conſilio * Quod multiplex dicitur notat Domi. conſil. lj. ſuper premiſſo dubio. Probus.
¶ Commode. Vide que dixi ʃ. c. cum in eccleſijs. ſ. de preben. Io. mo. in. c. j. ʃ. de heretic. in fine Ioh. And. in c. Romana col. iiij. ʃ. de ſenten. excommuni. dum dicit non poſſe/ cum potentia * ſit de genere bonorum ſecundum philoſophum/ ⁊ ob hoc illud poſſumus quod commode poſſumus. l. nepos proculo. ff. de ver. ſignifi. Probus.
¶ Difficultas. In ſimili vide quod citat Domi. in conſil. cvj. col. iij. ſup dicto dubio/quod vbi * requiritur habilitatio perſone/vel approbatio ſuperioris quo ad finem vt quis licite adminiſtret in beneficijs: non excuſat difficultas obtinendi habilitationem: vt poſſit adminiſtrare ſine illa: vt patet de elec. c. qualiter ⁊. c. auaritie ⁊. c. quod ſit ⁊. c. religioſus hoc libro licet aliquo caſu ſpeciali ſecus. c. indemnitatibus/ ⁊. c. nihil/eo. titulo.
¶ Alterius in propoſito attende quid dicendum in eo/ qui promiſit facere ⁊ curare/quod titius actum aliquem ratum habebit: ⁊ hoc cum adiectione pene in caſum quod non fecerit/ſi fecerit quicquid potuit/an dicatur eſſe in mora. Breuiter vt paucis abſoluam/dic quod non: moueor quia quando factum eſt * in obligatione indiſtincte: difficultas impedit moram. l. ſi vehenda. §. penul. ff. ad leg. Rhod. de iact. ⁊ in. l. j. §. iubet/verſi. ſi frater de colla. bono. ⁊ ſic ſi non ſit in mora: pena non committitur iuribus vulga. Pro hoc habeo in argumentum ea que not. per gloſ. in capitulo ex literis el. ij. ⁊ in capitulo ſicut. ſ. de ſponſal.
¶ Ex quibus reſultat/quod promittens aliquid facere cum iuramento: vt quod Berta contrahet matrimonium cum Titio euitat periurium ſi facit quod poteſt: firmat Panor. in cap. gemma/col. iij. verſi. ad vnum ſingul. aduerte. ſ. de ſponſal. vbi infert quod eodem modo debet euitare pene commiſſionem per. c. ſignificante. ſ. de pignor. ⁊ Panor. in. c. ſignificantibus in fine de offi. delega. pro quibus habemus Bar. in conſilio. ccxxvj. Martinus promiſit: vbi dicit quod ſi quis promiſit ſe facturum ⁊ curaturum quod Berta contraheret matrimonium cum quodam Titio/⁊ hoc ſub certa pena/ quod ſi fecit quicquid potuit licet matrimonium non habuerit locum excuſatur a pena propter difficultatem. d. l. vehenda. §. pe. Hanc opinionem ſequitur ⁊ approbat tanquam communem Aretiny. conſilio. ccxlij. col. tertia/ verſiculo venio igitur ad primum/quod incipit ex facto proponitur: vbi ſubdit quod non credit plus operari ſi adijciatur verbum cum effectu: ſicut hodie communiter adijci ſolet/quia illud verbum importat quod non ſimulate ſed vere/⁊ bona fide quantum in eo curabit cum omni diligentia: non autem videtur obligare promittentem ad impoſſibile: hanc etiam fatetur in practica obſeruari debere Decius conſilio. cccxiij. promiſit dominus Ioannes/vbi peroptime hanc diſcutit reſpondendo motiuis/ que pro parte contraria adduci poſſunt: dicens quod contra iſtud venire * eſt contra ſtimulum calcitrare/ ex quo com

munis opinio est in contrarium: a qua in practica non est recedendum.

¶ Intentum nostrum firmat idem Decius con.cccxxiij. cũ sit ꝙ nobis vir karolus: vbi videtur ad premissa dare antidotũ: dum dicit ꝙ si titius mihi donat rem alienã: ꝛ ꝓmittit me conseruare indẽnẽ ab omni lite ꝛ cõtrouersia: non videtur dubitandũ ꝙ quocũqꝫ modo res euincatur obligaꝛ titius ad interesse. l. stipulatio ista. §. quesitum. ff. de verbo. obliga. ideo si verba obligatiõis cõcipiantur ꝙ in omnem euentum teneantur ad penam vel interesse: ille q̇ hoc promittit / ita ꝙ nullo modo excusetur / dato ꝙ fecisset quicquid potuisset tenetur: prout id cõprobat Decius. d. con. cccxxiij. versi. secundo ꝙ. taliter auctoritate multorum doctorꝫ quos referre laboriosum esset: vide Sozi con.cclxxxviij. col. antepenul. in ver. aliquando ꝓmissio / circa primam

6 vbi in puncto facit distinctionem ꝙ * aliquando ꝓmissio facti sui natura non est difficilis: sed difficultas superuenit: ꝛ tunc difficultas excusat a mora / ꝛ sic a pena.

¶ Aliquado ꝓmissio facti: sui natura a principio est valde difficilis / ꝛ tunc videtur quis ad talem rem difficilem voluisse se obligare: ꝛ per consequens difficultas non debet excusare: qꝛ imputet sibi qui ad talem rem se obligauit: vt in reg. damnum. ff. de regu. iur. quod ꝓbatur in. l. ij. ff. si q̇s cautio. dum ibi cõcluditur ꝙ si quis ex post facto arctauit se ad rem impossibilem: debet sibi imputare: ita quando a principio se obligauit ad rem quam sui natura cognoscebat difficilem: quia tunc difficultas non excusat / ꝛ hec est probabilis ꝛ naturalis distinctio: quoniam ex quo ꝓmissio apparebat a principio multum difficilis: hoc euenire posse prospicere debuit ꝓut dicit tex. in. l. si quis domũ. §. habere subiungi. ff. loca. ibi hoc euenire posse prospicere debet facit tex. in. l. si ab arbitr. ff. qui satisda. cogã. cũ ibi no. Et

7 ideo Io. de imol. in. l. continuus. ff. de verb. obliga. in §. illud ꝙ * debitor speciei excusatur a mora propter difficultatem: quando tãta esset difficultas / que similis esset quodammodo casui fortuito: alias secus argu. l. serui in princi. in ver. sed si alienus. ff. de verb. obliga. vbi in emẽdo seruum alienum: potest mora committi / ꝛ debet intelligi siue dominus vellet vendere siue non: cum indistincte loqua-

8 d tur. Probus.

¶ Societatem. Facit id quod cõmuniter dicitur: ꝙ * in habentibus symbolum vel conuenientiam: facilior est transitus Io. mo. in. c. veniens de ver. signi. Sic in minus differentibus: est facilior transitus de vno ad aliud idem Ioã. mo. in. c. in generali de reg. iur. Probus.

¶ De rebus ecclesię non alienandis. Rubrica.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Uerbum alienari accipitur vt hic.

2 Ubi prohibetur alienatio per contractum / non intelligiꝛ prohibita alienatio que fit in vltima voluntate iure vniuersali.

3 Habens duas administrationes / faciens expẽsas pro vna an fructus alterius debeant impendi.

Si dicatur ꝙ non valeat alienatio vltra secundam generationem: ꝛ postea fiat in perpetuum / an valeat vsqꝫ ad secundam generationem.

Sicut sede vacante nil innouari debet / ꝛ sic est edictũ regulariter prohibitorium: sic

a prohibentur regulariter res ecclesie alienari a Et ideo subijcitur de rebus eccle-

b clesie non alienendis b. Ioãnes Monach⁹ cardinalis.

a 1 Alienari. * Quod est verbũ quod ꝓprie et stricte accipitur pro omni cõtractu / per quẽ dominium transfertur. l. j. C. de fundo dotali no. Card. cõ. xv. quod maritus / vbi infert ꝙ sub hoc verbo venit donatio: cum per eã dominium transferatur / qꝛ per donationẽ inter viuos stati res fit accipiẽtis. l. j. in prin. ff. de dona. Prob⁹

c 2 ¶ Puritatem. Vide Angel. de Perusio in consilio. cccxliij. col. iij. visis attestationibus, ibi *. Solent enĩ religiosi deo deditii esse principes conscientie / puritatis / maxime in imitantibus regulam / quam puritatem conscientie / nedum iudices sequi tenentur vt in corpo. auten. vt iud. sine quoquo suffra. ꝛ in corpo. instar. quod presta. imo etiam arbiter cum arbitria sint instar iudicioꝝ reducta. l. prima. ff. de arbi. Et male iudicantes ita faciunt litem suam / vt iudices C. de pac. l. si quis in conscribendo ad fi. Probus.
d ¶ Judicio rationis. Vide que dixi. s̃. in rubrica de arbi. in verbo reduci. Probus.
e 3 ¶ Monasterij. Ratione cuius talis licet exeat * nõ tamẽ tenetur ad expensas per eum factas in anno probationis not. doc. in. c. beneficium. ĩ. hoc titu. ideo recuperat per euʒ portata / no. late do. Stepha. Bertrandi consilio. cxxxv. ex tenore / parte tertia vide Domi. in. c. j. hoc ti. Probus.
f 4 ¶ Minorum. In quorum * professione seu diui Francisci institutione reperiuntur tres ordines / de tertio meminit Sozi. con. ccxxx. col. pe. versi. circa secundam / viso testamẽto / vbi dicit tales tertij ordinis fore exemptos a iurisditione seculari Bar. in. l. semp. §. fi. ff. de iure immunita. tradit̃ in. c. ij. s̃. de foro compe. Hos enim ordines ipse Sozi. consilio. ccxlv. col. prima Omissis / cõnumerat dicẽs q̃ primus fuit fratrum minorum qui est artissimus ꝛ caret proprio in cõmuni ꝛ particulari clementina exiuit de verborum significatio.
¶ Secũdus est ordo sancte Clare qui differt a primo quia ordo ille in feminis est artissimus / ꝛ non habent proprium in particulari / sed tantum in communi.
¶ Tertius ordo est pro viuentibus in coniugio tam maribus q̃ feminis: ꝛ habent proprium in particulari / ꝛ eorum proprie status non est regula / sed quidam viuendi modus approbatus a Papa Nicolao: de hoc meminit glo. in cle. cum ex eo de sentent. excommunicat. ꝛ in cle. j. de religio. domi. ꝛ Cardi. consilio. xiij. numero septimo pro elucidatione dubiorum / ꝛ consilio. xvij. circa primum / vbi etiam ponit hos ordines. Probus.
g ¶ Grauioribus. Vide que dicantur enormia ꝛ grauiora ꝑ Alexand. consi. xiij. versi. vij. etiam presuppono / considera tis his volu. vi. Probus.
h 5 ¶ Obseruantias. Que * faciunt artiorem religionem notat Bar. de Chassaneo consil. xx. par linspection. Lapus allega. lxij. quidam Franciscus / dixi supra in capitulo proximo. Probus.

Bonifacius Octauus. Cap. iij.

COnstitutionem innocẽtianam quæ prohibet cõuersorum professionem recipi ante annum probatiõis elapsum, piæ memoriæ Alexander Papa quartus prædecessor noster ad fratrum prędicatorum & minorum ordines duntaxat declarauit extendi. ¶Vnde nos pari similitudine rationis inducti, declarationem eandem ad aliorum mendicantium ordines prorogamus.
¶In alijs autem religionibus professio expresse vel tacite fieri potest licite infra annum.
¶Sed expresse emissa (etiam seculari habitu nõ mutato) illi religioni præcise obligat, quam profitẽs est professus, tacite vero facta infra ꝓbationis annũ per susceptionẽ habitus (qui profitentibus tantũ datur) non illi specialiter cuius habitus est susceptus, sed generaliter religioni alicui recipientem obligat, si ætatis aptæ sit, sciens & voluntarius ac triduo perseueret.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Professio expressa artius ligat q̃ tacita.

ℭ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Annus probationis debet esse cõtinuus: non ex diuersis temporibus coadunatus.
2 Dictio per/denotat continuitatem.
3 Expressus cõsensus debet potius/ ⁊ citius / suum operari effectum: q̃ solus temporis cursus.
Uerus prefertur ficto.
4 Naturalis causa/ prefertur accidentali.
5 Casus in quo eque ligat tacitum/quod expressum.
Expressa magis operantur q̃ tacita.
6 Prohibitio tacita non solet irritare actum sequentem post prohibitionem: sicut expressa.
7 Aliquando tacitum plus operatur q̃ expressum.
8 Aliquando tacitum/ idem operatur quod expressum.
In societate omnium bonorum que veniant.

Constitutionem, Hec decret. habz duo dicta. Nã primo Inno.iiij. ⁊ Alex. iiij. declaratũ ad duos solũ ordines extẽdi ad alios mẽdicãtes ꝓrogat. Scdo.§.[i aliis] in religionibus nõ mẽdicãtibus quo ad ꝓfessionẽ tacitã vel expressam dat regulã: ecce ergo clapsum. ṡ. ca. primo[extẽdi] q̃ est in hac cõpilatione [inducti]. C.ad.l.fal.l.vlti. [annuz a] tacite dico ꝑ susceptionẽ ⁊c.[obligat] Nota * ergo q ꝓfessio expressa b artius c ligat q̃ tacita d: ⁊ alia differẽtia habetur. ṡ. hoc lib.de elec.nullus [apte]. ṡ.eo.c.j.[triduo]. Nota breuem ꝑscriptionẽ simile. C.de erro.aduoca.l.vlti. Jo.Mo.Car.

a 1 Annum. Continuũ * nõ ex diuersis tẽporibus coadunatũ/quia si aliquis ordinẽ fratrũ minorũ intrauerit/ ⁊ per sex mẽses steterit deinde exierit / ⁊ postea reintrauerit/ ⁊ per alios sex mẽses steterit/ ꝓpter hoc nõ dicitur professus sed nouitius/ quia hoc in casu vnũ tempus cum alio nõ coniungitur/ pro hoc habes Barto. in.l.fina.§.quotiens.ff.de public. post Guil. de Cuneo in.l.necnõ.§.si quis sepius.ff.ex quib. cau.maior. Ang. ⁊ moderni in.l.quotiens in stipulatiõibus ff.de verbo.obliga. ⁊ in.l.ij.§.j. ff.de condi.insti. Uide que late tradit Alex. in simili cõsilio.xxiiij. Et viso priuilegio vol.v.dico in.c.fina.de sentẽ.excõi. Idem Alexã.in consi. cliij.nu.iij. viso puncto/volu.iiij.adde lapum allega.lxvij. Factum ita se habuit/ ⁊ ibi videbis ad vtraq̃ partẽ/ tamẽ concludit pro hac parte per vrgentiores rationes/ ⁊ inter 2 alias q hec dictio * per/ de sui natura significat cõtinuitatem Alex. cõsi.vlt.vol.iiij.col.j. vbi multas rationes adducit. ℭ Pro intento vide rotam in antiqu.decisi.cccxcvj. nota q ingrediens. Probus.

b ℭ Expressa. Uide que in ꝓposito late discutit Sozinus consilio. cclxx. consyderatis his. Ad id facit quod notat Petrus de Anchara.consilio.xxxiiij.col.fina. in hac causa 3 q * expressus consensus debet potentius et citius suum operari effectum/ q̃ solus temporis cursus.

ℭ Expressus enim consensus dicitur verus/ ⁊ tacitus fictus nuncupatur.

ℭ Item quando ad eundem actum exercendũ cõcurrit verus administrator ⁊ fictus/verus prefertur not. Innocen. de iudic.capitu.cum deputati.

ℭ Item quando cõcurrunt duo sponsi ad eandem vxorem quorum vnus est verus ⁊ alter fictus si eodẽ tempore/verus prefertur ficto. ṡ.de frigidi.fraternitatis.

ℭ Ad idem quando cõcurrit causa naturalis ⁊ causa accidentalis/prefertur naturalis vt patet. ṡ.de prebẽ.hoc lib. cap.presenti.§.Idem/per que ⁊ alia Domi.in cõsi.cxxxviij. An habens literas/ dicit q clausula retrotractiua: quam appellamus perinde valere (de qua late discussum extitit per nos. ṡ.de cõsue.in cap.tua nos) nõ est potens ad tollẽ dũ ius quesitum/etiam ad rem/nisi aliter appareat de intẽtione pape vt diximus etiã in.d.c.tua nos. Probus.

c 4 ℭ Arctius ligat. Uide casum in quo * eque ligat tacitum quod expressum no.per Domi.in.c.ij.in fine. ṡ. de iura.calum.vbi dicit q si expressa cõfessio procuratoris noceat domino/eodem modo tacita seu ficta pro quo est text. in.c.ij. ṡ.de confes. vbi si procurator recusat respondere positionibus factis in iudicio habentur pro confessatis in preiudicium domini: secus autem vbi non preiudicaret confessio/ vel contumacia procuratoris. Probus.

d ℭ Tacita. Uide modos per quos fit tacita professio/notatos per Card.con.xxj.quidam Laurentius.

5 ℭ Ulterius q expressum * est extensibilius q̃ tacitũ Joannes And.in.c.fi.in fine. ṡ.de consue.allegans.c.q a te. ṡ.de cler.coniuga.l.pe.ff.in quibus causis pig.contrahi. ⁊.l.precibus.C.de impub.

ℭ Item expressa magis operantur seu operari debent q̃ tacita.l.continuus.§.cum ita.ff.de verbor. obliga. hinc dicimus q expressa prohibitio testatoris magis operatur q̃ tacita: notat domi. Chassaneus con.lv.nu.xxviij. Stante consuetudine vide que dixi in.c.nullus. ṡ.de elec.ad idem Jo. Mona.in.c.religiosus. ṡ.de sepul.dixi etiam in.c.vt circa. ṡ.de elec.quibus iunge quod citat Maria. Sozi.consi. liij.in prin.q in tacitis tacite loquimur verbis ipsis ⁊ factis: ad idem ipse Sozi.consi.cxcviij.col.iiij.primo aspectu 6 vbi dicit q * prohibitio tacita non solet irritare actum sequentem post prohibitionem/sicut expressa: casus est notabilis in.l.fina.in prin.de lega.ij.quem ad hoc allegat Bal. in.l.humanũ.C.de legibus/quod probatur ex his que ponunt Panor. ⁊ Jmola.in.c.dilectus/el.ij.per illum textum ṡ.de prebend. vbi volunt q licet actus contra expressum mandatum principis sit nullus: tamẽ secus est quando est factus contra tacitum mandatum.

7 ℭ Aliquando enim reperitur * tacitum plus operari q̃ expressum: quia quando quis ratione contractus a se celebrati in alio loco q̃ in sua diocesi conuenitur extra diocesim coram iudice ecclesiastico in loco celebrati contractus tunc non potest allegare quod ibi non possit conueniri sine episcopi sui consensu vt in capitulo dilecti. ṡ. de foro cõpe.notat Alexander consilio.lxxxix.in fine. Omissis non necessariis/vol.vij.

8 ℭ Aliquando * tacitum idem operatur quod expressum l.triticum.ff.de verborum obligatio.quem pro hoc cum aliis cumulat Alexander in consilio.xiij.numero.xiiij.visis ⁊ consideratis/volu.secundo/vide que pro concordia dixi in.d.c.nullus. ṡ.de elec.in verbo q̃ tacitum.

ℭ Pro themate tamen habeo que notat idem Alexander in consilio.xlvij.numero quarto diligenter perspectis/volumine secundo ibi/nam in societate tacita omnium bonorum que contrahitur ex promiscuis actibus socialibus omnia conferendo/nunq̃ veniunt nisi ea que ex actibus questionariis ⁊ negotiationibus acquiruntur/non autem que ex legato vel donatione etiam facta ob merita obueniunt/vt expresse probatur in.l.coiri cum sequen.vsq̃ ad leg. sed cũ dicatur.ff.pro socio/licet sit secus in expressa societate omnium bonorum etiam facta per conuentionem expressam l.iij.§.primo.ff.pro socio/hanc differentiam facit tex.in.l. si duobus.alias Papinianus.§.socium cum glos.omniũ.ff.ꝑ socio notat Bal.in auten.ex testamento in penul.col.versi. secundo quero quid si dotet sororem.C.de colla. vbi allegat bonum tex.in.l.si socius pro filio iuncta glo.ff.pro socio/vbi etiam socius omnium bonorum non tenetur conferre ad onus dotandi filiam socii/quia illa donatio nõ est actus negotiationis questuarie/vt per Bar.in.l.legatis. ff.de testa.pro hoc vltimo faciunt que adducit Alexander in consilio.clxxxvj.numero tertio visis subtilissimis volumine secundo/q socius non censetur tacitum mandatum habere nisi circa ea que est expresse contracta societas videlicet circa merces venales/nam vnus poterit vendere sine alio quia ad hoc est societas contracta / ⁊ vnus videtur ex hoc alium preposuisse.l.prima.§.finali cum.l.sequenti.ff.de exerci.

ℭ Uide quo ad tacitam societatem que tradit Decius in consilio.cccccxlviij.visa consultatione.

ℭ Itez in proposito cõditio expressa potentior videtur q̃ tacita no.in.l.precibus.C.de impub. Decius con.cccccixx. numero septimo Casus de quo. Probus.

ℭ Bonifacius Octauus, Caput.iiij.

Eneficium illius qui religionem ingreditur, non est infra probationis annum alicui conferendũ. ¶ Nisi ad id ipsius accedat assensus, aut constet quod vitam voluerit absolute mutare, vel professionem expressam fecerit seu scienter habitum receperit professorũ. ¶ Sed interim eidem beneficio per alium deseruiri debebit, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Canonicus Parisiensis dedit causam huic edicto. Hic apparet ꝙ Ioan. Mona. erat superstes tempore compilationis sexti.
2 Canonicus ecclesie cathedralis intrans monasterium: si contingat ecclesiam vacare infra annuz probationis: an poterit per procuratorem eligere episcopum.
3 Legatarius ignorans acquirit sibi legatum a morte testatoris/ commutabiliter tamen.
4 Annus probationis reperitur introductus/ vt hic. Habẽs ius ad rem/ si intret religionem/ an pereat/ siue vacet illud ius.
5 Multa impediũt faciendũ/ que nõ impediũt iam factum.
6 An existenti in anno probationis possit cõferri beneficiuz. Habere beneficiũ seculare/ ⁊ esse religiosum per ꝓfessionẽ tacitam/ vel expressam/ non possunt se compati.
7 Utens beneficio iuris/ non est precipitãdus ante tempus a iure statutum.
De statu dubius: non est ad militiam promouendus.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Existens in anno ꝓbationis eligit per ꝓcuratorem.
2 Quando aliquid est in pendenti/ nõ dicitur nullum.
3 Obligatio intrãtis religionẽ/ dicitur pura a principio.
4 An laicus intrans religionem dicatur tempore anni probationis laicus vel clericus.
5 Religiosus dicitur is qui per professionem omnem suã voluntatem imperio prelati subijcit inabdicabiliter.

1 Eneficium, Huic edicto dedit causam quidam * canonicus Parisiensis: qui habens prebendã sacerdotalem intrauit ordinẽ predicatorũ/ cuius prebẽda fuit collata in anno probationis: ⁊ super hoc consultus scripsi / vt hic deciditur
2 [portione] s. de appel. ꝑuenit. ij. ¶ Sed * nunquid iste anno probationis pendente/ vacãte ecclesia in qua erat canonicus poterit saltem ꝓcuratorem loco sui constituere ad eligendum: videtur ꝙ sic / quia non est
a vacãs beneficiũ/ vt hic. ¶ Cõtra a dic/ nã iste veniẽs ad terminũ anni / aut approbat religionẽ tacite vel expresse/ aut reuertitur ad pristinum statum. Et cum hec sint aduersa, non possunt inesse simul/ ⁊ sic efficaciter ante alterũ extremum electum: non erit hoc vel illud completum: sed pẽ
b debit b eius status argu. ff. de succe. edic. l. prima. §. largius. j. hoc libro de senten. excommunica. Religioso arg. ff. de lega. iij. l. j. primo respõ. ⁊. ff. si cert. peta. l. proinde.
3 ¶ Unde * sicut legatarius a morte testatoris dominium legate speciei (etiam ignorans) sibi acquirit: commutabiliter tamen. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. surdo / quia condi
c tio inest tacita si volet c ff. de lega. j. l. si ita legatum. §. illi.

¶ Sic intrans religionem est pure ⁊ simpliciter religiosus vt appparet per verba que in ingressu dicuntur cõmutabiliter tamen: si volet ante annum/ ⁊ hoc est ex beneficio iuris [annum] propter fragilitatem humanam indulgẽtis
4 ne * quis vitam mutet cum effectu: nisi bene probet quod
d eligit. Et ratio d redditur. s. eo. non solũ/ ⁊ hoc innuũt verba. d. c. religioso.
¶ Sed quid de illo qui non habebat ius in re/ sed ad rem/ vt quia erat sibi facta gratia/ ⁊ interpositum decretũ ⁊ processus habitus quibus erat effectum beneficiũ/ ⁊ postmodum iste intrat religionem: nunquid vacabit saltem hoc sic argu. supra hoc libro de conces. prebed. capitulo finali. ius ad rem: videtur ꝙ §. primo. j. Reso.
5 ¶ Item multa * impediunt faciendum/ que nõ impediũt
e iam factuz e xv. q. prima capitulo finali. s. de iureiur. quẽadmodum/ ⁊ infra hoc libro de voto ⁊ voti redemp. c. j. j. de cogna. spirituali per cathatismum.
¶ Dicunt quidam episcopum posse prefigere terminum/ infra quem profiteatur: alioquin dabit beneficiũ quod vacauit arg. j. de conuer. coniuga. c. verũ ⁊. c. ex publico ⁊ not. s. eo. statuimus in fine.
f ¶ Alij dicunt rem in pendenti f vsqꝫ ad annum arg. hic ⁊ ff. ad Macedo. l. prima. §. si pendeat: nec hoc casu currit tẽpus sex mensiũ episcopo/ vel alij ad quem spectat collatio beneficij: quia fauor religionis prestat impedimentum vt hic/ ⁊ argu. infra hoc libro de senten. excommunicatio. religioso in fine/ ⁊ sic tempus non currit. s. de conces. preben. quia diuersitatem.
6 ¶ Sed nunquid * isti poterit conferri beneficium in anno probationis: dicunt quidam ꝙ sic/ quia annus probationis ⁊ habere beneficium non sunt aduersa/ sed possunt se compati vt hic: vnde habere beneficium seculare/ ⁊ esse religiosum per professionem tacitam vel expressam / non possunt se compati: sed ad ista possunt se compati/ sed se compatiũtur ꝙ habeant ius ad beneficiũ vel in beneficio: licet probent religionem: qua acceptata sicut perit ius in re/ ⁊ sic magis ius ad rem. Et iste religionem ingressus / qui iuste
7 deliberauerat (vt pote vtens * beneficio iuris) non est precipitandus ante tempus a iure statutum. ff. de succes. edict. l. prima. §. largius ⁊. §. sequenti/ infra hoc libro de regul. iur. indultum.
g ¶ Alij contra g dicentes istum dubium in statu / vt in di
8 cto. c. religioso in fine. Et de statu dubius * non est ad militiam promouendus. ff. de re milita. l. qui status ⁊. ff. de liber. causa qui de libertate.
¶ Item per hanc collationem alliceretur iste ad non probandam religionẽ ⁊ sic daretur via vt tentatũ cõtemneretur. Io. Mo. Card.

a Ontra dic. Hanc partẽ tenet hic glo. pluribus fundamentis quod non placet Guil. hic col. ij. quia si retineat beneficiuz ipse gaudebit fructibus quorum pars consistit in eligendo no. in. c. cum Bertholdus. s. de re iudi. ⁊ in. c. in literis. s. de resti. spo. Ista fuit sententia Archidiaconi hic col. ij. quia per talem ingressum in quo dat operã rei licite ⁊ a iure permisse non debet fieri deterioris conditionis/ ⁊ hoc faciat per procuratorem propter aliquas rationes per eũ citatas ⁊ latius per Io. And. hic in glo. discussas: sententia hec Archid. placet Petro de Ancha. hic/ quibus non astipulatur Domi. Phi
1 lippus autem reliquit cogitandũ. Ego vero sequor * Archi. opinionem tanqꝫ veriorem vrgentibusqꝫ fundamentis firmatã: nec videtur vrgere ꝙ opinio Archid. obtineat locum potius in patrono/ vel in eo: ad quem non iure collegij/ sed iure singulari spectat electio: maxime ꝙ in vtroque cessat vagatio/ ⁊ professionis discontinuatio/ quia eliget ꝑ procuratorez: igitur adhereas opinioni Archid. quia eius opiniones super hoc libro tradite omnibus alijs communiter preponuntur/ dicit Fely. in. c. j. sub nu. liiij. s. de consti. Tho. Fer. cautela. xix. in fine. ⁊ do. Bar. de Chasseneo consi. x. in fine viso. Probus.
b 2 ¶ Sed pendebat. In proposito dic ꝙ quando * aliquid pendet non dicitur nullum: quia quod nullum est ab initio pendere non dicitur glo. in. l. si seruus communis: ita stipuletur calendis. ff. de stipula. seruo. pro hoc vide Geral. Alber. de Barberano in repetitio. l. si pater. C. de insti. ⁊ substi. charta mihi. iij. nu. xix. Probus.

c 3 ¶ Si volet. Dic q * obligatio intrantis religionem dicitur pura a principio/sed resoluenda in euentum conditionis si non placuerit infra annum / sic eo durante anno dicitur religiosus vt in sequentibus per Ioan. Mona. citatis/ quod facit ad questionem/ pone quidam laicus intrat reli-
4 gionem/an durãte * anno probationis dicatur laicus/aut ecclesiasticus istud est vtile scire/quia si laicus dicatur/ligabitur legibus & statutis laicorum: secus si clericus/quia tunc solis ligabitur canonibus/cap. ecclesia sancte Marie §. de consti. Istud potest comprobari/quia animi destinatio de qua patet per actum inchoatum licet non consummatum / habetur pro opere consummato & perfecto licet forte casu fortuito/ vel alio impedimento nõ perueniat ad effectum. l. cuz quidam/ & l. & si non fuerit § quid ergo. ff. de auro & argen. lega. Ista est sententia Petri de Ancha. qui mouetur hoc fundamento/& aliis in consilio. lxix. colũ. iii. Contra donationem/facit quod not. hic scribentes / quia talis sortitur forum ecclesiasticum: istud tamen videtur cõtra diffinitionem huius verbi religiosus quod secundum Cardi. in cõsi. cxxviii. in col. fi. in aliquibus locis/ vbi dicit
5 q * religiosus dicitur is qui per professionem omnem suã voluntatem imperio prelati subiicit inabdicabiliter/ capit. ex multa/& quod ibi no. §. de voto. Tu tamẽ dic q istud est proprie & stricte: aliud vero large & improprie. Probus.

d ¶ Et ratio. Uide que late tradit lapus allega. xlvii. factũ/ ita se habuit. Probus.

e ¶ Iã factũ. Uide q dico in. c. i. §. de relig. domib. Probus.

f ¶ In pendenti. Adde pro hoc id quod citat Freder. cons. vacantibus canonicatu &c. Probus.

g ¶ Alii cõtra. Istam videtur tenere Ioan. Mona. tanquã vltimo loco positam per doctrinam satis vulgatam quam aliter non cito/& in hoc conuenit hic Guil. de monte Lauduno/col. prima qui subdit nec primũ obtentũ poterit cum alio permutare/per rationem Ioan. Mona. quod non placet Archidia. hic. col. ii. quia nulla hic apparet incertitudo cum in totum adhuc sit sui iuris/& proprie voluntatis: cui astipulatur Ioan. Andr. hic in nouella/col. fin. licet in glo. magna hic post principium teneat cum Ioan. Monac. per eius motiua quam citat & sequitur hic Petrus de Ancha. in prima questi. tamen Francus hic col. prima dicit q licet conferri non debeat/si tamen conferatur valet collatio/ cũ adhuc non sit priuatus nolle vel velle/ vt probat text. noster ibi accedat assensus/& redire possit ad seculum/capitu. statutum. §. hoc titu. quod placet / nisi aliter appareat de tacita vel expressa professione/vt hic per Archidiaco. & sic militant que primo loco fuere deducta per Ioan. Mona. ¶ Si autem cupis cõprobare/ id quod dixi de vltima opinione. Uide Sozi. consilio. xcix. colũ. secunda in causa eximii. Philippus Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. v.

QVi post votum a se de certa religione intranda emissum religionem aliam etiam laxiorem ingreditur & profitetur i ipsa potest (voto nõ obstãte priori cui tanquam simplici per secundum solenne noscitur derogatũ) remanere licite in eadẽ. ¶ Pro voto tamen nõ completo erit eidem pœnitentia imponenda.

¶ Sumariũ Do. Ioãnis Mona. Cardina.

1 Uotum solenne/tollit votum simplex / & vinculum maius tollit minus.

1 q QVi post votũ, Hic habet regula/ q solẽne * votum tollit simplex/ & vinculũ maius tollit minus arg. ff. de iudic. l. per minorẽ. §. de offi. lega. volentes / & cap. sequen. Ioan. Mo. Car.

¶ Bonifacius Octauus Caput. vi.

SI ad solum abbatem pertineat creatio monachorum, eo defuncto nequibit nouus monachus a conuentu creari. ¶ Alias poterit si eorum creatio spectat insimul ad vtrunque.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Creatio monachorum de iure communi spectat ad abbatẽ & conuentum.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Administratio bonorum monasterii ad quem spectet.
2 Habens ius commune pro se/dicitur habere titulum. Attenditur illud quod fauet iuri communi: seu quod minus ledit ius commune.
3 In ecclesiis collegiatis ad quem spectat collatio.
4 Compositio indiuidui requirit concursum omnium.
5 Nihil dicitur esse actum vbi restat agendum.
6 Legatum factum his qui sunt doctores in legibus & medicina interpretatur vt hic.

1 a SI ad solum, Dubium tactum. §. de elect. c. officii hic deciditur. Et dic * creationem a monachorum spectare iure communi ad abbatem et conuentum argu. supra. de his que fiunt a prela. sine con. cap. c. i. & ar. §. de elect. cum ecclesia. Ioannes Monach. Carp.

a 1 CReationem monachoruz. Nõ idẽ dicas de * bonorum administratione/quia in ea solus abbas etiã monacho potest disponere notat late Domi. in consi. cxxxv. in causa administrationis. Probus.

b 2 ¶ Iure communi. Dic vnum notabile q habens * ius commune pro se dicitur habere titulum / citat Antho. de Butrio in. c. cũ ecclesia col. fi. §. de elec. ¶ Itez qñ sumus in dispositiõe statuti/circa quã cõcurrũt duo que se ad inuicẽ met ordinantur/prouidenter potius attẽdere debemus illud quod magis fauet iuri cõmuni seu quod minus ledit ius commune Bal. in. l. si Decurio. C. de fals. ad finez/vbi querit/quod si statuto cauetur q contra aduocatum nõ possit inquiri: sed cõtra militẽ/& vnus sit aduocat9 & miles: an poterit inquiri si delictum sit indifferens/quia non magis respiciat causam militie q̃ aduocationis/dicit q debet attẽdi illa pars que fauet iuri communi/quod non tollitur ita de facili sicut priuilegium. l. eius militia § militia missus. ff. de testa. milita. l. Marcellus. ff. ad carbo. quod cõprobabo post Ioannem Monach. in. c. priuilegium in verbo iura specialia de verborum significa. Istud placet Alexand. in con. c. col. fi. ex inspectione/vol. iii. Probus.

c ¶ Et conuentũ. Uide Panor. in. c. cum ecclesia col. fi. §. de electione tenentem ad abbatem soluz de iure ptinere: cuz Io. Mo. tñ cõcordat Cal. eo. titu. con. xvi. & de senten. excõmunica. con. iii. istud placet Lapo allega. lxxii. prima conclusio/ quod ad duo inducit: primum est * q in ecclesiis
3 collegiatis collatio spectat ad prelatũ & capitulũ: secundũ q si episcopus mandet abbatisse & conuentui vt recipiant vnam certam in monasterio non mendicantiuz/& abbatissa

concordat cum quinq; / duodecim dissentientibus q recipi non debet / et si appelletur a receptione / appellatio est legitima de iure per not. in capitu. a collatione. §. de appella. hoc libro. ¶ Hunc punctuz latius examino in rubrica de iure patrona. vltra que habes q vbicunq; ad compositionem * indiuidui concurrunt plura substantialia / si vnum desit et alia interueniunt non videtur satisfactuz iuri / et per inde habetur ac si nullum interuenisset. Ideo dicimus q ille qui est reus in vno videtur factus reus in omnibus / ca pi. consideret / de peni. dist. v. hinc dicit Bal. in. l. prima. C. de his qui pe. no. q si testator grauauit heredem sub pena vt soluat decem / et soluit tantum nouem / q incidit in penã perinde ac si nihil soluisset: facit. l. vulgata que est. l. finalis C. de silentia. q nihil * dicitur esse actũ vbi restat aliquid agendum. ¶ Possumus adducere pro intento / q voluntate et autoritate actus humani regulantur / vt compro= baui. §. in capi. primo / in verbo voluntas de sepult. et si vnũ abfuerit non dicitur actus perfectus / et ex eo nihil generatur. Pone exemplum in monitorio generali / vt late discussi / in capitu. fina. in versicu. Et ideo premissis attentis in tertio quesito. §. de constitutio.

¶ Item quando volumus facere alienationem rei ecclesiastice oportet q subsit necessitas et vtilitas ecclesie / et sic copulatiue duo requiruntur solennitas forme et veritas cause. xij. questio. secunda / in capitu. sine exceptione / et capitu. primo. §. de rebus ecclesie non alienan. hoc libro / ergo nec sufficit existentia alterius / tenet Domi. in consilio xlviij. col. iiij. presbyter Franciscus.

¶ Ad idem facit q notat Alexand. in consilio. xiij. numer. xiiij. circa primum / volu. iij. q si statuto cauetur / q mulier dotata ad successionem vel diuisionem non veniat cum fratre / venit intelligendum et loquitur statutum de muliere que fuerit dotata et dotem receperit de bonis communibus / sic copulatiue requirit q fuerit dotata / et dotem receperit de bonis communibus que habet cum fratre vel fratribus / et sic vtrumq; requiritur. l. heredi plures. ff. de conditio. insti. et. l. si is qui ducenta. § vtrum. ff. de reb. dub.

¶ Contra tamen istud / videtur vigere quod ipse Alexan. citat in consi. xx. col. iij. Ponderatis his / eo. volu. iij. q si * testator dixit lego centũ / his qui sunt doctores in legibus et doctores in medicina / non requiritur q petens legatum sit doctor in vtraq; facultate / quia in materia fauorabili quando copula cadit inter duo adiectiua / seu inter duas qualitates / et non constat expresse vel ex coniecturis q illa duo adiectiua / seu ille due qualitates sint adiecte vel adiecta respectu vnius et eiusdem substantiui: an vero respectu diuersorum / debet in dubio referri ad diuersa: si hoc fieri potest / vt augeat / pro hoc etiaz adducit aliud q quando duo adiectiua possunt referri ad diuersa subiecta / et sumus in materia fauorabili / vt in legato / vel institutione facta in vltima voluntate: fit interpretatio / vt sequens adiectiuum cum copula sit adiectum vt augeat relictum / et ad aliud subiectum in dubio referatur q̃ ad aliud subiectum ad quod referatur precedens adiectiuum per. l. ea tamen adiectio de lega. iij. vbi Barto. Anto. de Butrio. Joan. de Imol. in clemen. in plerisq; de elect. et Bald. in lege prima / in princ. ff. de iusti. et iure: istud latius firmo in regula si pluribus: vide que dixi in cap. in electionibus in verbo copulatiua. §. de electio.

¶ Dic tamen q non obstat quia receptio de qua. §. q fit a duobus copulatis respicit fauorem ecclesie per ea que dixi mus late in capi. cum in illis. §. de prebend. Ideo si non recipiatur est odiosum: igitur non stamus in fauore prout in casu allegato per Alexand. vbi. §. proxime: idem dic de casu qui discutitur per nos in Rubrica de iure patrona. Philippus Probus.

¶ De voto & voti redemptione. Rubrica.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Votum quandoq; commutatur / quandoq; redimitur. Votum est / vt hic.

Regulares (de quibus est premissum) vouent quandoq; vnde subijcit de voto. Et quia votum * quandoq; commutatur / et quandoque redimitur / annectit de voti redemptione.

¶ Et votum est alicuius rei licite faciende vel non faciende cum animi deliberatione deo facta pollicitatio. Jo. Mo. Car.

¶ Bonifacius Octauus. Biteren. episcopo. Cap. vnicum.

Vod votum debeat dici solẽne, ac ad dirimendum matrimonium efficax nos consulere voluisti. ¶ Nos igitur attẽdentes quod voti solennitas ex sola constitutione ecclesiæ est inuenta, matrimonij vero vinculum ab ipso ecclesiæ capite rerum omnium conditore: ipsum in paradiso & in statu innocentiæ instituente vnionem & indissolubilitatem acceperit. ¶ Præsentis declarandum duximus oraculo sanctionis illud solum votum debere dici solenne quantum ad post contractum matrimonium dirimendum quod solennizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis. Aut per professionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis. ¶ Reliqua vero vota, & si quandoque matrimonium impediant contrahendum, & quanto manifestius sunt emissa, tanto propter pluriũ scandalum & exempla durior pœnitentia transgressoribus debeatur, non tamẽ rescindere possunt matrimonia post contracta.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Deus est caput ecclesie.
Matrimonium a deo institutum / fortius est voti solennitate ex constitutione ecclesie introducta.
Quare matrimonium fuit introductum vide hic.
2 Votum solenne dirimit matrimonium iam cõtractum / sed non solenne impedit contrahendum.
Peccatum est grauius ex manifestatione.
3 An valeat matrimonium contractum post inhibitionem Pape decreto vallatam.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Quare valeat matrimonium contractum contra interdictum ecclesie vide hic.

a Vod votum, [a] Ante istam constitutionem erat dubium doctorum: quod votum diceretur solenne ad dirimendum matrimonium iam contractum: et hoc hic declaratur. Et primo ponitur questio / secundo versic. [Nos igitur] questionis proposite decisio. [capite] id est deo * qui est caput ecclesie. Et ideo matrimoniũ a deo institutum fortius est voti solennitate / ex constitutione ecclesie introducta [innocentie] ante peccatũ: sed post peccatũ fuit institutum matrimonium in remedium fragilitatis humane not. j. hoc libro de spõsalib. et matrimo. in rubrica

[indissolubilitatem].ff.de ritu nup.l.j.[ordinis] nota hic
2 ⁊ in sequentibus: quādo votum cēseatur solenne. Nā * illud dirimit matrimoniū iam cōtractum / sed nō solenne impedit cōtrahendū: sed nō dirimit iam contractum [manifestius]. Nota ergo ꝙ peccatū est grauius ex manifesta-
b tione [b] vt hic ⁊.j. de penitē. ⁊ remis. cap.j. contracta. Sed nūquid iste sic vouēs (mortua vxore) tenetur religionē ingredi: videtur ꝙ sic.j. qui cleri. vel vouen. capi. fina.
¶ Item cessat impedimenti causa / vt matrimonium: ergo debet ingredi religionem argu.j. de voto ⁊ voti redēp. placet. ¶ Nec obstat hec litera / ꝙ licet matrimoniū teneat: ipso soluto vouens tenetur religionem intrare.
3 ¶ Sed pone papa * inhibet / ⁊ decreuit super matrimonio ⁊ postmodū cōtrahit matrimoniū: nūquid illud est irritū:
c videtur ꝙ sic. s. hoc lib. de elect. si eo tēpore. Dic contra [c] argu. hic ⁊.j. de matri. cōtrac. cōtra. inter. eccle. c.ij. not. in extraua. Rem non nouam. Joan. Mona. Cardi.

a Uod votum. Uide lapū allega. xlviij. col. penul. Probus.
b ¶ Manifestatione. Facit illud psal. quorum tecta sunt peccata beati dicuntur. Probus.
c ¶ Dic cōtra. Pro cōcordia vide Joan. Mona. in capi. primo de relig. domi. vbi optime distinguit.
¶ Sed pro opinione Joan. Mo. hic
1 ꝙ teneat matrimoniū * habes glo. singularē in ca. ad dissoluendū in verbo irritū. s. de despō. impub. quam multum commendant docto. ibi / ad hoc ꝙ matrimonium contractū contra interdictum pape etiam cum clausula decreti irritantis tenet mero iure / alio impedimento non supposito quod firmat Rota in interdicto episcopi / deci. ccccl. in nouis si pubes / vbi subdit ꝙ fortius est matrimoniū ꝙ̄ interdictū etiā pape. Et sic debilius superueniens nō rūpit fortius vinculum. c. si inter. s. de despon. Probus.

¶ De statu regularium. Rubrica.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Status regulariū debet esse in clausura / claustro / ⁊ alijs hic descriptis.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Abdicatio bonoꝝ nō est de originali substantia professionis regularis.
Recipiens sacrum ordinem sub conditione ꝙ contrahere possit matrimonium.

1 Icto de regularibus quorum debet esse status * in clausura / vt presertim in monialibus / vt.j. capitu. proximo / ⁊ in claustro. xvj. quest. prima / placuit. ij. autē. de sancti. epi. § prouidere / col. ix. Et etiam
a vt precio non decipiantur / nec peculiū [a] habere permittantur / nec soli per villas ⁊ oppida morentur / sed insimul conuiuant: statum etiam debent habere per visitatores / ⁊ alia que exprimuntur. s. eo. monachi / ⁊ capitu. quod dei / ⁊ cap. cum ad monasterium / ⁊ capitu. sequen. ⁊ sequē. Ideo subijcit de statu regularium. Joan. Mona. Cardi.

a Ec peculiū. Dic id fore vnū de substantialibus professionis: vnum tamen dicit Paul. de castro consi. lxix. post princi. visa quadam cōmissione
1 in prima pte ꝙ abdicatio * bonoꝝ nō est de originali substantia pfessionis / sed addita fuit per constitutionem ecclesie: sicut castitas in sacris ordinibus: vnde si quis reciperet sacrum ordinem sub conditione ꝙ poterit contrahere matrimonium / reijceretur conditio / et esset vere ordinatus not. in cap. diaconi. xxviij. dist. secus si esset facta in emissione pfessiōis quedā reseruatio p modū cōditionis in his q̄ sunt cōtra naturā originalē seu substātiā pfessiōis / puta ꝙ nō teneat ad obediētiā / vel ad castita

tē q2 tunc vitiatur professio. c. fina. s. de conditio. appo. Si autem esset facta reseruatio per viam modi vel conuentionis / tunc non vitiatur professio: sed modus vel conuentio vt no. in. l. per seruum. ff. de vsu. ⁊ habi. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. j.

Ericuloso & detestabili quarūdam monialium statui quæ honestatis laxatis habenis & monachali modestia sexusque verecundia impudenter abiectis extra sua monasteria nonnunquam per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter infra eadem monasteria personas suspectas admittūt in illius cui suam integritatem voluntate spontanea deuouerunt grauem offensam in religionis opprobrium & scandalū plurimorum prouidere salubriter cupientes, pręsenti cōstitutione perpetuo irrefragabiliter valitura sancimus vniuersas & sigulas moniales præsentes atque futuras cuiuscunque religionis sint vel ordinis in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasterijs debere decætero permanere clausura. Ita quod nulli earum religionem tacite vel expresse pfessę sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa, (nisi forte tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret quod non posset cum alijs absque graui periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediēdi facultas, nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius ad quem pertinuerit speciali licentia) ingressus vel accessus pateat ad easdem, vt sic a publicis & mundanis conspectibus separatæ omnino seruire deo valeāt liberius, (& lasciuiendi opportunitate sublata) eidem corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire.

¶ Sane vt hoc salutare statutum commodius valeat obseruari, districtius inhibemus ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur decætero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis sine prouentibus absque penuria sustentari, si secus actum fuerit irritum decernentes.

¶ Verū quando abbatissa vel priorissa cuiusuis monasterij pro feudo quod monasterium ipsum tenet ab aliquo principe seu domino tēporali sibi debebit homagium vel fidelitatis sacramentum præstare (nisi quod per pcuratorē

illud p̄stet possit efficere apud eū) de monasterio cū honesta & decēti societate exire poterit eo casu licenter homagio facto, quā primum cō mode poterit, seu fidelitatis præstito sacramēto ad ipsum monasterium e uestigio reuersura sic quod in fraudem residentię siue more claustralis nihil fiat omnino,

¶Porro ne moniales causam seu occasionem habeant euagandi principes seculares ac alios dominos temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordię Iesu christi, eisdem in remissionem peccaminum nihilominus suadētes, quod abbatissas ipsas & priorissas ac moniales quascunque monasteriorum suorum curam administrationem negotia ve gerentes quibuscunque nominibus censeantur per procuratores in suis tribunalibus seu curijs litigare permittant, ne pro constituendis procuratoribus, qui atornati in aliquibus partibus nūcupantur seu alijs huiusmodi easdem oporteat euagari. ¶Si qui vero contra præsumpserint exhortationi huiusmodi rationabili atque sancte obtemperare nolentes, cum sit iuri contrarium, quod mulieres prę sertim religiosę per se ipsas litigare cogantur & a via deuiet honestatis & periculum animarum inducat, ad hoc per suos ordinarios ecclesiasticos censura ecclesiastica compellantur. ¶Episcopis autem & alijs prælatis superioribus & inferioribus quibuscunque iniungimus, quod & ipsi causas seu negotia quæ præfatæ moniales habebunt agere coram ipsis aut in curijs eorundem, siue sint homagia fidelitatis, sacramenta, lites vel quicquid aliud ipsa per procuratores earum fieri faciant & tractari.

¶Et quoniam parum esset condere iura nisi essent qui ea executioni debitę demandarent, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, & episcopis vniuersis districte in virtute sanctę obediētię sub obtestatione diuini iudicij & intermina tione maledictionis ęternæ præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate ac diocesi propria in monasterijs monialium sibi ordinario iure subiectis sua, in his vero quæ ad Ro. immediate spectāt ecclesiam sedis apost. autoritate, abbates vero & alij tam exempti quā non exempti prælati ecclesiarum monasteriorum & ordinum quoruncunque in monasterijs huiusmodi sibi subiectis de clausura conuenienti vbi non est, ipsorum monasteriorum expensis & fidelium eleemosynis quas ad hoc procurent diligentius facienda, & de ipsis monialibus includendis quam primum commode poterunt, prouidere procurent, si diuinę ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam euitare, contradictores atque rebelles per censuram ecclesiasticam appel. postposita compescendo inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. ¶Per hoc autem in monasterijs exemptis ordinarij locorum quo ad alia nullam sibi credant iurisditionem vel potestatem aliquatenus attributam.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Quomodo aliqua artatur grauius que incipit/vt ea inuita vinculo grauiori stringatur.
Non decet mulieres vagari/nec virorū cetibus īmisceri.
2 Mulieres plerunq; aduersus sua commoda laborare nituntur.
Superiores habent facere clausuram/& ea que eam comitantur.
Pena inflicta mulierib9/ad masculos non est extendenda.
Euestigio dicitur vt hic.
3 Specialitas concessa/suis terminis debet esse cōtenta.
Causa specialitatis cessante cessat specialitas.
4 Seculares compelluntur per ordinarios: si non faciāt q̄d conuenit ecclesiastice institutioni.
Laici habent primo requiri/sed prelatus prelatorum vt papa iungere potest.
5 Acrimonia dicitur: vt hic.
Inuocatio brachij secularis ad quid fit.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Periculosa est sexuum commixtio.
Monachi quare promptiores sunt ad coitum.
2 Facies mulieris est ventus vrens.
Amor mulieris hominem vrit.
3 Monachi propter cuculam non efficiunt̄ galli gallinacei.
4 Iuramentum fidelitatis non potest prestari per procuratorem inuito domino: volente autem sic.
Exhibitio reuerentie prestari debet personaliter.
5 Communiter mulieres querunt consilium contra propriū commodum.
6 Pena non extenditur.
7 Quando in materia penali fiat extensio de persona in personam.
8 Statuta imponentia penam filijs pro patribus/sunt valde dura & rigorosa.
9 Statutum q̄ vnus teneatur pro alio/non est tanq; odiosum extendendum.
10 Dispositum in filijs quando non habet locū in filiabus.
11 Sub exheredatione filiorū/nō censentur cōprehense filie.
In materia exclusiua/punitiua/& priuatiua.
Q̄d nō est specialiter expressum: nō inducit priuationem.
12 Concessum ob necessitatem/durat eatenus quatenus durat necessitas/& non vltra.
13 Anathema dicitur vt hic.
14 An delegatus possit inuocare auxiliū brachij secularis.
15 Bulla apostolica quādo debeat stricte interpretari.
Inuocatio brachij secularis hodie nō dat̄ absq; signatura.
16 Qui potest aliquid exequi/ergo omnia sine quibus.
Delegatus in causa delegata vicem obtinet delegantis.
17 Nō omnia que in rescripto apponuntur vidētur apposita, vt delegata sed vt potestas exercitetur.
Solet plus timeri quod specialiter indulgetur.
18 Non est absurdum exprimere clausulas que insunt.
19 Conseruatores inuocant brachium seculare.
Speculator fuit discipulus Hostiensis.
20 Subexecutor inuocat brachium seculare & spirituale.
21 Brachium seculare non inuocatur nisi in subsidium.

22 Non est utendum gladio temporali/nisi premisso spūali.
23 Judex non debet incipere a cauda sed a capite.
24 Rescripta sunt stricti iuris/& non extenduntur/nisi ad causas in eis expressas.
25 Decet iudices habere pedes plūbeos/nō plumeos.
26 Judex secularis an teneatur stare processui iudicis ecclesiastici brachium seculare implorantis.
27 Potestas ecclesiastica aliquando est paraletica.

PEriculoso, Hec decretalis habet.vij.partes.Primo ad dicenda prohemium p̄mittit.Secūdo versi. [presenti] de clausura monialiū &.§.[sane] ne plures recipiantur q̄ facultates monasterij patiātur statuit. Tertio.§.[verum] a regula excipit. Quarto.§.[porro] presidētes seculares:ut dent abbatissis & priorissis/ac alijs monialibus(administrationem gerentib⁹)potestatē agendi/que incumbunt per alios exhortatur & requirit. Quinto.§.[epis] hoc idē prelatis iniungit. Sexto.§.[Et quoniam]statutum predictum mandat exequi. Septimo.§.[per hoc]respondet tacite questioni[statui].s.providere salubriter cupientes/q̄d est.j.[clausura] Sed quomodo * aliqua artatur gravius quam inceperit/ut ea invita vinculo graviori stringatur. (1)
(a) Sol.hic nil ad regulam adijcitur sed modus [a] in cohabitando taxātur/& secundum naturam rei fit:cum non deceat (b) mulieres evagari nec virorum cetibus immisceri [b].s̄. hoc lib.de iudi.mulieres.C.de arbi.l.ultima [valeat] infra hoc lib.de sen.excō.religioso in fine [speciali] Sed quis dabit hanc licentiam/episcopus non:ar.xviij.quest.ij.hoc tantum &.c.luminoso&.c.diffinimus in fine. Abbatissa non quia ipsa artatur hac clausura: ergo contra eam non habet facere.infra eodem.§.verum [c] &.§.sequen. Et mulieres * ut plerunq̄ adversus sua commoda laborare nituntur [d].C.de spon.l.iiij.&.xxxiij.q.v.mulieres. (c) (2) (d)

¶ Dic hoc competere superioribus/qui habēt facere clausuram:infra eo.§.& quoniam/ergo & ea que eam concomitantur argu.ff.de iurisdi.omnium iudic.l.ij. supra de offic.delega.preterea &.j.de dot.post divor.resti. de prudentia [substentari].s̄.de insti.c.ij.[decernentes]secus in masculis/quibus est permissum cetibus hominum immisceri: et acquirere vite necessaria: unde hic pinguius providetur mulieribus/nec hanc penam extendam [e] ad masculos [evestigio] sunt due partes:vel dic quod est una pars ut dicatur evestigio.i.cito:ut sit adverbium temporis. Et nota [f] q̄ specialitas * concessa: suis terminis debet esse cōtenta:qua expedita sine fraude ad ius commune est revertendum. Et causa specialitatis cessante/ etiam cesset specialitas.C.de epi.& cle.auten.generaliter.ff.de vulga.& pupil.l.ex facto [Atornati] hoc est vulgare anglicorum [g] & normanorum [cogantur].C.de epi.& cleri.auten.causa q̄ [compellantur] Nota seculares * compelli per ordinarios:si non faciant quod convenit ecclesiastice institutioni s̄.hoc lib.de foro compe.seculares &.s̄.hoc lib.de iureiur.licet [iniungimus] primo dicit rogamus & requirimus quo ad laicos/qui primo habent requiri ar. supra de foro competen.ex tenore &.c.licet. Sed prelatis prelatus prelatorum [h] ut papa iniungere potest [demandarent].ff.de origi.iur.l.ij.§.post originem supra hoc lib.de elec.ubi.§.preterea [Acrimoniam].i.excommunicationem.C.de sacrosanct.eccle.placet in fine: vel dic acrimonia [i] * descendit ab acer:& moneo/unde acrimonia acris monitio unde designat austeritatem in vultu [brachij] [k] hoc enim decet ut potestas ecclesiastica iuvetur per secularem/ nō ad preiudicandum/sed potius ad ea que deo sunt placita prosequendum.supra de offi.ordi.capitulo primo. Joan. Mona.Cardinalis.

(a) SEd modus. Vide Joan.Mo.in c.primo.in verbo sed quero supra de regula.ubi istud late examinavit. Ideo hic sisto ratem/prout dicit idem Jo.mo.in.c.exijt de verbo.signi.Probus.

(1 b) ¶ Immisceri. Ratio q̄r * periculosa est sexuū commixtio.l.iij.C.de custo.reo. glosa pe.in.c.quamvis.j.de penis: votum enim est hominis naturaliter filios procreare.l.liberorum.ff.de verbo.significa.& ea de causa rapere mulieres/ licet enim monachi & moniales dicantur apud nos mortui/verum quantum ad civilia: secus quo ad naturalia : videlicet quo ad commatres impregnandas & filios generandos/ ad quod eos natura inclinat cle.ad nostrum vers.septimo/de here. & magis eos q̄ alios:famelici enim & avidiores ad coitū reperiuntur:ideo si reperiantur lapsi mitius agitur cum eis/testatur Fely.in.capi.at si clerici.§.de adulterijs.supra de iudi.prohibetur equidem cōmixtio sexuum propter dictum Salomonis quod citat Panor.in.c.monasteria.supra de vita & honesta.clerico. q̄ facies * mulieris est ventus urens: hinc Paulus/melius est nubere q̄ uri/quod citat glo.in auten.de non eligen.secun.nub.§.cum igitur post tex.ibi nec possit contra fervorem nature resistere.columna.j.merito dicitur q̄ amor mulieris hominem urit/non fiat igitur commistio sexuum etiam monachorū quia * propter susceptionem cuculle vel professionem/nō efficiuntur galli gallinacei qui generare non possunt:quia imo remanent veri galli & potentes in opere:testatur experientia rerum magistra. Probus. (2) (3)

(c 4) ¶.§.verū ibi dic fore tex.peregrinum q̄ iuramentum * fidelitatis non potest prestari per procuratorem invito domino: volente autem sic. Quod autem non possit prestari per procuratorem testis est Bal.in.l.prima in fine.ff.de rer.divisio.rationē adducit:quia iuramentum fidelitatis habet annexam exhibitionem reverētie que debet presentialiter seu personaliter prestari.l.si non sortem.§.si libertus.ff.de condit.indeb.

¶ Item prestatur per verbum ego.ca.primo de no.fidel.for.quod importat industriam persone not.in.c.de forma xxij.questio.v.sic non potest prestari per substitutum.l.nemo.ff.de duob.re.

¶ Vide malere.in tracta.de elec.charta.45.versi.limita seu declara. Probus.

(5 d) ¶ Nituntur. Etiam * mulieres per eorum fatuitates cōmuniter querere consilium contra proprium commodum. Amade⁹ in dialogo de amicitia Bal.in addi.ad specul.in ti.de magi.refert Bolog.in repetit.auten.habita.col.xlij.C.ne fil.pro patre Joā.Lupus de dona.inter vir.& uxor.char.xlj.col.j.Probus.

(e) ¶ Extendam. Istud placet Archi.Joan.Andr.in glo.hic Petro in quinto notabili.

(6) ¶ Et dic istud facere q̄ pena * incapacitatis filijs inflicta per.l.quisquis.C.ad.l.Juliam maie.non habet locum in filiabus nisi inquantum exprimitur quod tenent Bart.in.l.prima.ff.de verb.signi.Bal.Ang.& alij in.l.gallus in principi.ff.de liber.& posthu.Cy.Bal.Ang.& Saly.in.l.quicunq̄.C.de servis fugitivis/& ibi Francis.Areti.Jmol.in.l.si ita scriptum delega.ij.moventur quia * licet alias in materia penali fiat extensio de persona ad personam/ habet locum nisi odium sit irrationabile/quale dicitur esse in.d.l.quisquis q̄ unus puniatur pro alio. Comprobat & late De cius con.lxiiij. Pro viribus/ita consuluit in terminis Frācı.de Areti.in con.xxxix.in facto : quod autem contineat odiū irrationabile adduco sequentia. Primo que no. Bal.in.l.que dotis.C.de iure do.q̄ statuta * que imponunt penam filijs pro patribus sunt valde dura & rigorosa: quod placet Ang.in.l.sancimus.C.de pe. hinc Bald.in rubr.C.res inter alios acta/singulariter dicit q̄ statutum imponens penā uni pro alio/licet sit tollerabile: tamen non est laudabile sed valde iniquum: Ideo subdit idem Bal.in auten.Si captivi.C.de epi.& cleri.q̄ * statutum q̄ unus teneatur pro alio nunq̄ tanq̄ odiosissimum debet extendi: maxime quādo pena corporalis vel infamie imponitur/etiā si hoc expresse vellet/non valeret tanq̄ iniquissimum & irrationabile:dictat enim ratio naturalis q̄ gesta debent ad auctores suos restringi & non extendi ad alios qui culpa carent:& tales constitutiones essent contra ius nature & divinum:merito Bal.in.l.lege cornelia.ff.de vulg.dicit/q̄ statuta & constitutiones quibus pater pro filio vel econtra punitur sapiunt quandam tyrannidem. (7) (8) (9)

(10) ¶ Habeo & secundo pro intento:quia * ubi ratio diversa militat in filiabus q̄ in filijs tunc nunq̄ dispositum trahitur in illis ad filias. Bal.in.l.servus.C.communia de suc. Sed in casu dicte.l.quisquis diversa ratio militat/ quia filie non sunt apte ad bella ineunda/proditiones faciendas nec possunt arma deferre/& cetera huiusmodi propter sexus fragilitatem.

¶ Propterea Bal.in.l.quicūq̄.C.de servis.fug.ait:si statuto caveatur ut filij rebellium expellantur de civitate nō

extenditur ad filias/quia cessat ratio pro quo Jo. mona. hic numero tertio.

¶ Tertio habeo quod voluit glo.in. l.si ita in verbo nat⁹ ff.de iniusto testa. quam ibi ponderat & sequitur imola. qui 11 voluit/ꝙ sub * exheredatione filiorum non censentur cõprehense filie: ita venit dicendum in proposito.

¶ Habeo & quarto/quia in materia exclusiua punitiua/ & priuatiua (qualis est ista) quod non est specialiter expressum non inducit priuationem Bald. in.l. super chirographum. C.si cer.peta. (etiam vbi maior versaretur ratio) Idem Bal.in auten.ex testamento. C.de secund.nup.per tex.in.§.cum igitur in autenti.de non elig. secundo nub. columna prima.

¶ Habeo & quĩto/q2 vbi cõstitutio loq̃r discretiue de filijs & filiabus/tunc quod dicitur in filijs nunq̃ extenditur ad filias Bal.in.l.in multis.ff.de statu.ho. Sed dicta.l.quisquis loquitur discretiue de filijs/& discretiue de filiabus igitur non sunt comprehense.

Locus diuinis obſequijs deputatus / nullis eſt temerarijs auſibus prophanandus.
2 Chriſtus eſt rex pacificus / qui vt pacem daret / venit in mundum.
Quod coram temporali domino facimus/ ita et coram domino dominorum.
3 Generaliter dictum /oībus ſingulariter dictũ intelligit.
Committens factum in eccleſia an habeat immunitatem.
Quicquid vult Hely/vult omnis concio celi.
In eccleſia eſt potius orandum ꝙ in domo priuata.
4 In eccleſia peccatorum venia poſtulatur.
Si eccleſia leſa fuerit quilibet poteſt vti interdictis.
5 Parum eſſet iura condere/niſi eſſent qui ea exequerentur ⁊ tuerentur.
Ex quo non reperitur in iure pena determinata/ arbitraria dicitur.
6 An contractus in ecleſia initi valeant.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Species comprehenditur in oratione generali/⁊ ſic dicitur expreſſa in genere/licet non ſpecifice.
2 Seditio quando fieri dicatur.
3 Natura contractuũ eſt ꝙ ad heredes tranſeant/ licet non dicatur in eis.

DEcet, Hec decretalis habet quatuor dicta: primo docet que debeãt in eccleſijs fieri. ij. verſiculo [nullus] docet a quibus in eiſdem debeat abſtineri. iij. §. [ordinarij] ſtatutum hoc mãdat obſeruari: ⁊ attentata contra ipſuꝫ irrita decernit. iiij. §. [q̃ vero] comminationem pene venientibus contra ſtatutum ſubiungit * [ſanctitudo] Quicquid enim 1 domino conſecratur: ſanctum ſanctorum erit domino. xij. q. ij. nulli liceat/nec ad humanos vſus poſtea redire debet ſ̃. de rer. permuta. mancipia [cultus] quia eccleſia dei/ domus orationis eſſe debet/non ſpelunca latronum. ſ̃. eo. cũ eccleſia. Et locus diuinis obſequijs deputatus nullus eſt temerarijs auſibus prophanandus. ſ̃. eo. eccleſie [pacifi- 2 cus] Et merito * quia Chriſtus eſt rex pacificus/ qui vt pacem daret venit in mũdum: xxiij. q. j. niſi bella [ſic itaꝗ] humiliter ergo debemus intrare coram domino dominorũ ⁊ ibi quiete ⁊ honeſte ſtare: cum hoc etiam coram domino temporali faciamus [inſtruat] per bonum exemplum [reficiat] eis complacendo [omne genu] hoc verbuꝫ eſt apoſto- a 3 li ad Philippē. ij. [generaliter[a]] nota * ꝙ generaliter dicitur/omnibus ſingulariter dictum intelligitur [ſeditio- b nem] [b]. Sed quid ſi furtum committatur in eccleſia/ nunquid commitens habebit immunitatem Gofre. dicit ꝙ ſic/ quia tantum excipiuntur ſi publicus latro/⁊ agrorum depopulator. ſ̃. eo. inter alia: dic contra/quia ibi loquitur de delinquentibus extra eccleſiam ⁊ cemiterium/ ad que confugientes habent immunitatem: exceptis illis duobus/ vt. d. c. inter.

¶ Si autem in eccleſia vel cemiterio delinquat: nunꝗ cõmittens habet ibi immunitatē. ſ̃. eo. immunitatē. autē. de mãda. prin. §. neꝗ col. iij [cõciones] .i. cõgregationes ad aliqua ſecularia exercenda/vñ verſus. Quicq̃d vult hely. 4 vult omnis concio celi [peccatorum] nota * in eccleſia eſſe orandum/potius ꝙ in domo priuata.

¶ Item nota in eccleſia peccatorum veniam poſtulandã: vt hic auten. vt liceat matri ⁊ auie. §. quia vero colum. viij. Et ſi eccleſia leſa fuerit quilibet poteſt vti interdictis. ff. de interdi. l. j. ⁊. l. interdictorum. §. interdicta [iudiciorum] ſ̃. eo. c. primo/eccleſiaſtica enim iudicia ibi poſſunt tracta- 5 ri. ij. q. ij. c. vlti [inibi] .i. in eccleſia [ordinarij] quia * parum eſſet iura cõdere/niſi eſſent qui iura exequerentur/et tuerentur. ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt originem. ſ̃. hoc lib. de elec. ſtat. regu. capitulo vno. §. quoniam ſupra hoc libro de elec. vbi. §. preterea [compeſcant] per cenſuram eccleſiaſticam

vel aliam penam arbitrariam: ex quo hic nō exprimitur. s. de offi. delega. c. de causis [ad hoc] .i. ppter hoc [ad premissa] .i. ad compescēdum ea que hic interdicuntur [iudiciū.]
¶ Sed quid de contractibus * initis in ecclesia: nunqd valebunt / dic q̄ non debent ibi fieri: ꝛ qui facit ibi / peccat per hoc. c. facti tamen ibi non sunt irriti cum hic processus ꝛ sententias iudicum tantum irritet: vnde nō extendam ad alia / cum sit pena. ff. de liber. ꝛ posthu. cum quidē. j. hoc lib. de reg. iur. odia [petulanti] .i. superbienti [deputandorum] .i. illorum quos ordinarijs debent deputare [assiduos] ꝛ ad ista compescenda idoneos [ab ipsis] ordinarijs [acrimoniā] hoc verbum exponitur. s. hoc lib. de statu regula. c. vno in fine [abstinere] hoc vera penitentia de malis preteritis / dolere / ꝛ dolenda vlterius proponere non committere de peni. dist. iij. c. j. Jo. Mo. Car.

GEneraliter. Uide quod in proposito citat Sozinus consi. ccxc. col. fi. quoniam presens consultatio / q̄ species * comprehēditur in oratione generali / ꝛ sic dicitur expressa in genere licet non specifice. Et illud quod in genere exprimitur dicitur esse eiusdez effect⁹ acsi in specie exprimeretur glo. est notabilis in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. heredi. per quam ita voluit Bar. in. l. sed ꝛ si qs. §. quesitum. ff. si quis cautio. probatur in. l. si duo. ff. de acq heredi. quod procedit nisi in materia correctoria requireret aliquod expresse fieri Ang. in auten. de hered. ꝛ fal. in §. si vero expressim. Probus.
¶ Seditionem. Dic secunduz. Decium consi. cclvj. in prin. in causa inquisitionis q̄ seditio * fit concitando plebem dicitur q3 seditio quasi seorsum intuitio / q2 in diuersos vadunt ꝛ alios tradunt vt no. Domi. hic post Archid. ꝛ Joā. and. ꝛ archidi. in. c. seditionarios. xlvj. dist.
¶ De seditione ꝛ tumultu habetur in. l. prima in fine. ff. ad leg. iul. maie. in. l. ij. C. de seditiosis ꝛ in. l. si quis aliquid. §. auctores. ff. de penis ꝛ in. l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confugi. Ad satietatē vide do. Ni. Boerij in trac. suo de seditiosis ꝛ Jaso. in cōsi. clxvij. formate. vol. iiij. vbi col. iiij. subdit descriptionem seditionis per hos versus Maronis poete Mantuani in. j. eneidos Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est Seditio: stetitq3 animis ignobile vulgus iamq3 faces ꝛ saxa volant: furor arma ministrat. Probus.
¶ Contractibus. De natura * quorum est q̄ sint transitorij ad heredes licet non exprimatur. l. si pactum. ff. de probatio. l. veteris. C. de cōtrahen. stipula. Probus.
¶ Non sunt. Juxta illud multa prohibentur fieri: facta tamen tenent de quo per nos. s. in. cap. primo de religio. domib. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. iiij.

CLericis laicos infestos oppido tradit antiquitas, quod & præsentium experimenta temporū manifeste declarant, dū suis finibus non contenti nituntur in vetitum ad illicita frena relaxāt, nec prudenter attendūt quam sit eis in clericos ecclesiasticasve personas & bona interdicta potestas ecclesiarum prælatis ecclesijs, ecclesiasticisque personis regularibus & secularibus imponunt onera grauia, ipsosque taliant & eis collectas imponunt, ab ipsis suorum prouentuum vel bonorum dimidiam decimam seu vicesimam vel quamuis aliam portionem aut quotam exigunt, & extorquent, eosque moliuntur multifarie subijcere seruituti, suęque submittere ditioni, & (quod dolenter referimus) nonnulli ecclesiarum prælati ecclesiasticęque personę trepidantes, vbi trepidandum non est transitoriam pacem querentes plus timentes maiestatem temporalem offendere quam ęternam, talium abusibus non tam temerarie quam improuide acquiescunt sedis apostolicę autoritate seu licētia nō obtenta. ¶ Nos igitur talibus iniquis actibus obuiare volentes de frarrum nostrorum consilio apost. autoritate statuimus quod quicunque prælati ecclesiasticęque personę religiosę vel seculares quoruncunque ordinum cōditionis, seu status, collectas vel talias decimam, vicesimam seu cētesimam suorum & ecclesiarum prouentuum, vel bonorum laicis soluerint vel promiserint, vel se soluturos consenserint aut quamuis aliā quantitatem portionem aut quotam ipsorum prouentuum vel bonorum ęstimationis vel valoris ipsorum sub adiutorij mutui subuentionis subsidij vel doni nomine, seu quouis alio titulo modo vel quęsito colore, absque autoritate sedis eiusdem, necnō imperatores, reges, seu principes, duces, comites, vel barones, potestates, capitanei, vel officiales, vel rectores quocunque nomine censeātur, ciuitatū, castrorum, seu quorumcunque locorum constitutorum vbilibet, & quiuis alij cuiuscunque praeminentiæ conditionis & status, qui talia imposuerint, exegerint, vel receperint, aut apud ædes sacras deposita ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarū vbilibet arestauerint, saisiuerint, seu occupare præsumpserint, vel arrestari, saisiri, aut occupari mandauerint, aut occupata, saisita, seu arresta ta receperint, necnon omnes qui scienter dederint in prædictis auxilium, consilium, vel fauorem publice vel occulte eoipso sententiam excōmunicationis incurrant. ¶ Vniuersitates quoque quæ in his culpabiles fuerint ecclesiastico supponimus interdicto. ¶ Prælatis & personis ecclesiasticis supradictis in virtute obedientiæ & sub depositionis pœna districte mandantes, vt talibus absque expressa licentia dictę sedis, nullatenus acquiescāt, quodque prætextu cuiuscunque obligationis, promissionis, & confessionis, factarum hactenus vel faciēdarum in antea priusquam huiusmodi constitutio, prohibitio, seu præceptum ad notitiam ipsorum peruenerint, nihil soluāt, nec supradicti seculares quoquo modo recipiant. Et si soluerint vel prædicti receperint in excommunicationis senten

tiam incidunt ipso facto. ¶ A supradictis autem excommunicationum & interdicti sententijs nullus absolui valeat præterquam in mortis articulo, absque sedis apostolicę autoritate & licentia speciali. Cum nostrę intentiōis exstat tam horrendum secularium potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire. ¶ Non obstantibus quibuscunque priuilegijs sub quibuscunque tenoribus formis, seu modis aut verborum conceptione concessis, imperatoribus, regibus, & alijs supradictis quæ cōtra præmissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata.
2 Non solum peccatur committendo sed etiaz omittēdo illa que incumbunt.
3 Collectādo hoīes ecclesie quodāmō ecclie collectantur.
Interest ecclesiarum/locupletes habere subiectos.
Habundabit enim fiscus & imperium: si habūdet subiectis locupletibus.
4 Articulus mortis semper excipitur.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Honor regis augetur per dignitatem subditorum.

CLerici, Hec decretalis adijcit ad. c. proximum & ad. c. non minus/ & ad. c. aduersus: & habet tres partes. Nam primo tam abusus potestatis secularis contra libertatem ecclesiasticam q̃ prelatorum indebitam patientiam excitat. Secundo §. [nos igitur] super istis statuens penas tam facientibus cōtra ecclesiasticam libertatez/ q̃ prelatis inobedientibus & negligentibus inflictas exprimit & assignat. Tertio §. absolutionem [a supradictis] a latis sententijs/ non obstātibus quibusuis priuilegijs sibi reseruat. [oppido]. i. valde [antiquitas]. ij. q. vij. laicos [a] & c. laici [in vetitum] iuxta illud lucani. Nitimur * in vetitū semper: cupimusq; negata [q̃]. i. q̃tū potestas. s. de cōstitu. ecclesia & c. que in ecclesiarum. xcvj. dist. bene quidem circa finē [dicioni]. i. potestati. j. de excess. prela. nimis in fine & iij. iudith. in dicione tua domine cuncta sunt posita / nec scribitur per. t. vt dictio sed per. c. solum [acquiescunt] Et sic nota * non solum peccari committendo: sed etiam omittendo illa que incumbunt. s. hoc. lib. de reb. ecclesie non alie. c. ij. §. & nihilominus. ij. q. vij. sicut inquit. & cap. quia propter & c. negligere. [Nos igitur] hic narrantur duo: primo de prelatis & ecclesiasticis personis soluentibus contra hoc statutum. ij. versi [necnon] narratur de seculari potestate adhec inhibita compellente/ & de penis illorū [imposuerunt] Quid si hec impositio non fiat ecclesiasticis psonis sed hominibus earundem dic in hoc fieri fraudem legi de qua est dictum. j. hoc lib. de reg. iur. c. vlti. & hec phibitio vt hic/ prohibetur sequela. j. hoc lib. de regu. iur. cum quid prohibetur. Et collectando * homines ecclesie quodammodo ecclesie collectantur. arg. j. de priuileg. quanto & j. eo. eos. & xij. q. ij. ecclesiarum seruos. C. de epi. & cleri. l. ij. in fine.

¶ Et interest [b] ecclesiarum locupletes habere subiectos: habundabit enim fiscus & imperium: si habūndet subiectis locupletibus auten. vt iudi. sine quo. suffrag. §. cogitatio. col. ij. & sic diminuendo de hominibus ecclesie/ de ipsa ecclesia diminuitur [articulo] hic * casus semper excipitur. s. de offi. ordi. pastoralis [quibusuis] simile. s. de elec. sepe hoc libro & eo. lib. de senten. excōmunicatio. alma. §. vltimo. Joan. Mona. Car.

LAicos. Uide que per hoc verissimiliter presumuntur per Gaspar apud consilia Petri de Ancha. consilio. xij. & sequenti. Probus.

¶ Interest. Uide que dico in ru. de sponsa. & matri. quibus adde dictum Bald. in. c. intellecto sub nume. v. s. de iureiuran. q̃ honor * regis auget p dignitatem subditorum & fit status regis magis potens & magis honorabilis & magis timendus.

¶ In proposito no. Maria. Sozinus consi. xxxv. colum. penul. circa presentem dum dicit interest reipublice locupletes habere subiectos insti. de his qui sunt sui vel alie iur. in princ. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. iiij.

QVoniam (vt intelleximus quorūdā iusticiariorum, balliuorum, iudicū vel secularium, ac temporalium dominorum in quibusdam partibus pręsūptuosa temeritas sic excreuit, vt in terris eorū, siue districtibus literas apostolicas impetrantes, vel ad iudices ordinarios, ecclesiasticos recurrentes super causis, negotijs, seu quęstionibus, quę ratiōe personarum aut rerum, de iure aut antiqua consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinent, obtinere non possunt in eis per eosdē ordinarios iudices vel apostol. literas iustitiæ complementum, quin potius super illis recurrere ad iudicium seculare, vel a lite, causa, seu quęstione desistere compelluntur. ¶ Nos iustitiam nostram & ecclesię sponsę nostrę nolentes negligere, qui alios in sua iustitia cōfouemus, statuimus districtius inhibēdo ne qs impetratores literarū nostrarū, vel alios in foro ecclesiastico delegato, seu ordinario litigantes seu litigare volentes, siue ambę partes hoc voluerint, siue vna super causis ecclesiasticis, siue quę ad forum ecclesiasticum ratione personarum negotiorum vel rerū de iure, vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel per alium ad desistendum, vel in foro seculari de quęstionibus huiusmodi litigandum per eorundem iudicum ecclesiasticorum vel impetrantium, aut litigantium, seu volētium litigare, aut propinquorum ipsorum seu rerum illorum, aut ecclesiarum suarum etiā

captionem, modisue alij quibuscunque compel lat, seu compelli faciat vel procuret, nec per se aliosue impediat, quominus coram iudicibus ecclesiasticis delegatis, seu ordinarijs querelantes de causis quę (vt premissum est) ad cognitionem pertinent eorundem, possint libere iustitiam obtinere, nec ad prędicta facienda det auxilium, consilium, vel fauorem.

¶ Si quis vero contra pręsumpserit, excommunicationi se ipso facto nouerit subiacere, a qua (nisi tam iudici cuius cognitio fuerit impedita vel iurisditio vsurpata, quam parti que turbata in prosecutione fuerit sui iuris, de iniuria damnis, expensis, & interesse prius per eundem integre fuerit satisfactū) nullatenus absoluatur.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Nullus habet in se negligere quod habet in alijs obseruare.
Primo quis habet curare de se ꝛ spectantibus ad eum ꝙ de alijs.
Ipso facto interpretatur .i. sine hominis adminiculo.

¶ Summarium Domini Philippi Probi,

1 Vulgare dicitur vt hic.
Vulgare ꝛ communis vsus loquendi sumitur a sapientibus/non ab idiotis ꝛ rusticis.
2 Iura sapientum deturpari non debent per ora rusticorū ꝛ idiotarum.
3 Verificandi sunt sermones secundum communem opinionem/intellectum habentium.
4 Sepe contingit/ꝙ qui magis indiscrete ꝛ irrationabiliter loquitur: inter fatuos magis acceptus habeatur.

Voniam, Hec decretalis habet tria dicta. Primo abusum potestatis secularis contra literas papales ꝛ iudices ordinarios ponit. Secundo §. [nos iustitiā] contra dictos abusores statuit .iij. Tertio §. [si quis] facientibus contra statutum penā infligit [iustitiariorum] vulgare [a] est apulie sicut ponitur s. de pigno. Ex literis in princi. [balliuorum] vulgare est francie sic ponitur .j. hoc lib. de senten. excommunica. dilecto ꝛ .j. eo. c. vlti. [pertinent] hec parificantur. s. de offi. ordi. conquerente [confouemus] nota ꝙ * nullus habet in se negligere quod habet in alijs obseruare / ꝛ primo quis habet curare de se ꝛ spectantibus ad eum quam de alijs .i. q. j. multi. ij. ꝛ. iij. Ro. C. de serui. preses [ipso facto] .i. sine hominis adminiculo de hoc nota. s. hoc lib. de elec. ꝙ sit in fine [satisffactum] de hoc est notatum .j. hoc lib. de sentē. excommunica. solet: Ioan. Mona. Cardina.

a 1 Vlgare. Dic vulgare * quod emanat a consuetudine sapientuz non insipientum rusticorum: sicut cōmunis vsus loquendi non sumitur ex varijs locutionibus imperitorum: ratio quia si vulgare ꝛ communis vsus essent recepti a rusticis aut vilibus ꝛ omnino idiotis personis: talis vsus loquēdi ꝛ vulgare non attēderetur cōtra ꝓpriā verborum significationem ꝛ naturam. Quia * 2 iura sapientum deturpari non debent per ora rusticorum ꝛ idiotarum secundum Bald. in l. ij. C. de suc. edic. ꝛ in. c. j. de succes. feudi in quibus seu eorum sensu non cadit varietas neq; veritas aut differentia vocabulorum testatur glo. in. l. quid si nepotes. ff. de testa. tutella/tales enim locutiones rusticoruz ꝛ imperitarum personarum non sunt proprie sed abusiue/dicit text. in. l. item pretor. §. prio. ff. de suis ꝛ legiti. heredi. ꝛ ita ītelligitur in l. ita vulneratus. §. j. ff. ad leg. aquil. ꝛ tex. in. l. si dictum. §. j. ff. de euictio. ibi non tamen vt vulgus opinatur satisdare debet. Nā * 3 verificandi sunt sermones ꝫm cōmunē opinionem intellectuz habētium Bal. in. l. prima. C. de seruis fugi. per tex. in. l. si ita quis in fine ibi quod vtiq; nemo sanus probauit. ff. de euictio. pro dicto Bal. facit tex. in. c. ex literis el primo. s. de spon. ibi. Et cogatur vterq; verba ꝓlata in eo sensu retinere quem solent recte intelligentibꝰ generare. Ad talem enim insensatam vulgi opinionem ꝛ assertionem/causari nō debet communis vsus legendi: cū de ipsa non sit curandum ar. eorum que no. in. c. ad nostram s. de proba. Sepe * 4 enim contingit qui magis indiscrete ꝛ irrationabiliter loquitur inter fatuos magis acceptus habeatur qui vt plurimū in maiori numero ꝙ sapientes existunt iuxta illud ecclesia. j. stultorum infinitus est numerus. ¶ De materno autem ꝛ vulgari sermone vide q̄ dicit Sozinus consilio. cclxvij. columna prima: presens cōsultatio. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. v.

Eos qui temporale dominium obtinentes suis subditis ne prelatis aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem neque ipsi bladum molant coquant panem, aut alia obsequia exhibere prę sumant aliquando interdicunt.

(Cum talia in derogationem libertatis ecclesiasticæ pręsumantur) eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

a Eos, [a] Ad hanc decretalem facit infra de priuilegijs. capitulo quanto. §. supra eod. clericis § nos igitur: versiculo necnon. Ioannes Monach. Cardinalis.

a Eos. Adde videndum Petruz de Anchara. consi. xj. Factum super quo petitur consiliū/cui adde ea que citaui in cap. quia in versic. ꝛ inquantum. s. diximus. s. de rescrip. Contra que vide que no. in consi. xij. et seq. d. Petri de Ancha. que sunt Gaspar. vide eundez Petrum de Ancha. consi. ccccxxxiij. postq;. ꝛ Lapum in allega. xcij. inspeximus. Probus.

Ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant. Rubrica.

Viso hoc tertio libro, quæ clericis vel monachis competant: hic prosequitur que eis non competunt / vt .s. negotijs secularibus non immisceant: vnde de hoc subijcit. Ioannes Monach. Cardi.

Bonifacius Octauus. Capitulum primum.

STatutum felicis recordationis Honorij papę tertij prædeceſſoris noſtri, quod decanis, archidiaconis, præpoſitis, plebanis, cantoribus, & alijs clericis habentibus perſonatus audire leges vel phyſicam interdicit, adeos qui parrochiales eccleſias obtinere noſcuntur pie memorię Clementis papę quarti prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhęrentes, declaramus præſentis conſtitutionis oraculo ratione eccleſiarum huiuſmodi non extendi ¶ Niſi ęędem eccleſię fuerint plebanię ſub ſe capellas habentes in quibus inſtituantur clerici perpetui nequeuntes ab ipſis abſque cauſa rationabili amoueri.

STatutum, Hic deciditur vetus querela: nam notant Goffre. ⁊ Inno. ꝙ rectores eccleſiarum audientes leges non erant excommunicati per conſtitutionem. ſ. eodem ſuper ſpecula. hoſtien. ⁊ Bernar. in cõtrarium notantibus [honorij]. ſ. eo. ſuper ſpecula [clementis] hec conſtitutio non eſt in hac compilatione ⁊ incipiebat habito/cuius mens hic recitatur [plebanie] iam enim habendo perpetuas capellas ſub ſe / plebania reputatur dignitas/⁊ ideo comprehenditur ſub ſtatuto honorij/non ſic de rectoria non habente ſub ſe capellas. Io. Mona. Cardi.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. ij.

VT periculoſa religioſis euagandi materia ſubtrahatur, diſtrictius inhibemus, ne decętero aliquis quancunque religionem tacite vel expreſſe profeſſus in ſcholis vel alibi temere habitum religionis ſuę dimittat, nec accedat ad quevis ſtudia literarum, niſi a ſuo prælato cum conſilio ſui conuentus vel maioris partis eiuſdem, ſibi eundi ad ſtudium licentia primitus ſit conceſſa.

¶ Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto. ¶ Doctores quoque ſiue magiſtri qui religioſos habitu ſuo dimiſſo leges vel phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere, ſimili eoipſo ſint ſententia innodati.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Ex cauſa licitum eſt habitum transformare.
2 Paria ſunt ꝙ quid fiat a toto capitulo/vel a maiori parte capituli.
3 Doctor ſciẽs monachum ſcholarem audire leges/an incurrat penas iuris.
4 Cuilibet non poteſt inhiberi quin faciat in ſuo quod vult etiam ſi alij noceat: dummodo animo nocendi nõ faciat.
5 Monachus non poteſt iura ciuilia audire nec docere.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Licentia abbatis pro monacho vt poſſit ſtudere in vniuerſitatibus quid requirat.
2 Quando quis tenetur facere aliquid cum conſilio alicuius/quid requiratur.
3 An omiſſio requiſitionis conſilij vitiet actum.
4 Habitus monachorum eſt ipſorum oſſibus annexus.
5 Monachus in epiſcopum electus non debet habitum mutare.
6 Dictio ſemper denotat actum continuum aliquando non.
7 Quando monacho ſit licitum habitum dimittere.
8 Monachus habitum cooperiens in quo peccet.
9 Habitus occultus/non dicitur habitus.
Habitus dicitur vt hic.
10 Diuerſitas habitus in religioſis/inducit diuerſitatẽ in effectu iuris.
11 Qui complexus eſt verba mentem offendit.
12 Quod non apparet/eſſe non videtur.
Per ſigna cognoſcuntur ſignata.
Signum vnius: alius non debet vſurpare.
13 Obſcure dictum pro non dicto habetur.
Preſens latitans/pro non preſente habetur.
14 Non dicitur nunciare/qui perfunctorie ⁊ obſcure differt.
15 Per exteriora iudicantur animi ſecreta interiora.
16 Habitus apparens/non latens debet attendi.
17 Habitus religionis non eſt ſolũ in veſte/ſed in modo portandi.
Aqua quotidiana/diſtinguitur ab eſtiua vt hic.
18 Permititur extenſio in diſpoſitione penali.
19 Faciens contra legem non incurrit penam legis niſi faciat temerarie.

VT periculoſa, Hec decretalis habet tria dicta. Primo inhibitionez ponit. Secundo. §. [ſi quis] violatoribus inhibitionis huius penam imponit. Tertio. §. [doctores] ꝓhibitionem predictam ad alias perſonas extendit [expreſſe] de expreſſa ⁊ tacita profeſſione eſt dictum. ſ. hoc lib. de elec. nullus ⁊. c. ex eo. in fine [temere]. Quia 1 ex cauſa * eſt licitum habitum transformare arg. ſ. de vita ⁊ honeſta. cleri. ſi quis ex clericis [partis] 2 ſunt enim * paria ꝙ quid fiat a toto capitulo/vel maiori parte. ſ. de his que fiunt a maio. parte capitu. primo. ⁊ capitulo vltimo.

¶ Sed contra. ſ. de elect. ſi religioſus hoc libro dic vt ibi in. §. quia vero.

¶ Item contra hoc lib. de teſta. religioſus. primo Reſo. dic vt ibi tenet [temerarius violator] hec verba expone/ vt. j. §. hoc lib. de ſenten. excommunicationis. cum medicinalis. 3 ſi quis autem [retinere]. Quid * ſi magiſter ſcit monachũ in ſcholis ſuis iuxta cathedram ſuam/⁊ domum habere/et ipſum audire: an doctor ⁊ auditor ſint excommunicati: videtur ꝙ auditor ſit ligatus: quia hic inhibetur ſimpliciter ſ. eo. non magno/ergo quocunqꝫ caſu audiat videtur inhibitum. ff. de poſtul. quos prohibet/⁊. ſ. eo. ſuper ſpecula.

¶ Idẽ in doctore quia videtur eſſe in ſchola/hoc eſt in vacatione ſtudij. ex quo ſcit monachum ipſum audire. Sed verba hic poſita ſunt pro doctore/ vt hic in ſcholis ſuis preſumpſerit retinere.

¶ Sed dices forte ꝙ verbum retinere eſt contra ipſum: vt retinere ſit pro recto tenere: arg. ff. de verborum ſignificatio. verbum reddendi argu. j. de peniten. ⁊ remiſſio. ꝙ in te §. primo.

4 ¶ Dic tamen vt prius nam ſcholari ſicut ⁊ cuilibet * alij inhiberi non poteſt quin faciat in ſuo quod vult/ etiã ſi alij noceat: dummodo animo nocendi non faciat. ff. de damno.

infet. l. proculus. ff. de aqua pluuia. l. prima. §. deniq; & sic culpa hoc casu non potest [b] imputari doctori / qui extra scholas scholarem cohercendi ius non habet.

5 ¶ Et sic * monach9 non potest iura ciuilia audire / ita nec docere. C. de male. & mathe. l. culpa. Jo. Mo. Cardi.

a P Artis. Vide deci. thol. xxvij. item an valeat licentia / vbi decisum fuit vt in tex. contra * quendam licentiatum in decretis canonicum regularem ecclesie Carbie. cui per prelatum absq; consensu conuentus data fuerat licentia de existendo in studio sed male dicit de consensu: cum non requiratur nisi consilium conuentus vt patet ibi cum consilio sui conuentus vel maioris partis. Et sic de necessitate non requirit q abbas concedat licentiam de consensu sed de consilio.

¶ Sed dubium est si nolit conuentus consulere vt detur licentia an valeat. Aufre. ibi concludit q abbas non tenetur sequi consilium per theoricam q vbicunq; * quis tenetur aliquid facere: cum consilio alicuius qui nō est particeps officij: tunc satis est requirere cōsiliū / nec tenetur sequi. c. cum olim. ē. de arbit. Panor. in. c. cum in veteri. nu. xij. ē. de elec. Bar. in. l. pria. §. si plures. ff. de exercito. actio. Sequi tamen consilium conuentus vel non teneri sequi / videtur dependere a questione de qua in glo. in. c. fi. post tex. ibi. ē. de regu. hoc lib. videlicet ad quem pertineat monachorum creatio / an ad abbatem solū / aut ad abbatem & conuentum simul / vt in primo casu nō requirat de necessitate sequi consilium / in. ij. vero secus.

3 ¶ Et vt habeas intentum clarum in eo q dicimus / quando mandatur aliquid fieri cum consilio alicuius / an * omissio vitiet actum scribentes in. c. vno. ē. ne sede vacan. hoc lib. hoc tangunt / vbi francus post Archi. dicit si precedat negatiua / puta si dicatur non conferas / vel non eligas sine consilio petri / tunc consilium ponitur pro consensu / et actus factus sine illius consilio est nullus vt in dicto §. si plures. Et subiungit ibi Petrus de Ancha. si habenti aliquam administrationem aliquis additur vt collega scilicet vt consultor / & non est nec esse potest particeps illius officij: tunc de necessitate non expedit eius requirere consiliū vt. l. quidam decedens & l. Titium & Meuium. ff. de administra. tuto. Si vero non est particeps officij / esse tamen potest: tunc si detur cōsultor a lege ei qui habet administrationem a lege / vel detur consultor ab homine ei q habet administrationem ab homine: consilium illius est requirendum / alias actus est nullus. Si autem habenti administrationem a lege addatur aliquis ab homine vt eius consilium requiratur / tunc non est opus consilium requirere: ita in puncto tenet franci. areti. in. l. si quis mihi bona §. si corgm. ff. de acquir. heredi.

¶ Panor. autem in. c. ex parte. ē. de consti. dicit si requisitio consilij sit data pro forma actus aliter factus est null9 d. c. cum in veteri. ē. de elec. si autem ex dispositione legis requiratur consilium: & lex dando potestatē alicuius act9 adiecit q fieret cum consilio alicuius: tunc actus est nullus si omittatur eius consilium: quia habuit potestatem modificatam & qualificatam vt in casu tex. nostri & in. c. no ult. ē. de his que fiunt a prela. Si vero habenti potestatē superior mandauit vt cum consilio alicuius actum exerceret / tūc tenet actus sine requisitione consilij licet transgrediens sit puniendus vt no. in. c. dilectus. ij. de preben. & glo. in cle. prima de iure patro. & Panor. in. dicto capi. ex parte. Probus.

b ¶ Non potest. Opinionem Jo. Mo. sequuntur hic Archi. in fine Guil. Jo. And. vbiq; in glo. & nouel. Do. & Philipp9 Et sic non erit doctor ipe excōicatus / bene tamen monachus / cum eidem prohibeatur auditus & studium. c. fi. ē. hoc titu. a qua sententia excōicationis absoluunt epi ex quo papa sibi absolutionē nō retinuit. c. nuper. ē. de sentē. excōmuni. secundum Guil. hic.

¶ Alterius pro solatio & ad propositum tex. nostri habeo sequentia. Primo venit discutiendum de habitū monachalem relinquentibus. i. cuculam dicit Petrus hic col. ij. vt patet in. c. mandamus. xix. q. iij. ibi memorialem cuculam & xx. q. iij. c. presens ibi cucullam induit post prin. dixi. ē. in. c.

4 j. de summa trini. & fide catho. videtur quippe dicendū dicit hic archi. col. j. q habitus * iste est adeo annexus monachorum ossibus quod in quocunq; consistant loco quiescentes / eo vti debent allegat. c. vidua. xx. q. j. & c. clerici. ibi nisi monachi fuerint quos oportet ferre habitum monachalem. ē. de vita & hone. cleri. c. sanctimonialis. xxiij. dist. vbi dicit q eo habitu semper vti debent / & dicit glo. ibi etiam in lecto & in infirmitate. Ex qua glo. Archid. Domi.

5 & ppo. ibi notant arg. q * monachus in epm elect9 non debet habitū mutare quod tenet glos. in. c. in noua actione. xvj. q. vij. in fine saltem subtus: sed desuper ferat habitum in quo magis conueniat eis inter quos est: dicit tñ ibi Ar. vidisse de facto q dominus honorius papa contulit de facto abbatiam monasterij fraxinoren. sitam in diocesi Mutinen. quod est monachorum nigrorum cuidam fratri siue monacho albo qui existens in curia romana monachorum nigrorum habitum deferebat in totum / dictum Archi. et aliorum sequitur Joā. de imol. in. l. si quis mihi bona in §. seruus. ff. de acquir. heredi. Panor. & alij. in. c. penul. ē. de vita & honesta. clerico. car. in clemen. ne in agro: quest. vj. de statu monacho.

¶ Premissa videntur monachis huius temporis amara: ideo ea reijciunt adducendo illud prophe. laqueus contritus est & nos liberati sumus.

¶ Et redeundo ad thema nostrū. Archid. hic quem cōiter alij sequuntur dicit nō videri q illud semper sit ita amare intelligendum / vt prima facie sonare videtur tex. in. c. si ne ornatu. xxj. q. iiij. sed illud. c. loquitur in clericis secularibus qui ita non sunt astricti sicut monachi. Tu tamen dic q siue in ipsis secularibus / siue regularibus ista amaritudo non procedit ad semper / sed pro semper in loco con-

6 uenienti & debito pro quo habeo / quod hec dictio * semper denotat actum continuum / quando iungitur actui qui continue potest fieri. Si autem adiungitur actui interpellato / tunc intelligitur semper quod fit interuallo & tempore debito / ita dicūt. Domi. & Prepo. in. d. c. sanctimonialis / allegant glo. j. in. c. si quis voluntate. l. dist. vbi dicitur fieri dicitur semper / quod fit horis debitis & statutis ac congruis / & ibi idem Domi. & Prepo. eandem distinctionem referunt alleg. pro hoc. c. ad decorem. ē. de vsu pal. & c. si quotienscunq; de consecra. dist. ij.

¶ Secundo istud potest verificari ex textu nostro & mente / & verbis: ex verbis quidē quia in eo dicitur temere habitum religionis sue dimittat / quod verbum sonat in malam partem / & excludit rite aut recte: & quandoq; vtrunq; prout dico in. c. is qui de senten. excommunica. Ergo sequitur q si non temere dimittat: sed forte vt dicit hic Guiller-

7 mus col. ij. causa * vtilitatis ad vitandum scandalum / vt ē. de vita & hone. cler. c. clerici. j. & c. deus / vel iocose leuitatis causa / forte vt melius proijciat lapides / tūc non peccat ē. de senten. excommunica. c. pri. facit q2 ea que iocose fiūt non inducunt obligationem. l. obligationum substantia §. verborum. ff. de actio. & obliga. & c. illud. xv. q. pri. vel delicate voluptatis preter peccatum / vel alias puta dormiendo vel forte missam celebrando: vt pulcrius se induat / vel onus melius portet / vel facilius itineret / dū tamē cito reassumat / quia talis hanc penam non incurrit. c. diuortium de peni. dist. iij. & c. ij. ē. de regul. iuris: ex quo constitutio nostra sumit intentum suum ratione temeritatis / doli / & malitie / & sic in hoc / arg. a cōtrario sensu iuuat partes nostras.

¶ Ex mente quidem: q2 dicit Jo. And. hic in nouella col. ij. non puto de mente q monachus in sella sua habitū dimittens: vel dum balneum intrat in occulto / vel iacens sine habitu ligetur hac constitutione / alias pauci inuenirentur non ligati: sed quando exhibent se conspectibus hominum sine habitu / in habitu laicali / vel clerici secularis: sine iusta causa ligantur tunc / qui postq absoluti sunt & habitum reassumpserunt in abbates eliguntur / vt hic per Petrum & alios post Oldra. consilio. ccij. quidam monachus.

8 ¶ Secundo videndum est de monacho * habitum monachalem alio habitu cooperiēte / Istud videtur maioris discutionis q precedens / quamobrem punctum ipsum latius q precedentem pro viribus discutere intendo: quia per scribentes hic minus ample tangitur. Pro cuius discussione facio regulam iuxta decisionem textus nostri quod monachus temerarie & sine iusta causa habitum monachalē cooperiēs / ipso iure dicitur excommunicationis sententia innodatus & apostata a iure iudicatur. Quod comprobo ratione & autoritate: primo habitus monachalis alio coo-

9 pertus habitu / dicitur occultus: sed habitus occultus * non dicitur habitus quo ad id de cuius signo apparere debet: quia habitus nihil aliud est q q natura sui debet facere rem signatam in manifestam / & apparentē cognitionem venire. c. signum de consecra. dist. ij. c. si iudex de sen-

ten.excommunicationis.ꝛ.c.vno.§.de cleri.coniuga.hoc lib.hinc Petrus de Ancha.in.cle.ij.in prin. de vita ꝛ ho=
10 nestate cleri.dicit ꝙ diuersitas * habitus in religiosis inducit diuersitatem in effectu iuris / vt no.in cle.prima de elec.ꝛ videntur inducte iste varietates vt vna religio ab alia cognoscatur.

¶Secundo quia monachus habitum monachalem cooperiens/videtur solū amplecti verba ꝛ non mentē legis:ideo
11 penam legis nō effugit/qui * amplexus est verba mentē offendit.l.contra legem ꝛ.l.fraus.ff.de legib.ꝛ.l.non dubium.C.eo.c.certum.j.de regu.iur.ꝛibi Jo.and.in mercuria.ꝛ francus/ ver.extra glosam. Quod autem offendat mentem ꝛ legem patet liquide / quia ratio vt monachus vestem non dimittat/vel habitum/ est vt cognoscatur monachus a non monacho.ar.l.sed si accepto.ff.de iure fisci. sic ex habitu nouitius a professo cognoscitur.capi.pe.supra de regula.

¶Item iudeus a christiano.c.in nonnullis.§.de iudeis clericus a laico.c.pe.§.de vita ꝛ honest.clerico.Sed cooperiens habitum istam disparitatem tollit/ sicut per dimissum/cum tunc monachus a nō monacho cognosci non pos
12 sit:quia * quod non apparet / esse non videtur:tex.in.l.in lege.ff.de contrahen.emptio.habitus enim iste debet esse superior vestis dicit Bonifacius post zen.in cle.ij.§.sed et tales:in fine.de vita ꝛ honesta.cleri.sic per signa cognoscūtur signata / medio cuius signum vnius / alius non debet vsurpare.l.vna vt nemi.liceat sig.reb.im po.C.Bar.late in tracta.de sig.ꝛ armis.

¶Tertio intentum tex.nostri esse dicetur/ vt propter non dimissionem habitus tollatur ipsis monachis libera vagatio / ꝛ portantis lubricitas. Sed habitus occultus seu occulte portatus ista non excludit / igitur ad paria procedunt: sicut dicimus de edicto pretoris vt ita puniatur ipsum deturpans(cum legi non possit) sicut in totum delens scriben.post tex.in.l.si quis id quod.ff.de iurisdi.omnium iudi.

13 ¶Item obscure * dictum pro non dicto habetur / ꝛ presens latitans/pro nō presente habetur.l.non intelligitur.ff.de iure fisci.l.de etate.§.nihil.ff.de īterroga.actio.l.sed ꝛ si.§.de quo palam ver.proscribere.ff.de insti.actio.ꝛ.l.fulcinius.§.illud.ff.quib.ex causis.in possi.eatur.

14 ¶Facit quia * nō dicit nunciare qui perfunctorie ꝛ obscure defert.l.aut qui aliter.§.j.ff.quod vi aut clam.

¶Item refert inter palam deferre ꝛ occulte: quantum inter simpliciter argentum ꝛ argentum celatum / siue deauratum/ꝛ istorum neutrum est alterum immo vt diuersa ponuntur.l.ꝛ si non sint.§.j.ꝛ.§.quid ergo.ff.de auro et argento lega.

¶Quarto iste in habitu suo religionem non ostendit/vnde fingitur habitum dimisisse tex.in.c.contingit.el.ij.de senten.excōmunica. Et per exteriorem habitum presumimus mentem eius mutatam.§.ex studijs.§.de presumptio
15 ne.iuxta illud per exteriora * indicantur animi interiora secreta.facit quod citatur in.c.fi.ibi incompositio enim corporis /qualitatem indicat mentis.xlj.distin. Et sic si habitus iste est exterius clericalis aut laicalis/ presumimus eum interius clericum vel laicum ꝛ non monachum.xxij.q.v.c.humane aures.ideo deferens vestes clericales vel laicales debet clericus aut laicus iudicari.c.si iudex.ver.iustū est.de senten.excōmunica.hoc.lib.ꝛsic nō monachus.cap.quod interrogasti.xxvij.distin.

16 ¶Debet quippe * attendi apparens habitus nō latens ar.l.si gemma.ff.arbo.fur.cesa.ratio quia per hoc ostenditur ipsa extrinseca honestas hominis/ alias aufert signandi officium.c.vt fame.§.de senten.excō.

¶Quinto quia licet portet habitū/tamen nihil est:quia ha=
17 bitus * religionis non est solum in veste sed in modo portandi:sicut dicimus ꝙ aqua quotidiana ab estiua distinguitur/non ex aque substantia/sed ex vsu ꝛ modo ducendi.l.j.§.duo.ff.de aqua quotidia.ꝛ estiua.

¶Item in simili actus iudicialis a nō iudiciali se pmittur non solum ex eo ꝙ sit/sed ex faciendi modo:vnde oportet ꝙ fiat a iudice palam ꝛ in figura iudicij cōsedente.l.vnica.§.simili quoque modo.C.de lati.liber.tollen. Si ergo modus portandi dimittitur/vt quia debet portari de super ꝛ portatur subtus/habitus dicitur esse dimissus: eo quia mutata ꝛ dimissa est habitus dilationi debita forma / que dat esse rei.l.iulianus.§.sed ꝛ si quis.ff.de exhiben.

¶Autoritate quidē quia hoc tenent Jo.and.collecta.cardi.Petr.de ancha.Antho de butrio.Panor.Jo.de imol.in.d.c.deus.§.de vita ꝛ honest.cleri.glo.quā sequūtur ibi in cle.ij.in verbo extrinseci.eo.titu.Guil.zensel.Cardina.Petrus Bonifacius ꝛ Joan.de imol.ꝛ.hic francus in.ij.nota.dicit illam ad id singularem. Sequitur etiam firmissime hanc opinionem Jo.de anania in rub.de aposta.§.nu.iij.vbi refert Joā.de lignano tenere contrarium:cuius dictum firmat/quia tex.noster loquitur in illo monacho qui habitum dimittit/ꝛ sic non videtur extendi ad alium monachum qui non dimittit sed portat licet absconsum/quia pene non sunt laxande sed restringende. Sed nihil est dicit: quia illa vagatio de qua in tex.ita contingit si habitus occultetur sicut si dimittatur. Suadet ꝛ alia ratio vrgentissi
18 ma quia vbicunque * dispositio penalis posset de facili fieri illusoria nisi fieret extēsio: semper permittitur extensio per id quod habetur in tex.ꝛ glo.in.c.quanque de vsur.hoc lib.ꝛ ibi scriben.glo.in verbo eligatur in cle.prima de electione quam ad hoc reputant singul.francus in.c.eum qui de prebend.hoc lib.Barba.in.c.j.col.xij.§.de proba.ꝛ in.c.cum omnes colū.iij.ꝛ in.c.ex parte colum.iij.§.de consti.ꝛ in.c.primo.loco colum.xxviij.ꝛ in.c.in presentia:colū.xlj.supra de proba.

¶Istud iuuatur per ea que notantur in cle.j.de sepul.vbi tex.loquitur de his qui in cemiterio tēpore interdicti nōnullos interdictos sepeliunt: tamen idē venit dicēdū de sepelientibus in ecclesia/ ꝛ eodem modo incidunt in excommunicationis sententiam/quod est penale ꝛ tamen fit extensio alias de facili fieret constitutio illa illusoria: quia sepelirent eos in ecclesijs ꝛ eo medio amplecterentur verba:mētem tamen offenderēt. Et tūc nō dicitur proprie extēsio/sed tacita inclusio.glo.in.c.j.in verbo.italie.§.de tē.po.ordi.hoc lib.

¶Ultra predictos scribētes habeo pro intēto ea que late effundit Oldra.consi.clxxxiiij.col.fi. Pater sancte / vbi concludit pro hac parte affirmatiua/ quam dicit communem Calca.con.cxxxij.col.j.ꝛ.ij.cuius initium est. Ad primū ꝙ sit excōicatus. Et hoc dūmodo vt prediximus non sit iusta causa cooperiendi / ꝛ sic temerarie.glo.in.c.j.in verbo temerarius/de sentē.excommu.hoc lib.ex qua ibi ꝛ tex
19 tu/notat Philippus francus ꝙ faciens * contra legem nō incurrit penam legis/nisi faciat temerarie/quod firmat intentum nostrum.

¶Aliā ponere voluit modificationē ad tex.ipse Calca.vt procedat cōcurrentibus duobus videlicet vagatione absque licētia/ꝛ dimissione habitus copulatiue/quod non placet.cum etiā nō referat/an vaget ꝛ habitū dimittat/ vel cooperiat cū licētia/vel sine licētia/quia istud vagare/ꝛ habitū mōachalē coopire vel dimittere/nō pēdet ab arbitrio abbatis ꝛ alterius superioris citra Papā/ vt patet intuēti:igitur quocunque faciat istud:penam excommunicationis ꝛ apostasie/nō euadit ipse monachus:quod nō videtur placere Archi.hic/ibi quo ad alios hanc excōicationē nō extendā quod non placet per predicta/tū etiā quia est eadē ratio in casu omisso/ que dicitur in casu expresso:ꝛ sic extendā ad similes.l.his solis c.de reuoc.do.glo.ꝛ doc.in.l.j.C.de interdic. Probus.

¶Bonifacius Octauus. Cap.iij.

EPiscopus seu quicunque alius prælatus vel clericus iurisditionē obtinēs temporalem, si homicidio aut alio maleficio ab aliquibus in iurisditione sua cōmisso, balliuo suo, aut alij cuicunque iniūgat vt sup hoc veritatē inquirēs iustitię debitū exequatur, irregularis censeri non debet, quāuis ipse balliuus vel alius cōtra malefactores ad pœnā sanguinis pcesserit iustitia mediāte. ¶Nā licet clericis causas sanguinis agitare non liceat eas tamen(cum iurisditionem obtinent temporalem)debent & possunt metu irregularitatis cessante alijs delegare.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Absit vt ea què propter bonum et licitum facimus aut habemus si quidem propter hoc: propter nostram voluntatem quicquam mali acciderit nobis imputetur.

EPiscopus, Prelatus seu quisuis clericus si intendit negocio per quod potest deueniri ad penam sanguinis / hoc est dupliciter: nam hoc facit vt pars: et sic est doctrina quid agendum est. j. hoc libro de homici. prelatis: aut hoc facit vt superior: vtpote alij committendo vt hic / et secundum hoc istud capit. habet duas partes. Nam factum primo ponens illud decidit. ij. versicu. [Nam licet] illius decisi causam reddit / dic ergo

1 [exequatur] absit * enim vt ea que propter bonum et licitum facimus aut habemus: si quidem propter hoc preter nostram voluntatem quicquam mali acciderit nobis imputetur. xxiij. questio. v. de occidendis [non liceat]. §. eo. sententiam. Ioan. Mona. Cardi.

¶ Incipit Liber Quartus.

¶ De sponsalibus & matrimonijs. Rubrica.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Sponsalia sunt via deueniendi in matrimonium.
Sponsalia sunt / vt hic.
Matrimonium dicitur matris munium. i. officium.
2 Matrimonium est maris et femine coniunctio: indiuiduam vite consuetudinem retinens.
Quare fuit institutum matrimonium / vide hic.
3 Interest reipublice ciuitates repleri potius legitimis quam alienis.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Matrimonium quinque vocabulis in iure designatur.
2 Annulus coniugis debet esse aureus / rotũdus / et in quarto digito positus.
3 Sicut iustitia est regina virtutum: ita et amor vxoris inter ceteros obtinet principatum.
4 Plus pugnitur occidens suam coniugem / quam si occidat patrem aut matrem.
5 Quare anulus debeat esse rotundus / et ponatur in quarto digito: vide hic.
6 Quos deus coniunxit homo non separet.
7 Arra non facit emptionem: sed est signum emptionis.
8 Homines quando cogitant de filiabus maritandis: solent congregare peculium: non bona elargiri.
9 Filia cogit patrem ad dotem dandum: licet sit coniugata.
Matrimoniũ dicitur quasi matris monos. i. lex vel vt hic describitur.
10 Parentes quare plus diligant filios quam filias.
11 Femina non est homo simpliciter: sed dicitur homo occasionatus.
12 Ventus septentrionalis coadiuuat generationem masculorum / australis vero generationem feminarum.
13 Quare matrimonium potius dicitur a matre quam a patre: vide hic.
14 Mater dicitur vt hic
15 Pater agit / mulier vero patitur in generando.
Quod iuris est in affinibus: idem iuris est in viro et vxore qui non sunt affines sed principium affinitatis.
16 Interest in multis: vt hic.
17 Res publica dicitur: vt hic.
18 Matrimonij institutio reperitur duplex / vt hic deducitur.
Cause propter quas fuit institutum matrimonium hic dicuntur.
19 Verbum generatio est nomen verbale / quia aptum est comprehendere generantem et generatum.

VIso in tertio lib. quod clericis sint permissa et inhibita. Hic dicit quod laicis sunt permissa, vt matrimonia [a] quod eisdem in multis casibus sunt inhibita.

a 1 ¶ Et quia * sponsalia sunt via deueniendi ad matrimoniũ / ideo de spõsalibus premittit: et de matrimonijs consequẽter adiũgit.

¶ Et sunt sponsalia repromissio futurarum nuptiarum: dicta a spondendo. i. promittendo. ff. de sponsa. l. prima et secunda. Nã moris fuit antiquitus / vt annullus [b] a sponso sponse detur. xxx. q. v. femine.

c ¶ Et matrimonium. dictum est quasi matris munium [c]. i. officium: vnde Horatius munia diuidit. i. officia diuisit / nam matris est magnum munium / id est officium in prole educenda.

d ¶ Vel dic matrimonium quasi matris [d] munus / nam hoc est maximum et precipuum munus feminis / concipere / et cõceptum tueri. ff. de edil. edict. queritur. §. primo et trigesima secunda. q. secunda. pudor.

2 e ¶ Et est * matrimonium maris et femine coniunctio / [e] indiuiduam vite consuetudinem retinens / diuini et humani generis communicatio institu. de patria potesta. in principio. ff. de ritu nupt. l. prima. supra de presumpt. illud. xxix. q. prima in principio.

¶ Et quare fuit institutum matrimonium ante peccatum et post / habetur. xxvij. q. prima nuptiarum in prin. xxxij. q. j. §. his ita. et vsus matrimonialis licitus est: cũ propria vxore / alias secus. xxxij. q. septima. vsus.

¶ Et licet contractus carnalis sine motu voluptatis fieri non valeat / institutum fuit matrimonium post peccatum, vt infirmitas carnis prona in ruinam turpitudinis / honestate matrimonij exciperetur / id est extra peccatum haberetur. xxxij. q. ij. § his ita. in prin.

¶ Est enim in matrimonio legitimo / carnis copulatio: vt sit causa prolis non voluptatis / nec satisfactionis vitiorũ xxxij. q. iiij. vir cum propria.

f 3 g ¶ Et interest [f] * reipublice [g] ciuitates repleri / potius legitimis quam alijs. C. de indic vid. tol. l. tertia. in fine. ff. soluto matri. l. prima. ff. de decur. l. generaliter. §. spurios. Ma-

h trimonium enim sic est institutum / [h] vt humano generi artificiose inducat immortalitatem: auten. de nupt. in princi-

i pio. col. quarta. nam generatio [i] ad hoc est / vt quod in se perpetuari non poterat / in suo simili perpetuaretur secundum philosophum. Io. Mo. Card.

a 1 MAtrimonia. Reperio tam a sacris quam a nostris professoribus matrimonium * quinque vocabulis designari: videlicet matrimonium / nuptie / contubernium / connubium / et coniugium. Probus.

b Annulus. Vide Alexand. cõcl. nu. xv. in causa et lite / vol. v. et Areti. in consilio. xiij. viso diligenter. vbi multa tractat de annulli subarratiõe: preterea

2 annullus * ille debet esse aureus / rotundus / et in quarto digito positus / aureus quia sicut aurum omne aliud excedit metalum: sic amor inter coniuges / inter ceteros mundi huius habet excedere amores: videtur testari Lucas de

3 penna in. l. quicunque col. prima. ibi sicut * iustitia est regina virtutum: ita et amor vxoris inter ceteros obtinet principatum. de coharta. lib. xij. C. ad hoc enim mouẽtur per dictum apostol. ad Ephesios. v. viri / inquit / diligite vxores vestras / sicut Christus dilexit ecclesiam. ad Colocen. iij. c. viri diligite vxores vestras / et nolite auari esse ad illas.

¶ Istud etiam exemplo liquet. Gene. xxiiij. c. in fine. vbi patenter ostenditur quod Isaac Rebecam eius vxorem tantum dilexit / vt doloris qui ex obitu matris ei acciderat fere obliuisceretur.

¶ Hinc Ioã. Fabri insti. de public. iudi. §. alia. dicit quod plus

ff

4 puniretur * suam coniugem occidens q̃ patrem / vel matrem / secundum glo. in cap. decenter. lxxxix. dist. quod non videtur placere Cepol. consilio. v. cuius dicta videre poteris / ⁊ letabitur animus tuus.

5 ¶ Rotundus quidem * ad demonstrandum amorem illuz coniugalem habere debere perpetuitatem vt nunq̃ finiatur donec ad mortem peruentum fuerit / quod apparet ex diffinitione matrimonij per Ioan. Mona. hic descriptam.

¶ In quarto digito poni vt amorē illum cōiugalem ostendat debere habere precordialitatem / hinc phisici dicunt / ꝙ quedam vena a corde procedit in quartum digitum / eaq̃ de causa in quarto poni digito anulum coniugalē vt amor eorum sit fidelis ⁊ cordialis / cap. femine. xxx. quest. v. Cordialis enim ⁊ perpetuus est amor / vt semel consummatum matrimonium non possit (etiam amore dei) per religionis ingressum dissolui / capi. cōmissum. ē. de spon. Nec alia ex causa / etiam de consensu ipsorum vt patet de coniugio lepro. per totum. ¶ Quod licet propter adulterium vnius ipsorum fieri possit thori separatio / non tamen federis matrimonij solutio / cap. licite. xxxij. quest. vij. ⁊ capi. primo. ē. vt lite non contesta.

6 ¶ Non enim est homo qui ligauit / sed deus. Ideo * quod deus coniunxit homo non separet. Gene. ij. capi.

¶ His iunge que not. lapus allega. lvij. col. mihi. v. punctus / vbi dicit ꝙ annullus seu immissio annulli nō fuit adinuenta ad substantiam matrimonij / sed datur in signum mutue dilectionis / vel vt eorum pignore corda eorum iun-

7 gantur. Et est simile quod dicit * l. in arra / que non facit emptionem / sed est signū eius. insti. de emp. ⁊ vendi. in principio: vnde sponsalia per annullum tātum presumentur nō matrimoniuz / nisi de consuetudine esset ꝙ annullus tantū daretur in matrimonio / vt in Tuscia. Probus.

¶Dic ꝙ imo excōicatus * relegato equiparat.glo.habes si.in.c.pastoralis.ŝ.de appella.quā ibi sing.dicūt Imol.z Frāc.z Fely.in.c.qualiter.el.ij.colū.xv.ŝ.de accusa.Car.in.c.veniēs.col.4.eo.ti.z.c.ꝑpendum⁹.col.xxij.ŝ.de.sentē.excōi. ¶Intellige non equiparari in oībus ꝟm Panor.z Fran.in.d.c.pastoralis: ideo testari potest z ista est cōis ꝟm Doc.in.c.si pater.ŝ.de testa.hoc lib.refert do.Chassa.con.j.in.v.p̄supposito.nu.xvij.vbi dicit.d.glo.primo allega.reprobari a Jo.Fab.Nyco.de Neapol.z Ange.in.d.§.minor:firmat cōem Jo.and.in nouel.in.c.decernim⁹.col.ij.de senten.excōi.hoc lib.quē refert:z sequit Bald.in.c.intelleximus.nu.viij.ŝ.de iudi.qui subdit ibi in fine/ꝙ patri ab intestato succedit:sequitur Jo.and.in.d.c.decernimus.Do.z Petr.z ista est verior:facit qz speciale est in excōicato ꝓpter heresim/vt testari nō possit.c.excōicamus el.j.in.§.credētes nec heres fieri:vt ibi.Ergo in ɔtrarium est ius cōe:in alijs in.l.j.in fi.ff.ad municipa.
¶Uide de hoc latius ꝑ Jaco.de bellovisu:in autē.de sanctis.epis.§.oībus:facit ɔtra p̄dictas glo.id qꝺ citat Bal.in repeti.l.j.col.x.C.de sacrosāct.eccle.ꝙ excōicatio est genus pene distinctum a deportatione z relegatione.
¶Et ɔtinuando ea q̄.ŝ.proxime diximus de excōicato ꝓpter heresim vt nō possit testari:dic idē de excōicato:q̄ ꝑcussit vel cepit cardinalē/aut auxiliū vel cōsilium p̄stitit:qm̄ talis est intestabilis actiue:z passiue.textus est in.c.felicis.de penis.hoc libro.
¶Fallit equidē in monacho:cui papa dedit licentiā testādi q̄ si excōicat⁹ sit testari nō poterit:ne in eodem subiecto videātur ɔcurrere duo specialia.l.j.z ibi scrib.C.de dotis ꝓmissio.ita tenet Bal.in.d.c.intellexim⁹/nu.xij.vbi dicit:ꝙ talis monachus est similis militi misso ignominie causa q̄ non potest testari ꝟm priuilegiū militum.l.testamenta eoꝝ.ff.de testa.mili.refert z sequit Fely.in.c.ad ꝓbandū sub.nu.j.ŝ.de re iudic.
¶Premissis ꝓ themate.Adde que citat Alex.in cō.cxvj animaduersis.vol.ij.
¶Fallit etiā in excōicato ꝓ crimine/qꝺ tollit testamenti factionē:sicut si esset excōicat⁹ pro manifesta vsura:vt in tex.nostro firmat Bal.in.l.j.col.ij.C.de secund.nup.
¶Preterea fallit in illo qui insordet.i.ꝑ annū in excōicatiōe aīo indurato ꝑmanet/cū ille cēseatur male de fide sentire z habeatur tanq̄ hereticus:qz per obstinationē fecit ɔfessionem in antro:z spelunca diaboli:cuius est seru⁹ effect⁹.Bald.in loco stati allegādo dico latius in.c.fina.de senten.excōmunicationis.
¶Habeo etiā excipere a cōmuni anathematizatos.i.solēniter excōicatos:de quib⁹ ꝑ Panor.z alios in.c.j.ŝ.de iudic.Nā eos omnino dicimus intestabiles/testis est Bald.in.l.iij.circa finem.C.si pendē.appel.mors inter.Nā talis excōicatio(vocata anathema)est horrida excōicatio:que apud Grecos vocatur maranatha:qꝺ est verbū late sniē importans.¶Et si queras an deportat⁹ possit heres institui.Uide Alex.in con.xxvj.circa primū dubiū:vol.j.vbi dicit fore cōmunem ꝙ non:secus in bannito:vt ibi late videre licet.Probus.
¶Efficaciter.Habet tñ excōicatus ius retētionis ꝑut dixi in.c.si.ver.Et dic ad cuiuscūq̄ petentis.ŝ.de cōsti.de quo iure:vide Sozi.con.clxxx.diligenter.Probus.
¶Nec codicillos.Adde videndū qꝺ in donatiōe* cā mortis/Phūs Fran.in rub.de testa.col.xiiij.ver.Tertio q̄rit qd in donatiōe causa mortis.ŝ.hoc lib.post Do.hic mouet dubiū z decidit ꝙ cuz tex.noster emanauerit in fauorē anime:satis videt dicendū indistincte locū habere in donatione cā mortis identitate rationis.
¶Et qz fauore anime fit extēsio legis correcte:etiam ex identitate ratiōis.Bar.in.auten.sacramēta.C.si aduer.vēditio.prius tñ ponit distinctionē quā tangit hic Do.q̄r aliqualiter persuadere:videlicet:ꝙ si donatio ipsa fiat in testamento z codicillis:habebit locum tex.noster cū tunc sapiat naturā vltime volūtatis.Si vero fiat separatim z de per se secus cū accedat ad naturā cōtractus:z hoc nisi fieret de omnibus bonis vel maiori parte/qz tunc p̄sumeretur facta in fraudem sic nō valeret:prout notatur in.l.oēs.§.lucius.ff.que in frau.credito.hanc distinctionem sequitur Panor.cō.xl.in fi.primi dubij.nu.iij.ꝙ exorditur factū in effectu:vol.ij.cui distinctioni debere astipulari:moueor plurib⁹ rationibus.Et melius ꝙ siue fiat donatio ipsa in ɔtractu separato siue in testamento vel codicillis/vel alias quoquomodo ꝓhibita videtur donatio cā mortis per vsurariū manifestū fieri/nisi satisfaciat decisioni tex.nostri.Primo qz licut in testamentis z codicillis habet locū ius accrescēdi.no.in.l.re ɔiuncti.de lega.iij.ita z in donatione causa mortis:ꝓbat tex.in.l.si mihi z tibi.ff.de ver.obliga.Petr⁹ de Ancha.con.384.dubiū/allegat.l.j.§.hec autez circa finem.C.de cadu.tol.non tñ regulariter in ɔtractib⁹.l.si mihi z titio.ff.de ver.obliga.qꝺ tñ limita vt ꝑ Jaso.in con.j.col.v.vol.iij.ver.tertium principale.
¶Secundo in donatione causa mortis transfertur dominiū sine traditione.tex.est in.l.ij.ff.de publi.in rem actio.quem ad hoc reputat sing.Ange.in.§.j.de dona.in fi.insti.secus in ɔtractibus.l.traditionibus.C.de pact.
¶Tertio prohibitus testari ratione defectus ɔsensus videtur ꝓhibitus donare causa mortis.l.distractis.C.qui.testa.face.possunt.idem si ratione etatis in.l.j.in princi.ff.de tutel.z ratio.distra.de quo ꝑ scrib.in.l.ij.de lega.primo Maria.Sozi.con.cxij.col.ij.multum habunde.
¶Quarto ɔditio impossibilis apposita in donatiōe causa mortis vitiatur:z nō vitiat/tex.singula.in.l.q̄ sub ɔditiōe.§.hoc edictū.ff.de ɔditio.institu.secus in ɔtractibus qz vitiat z nō vitiatur.l.nō solū.z.l.impossibilis.ff.de ver.obli.
¶Quinto qz licet danatio intervivos sit stricti iuris.l.eā qui.ff.de donatio.tñ donatio causa mortis est bonefidei.l.seya.ff.de dona.causa mortis.
¶Sexto.ꝙ licet simpliciter ꝑmutatur donatio causa mortis/tamen donatio nō intelligitur ꝑmissa nisi de ipsa fiat specialis mentio/tex.est quem alibi nescit Bal.ibi/in.l.filiussa.ff.de dona.¶Postremo/licet iuramētū adulti nō sit necessariū in donatione cā mortis/est tñ necessariū in contractibus.ita firmat Bald.in.c.hac edictali in.§.itē sacramenta puberuz/in titulo de pace iura.fir.allegat quod habetur in.l.Aurelio.§.Gaius.ff.de liber.lega.
¶Ex quib⁹ z alijs que colligere esset plus laboriosuz/q̄ subtile resultat maximam fore discrepantiam inter contractus z donationem causa mortis:z eam conuenire potius vltime voluntati q̄ contractui:ideo in ea tex.nostrum locum habere/z merito vt fraus euitetur/ad quam tollendā etiam in materia odiosa lata fit interpretatio/probat glos.hic in verb.aliter facta/quam scriben.vbiq̄ approbant/ad idem glo.in verb.eligatur.in cle.prima/de elecr.facit text.in capitulo.si ciuitas.de sententia excommunica.hoc lib.l.prima.§.pecuniaz.ff.de calumniato.l.sed Julianus.in prin.z.§.mutui.ff.ad Macedo.
¶His tantum suadentibus z alijs videtur vrgentiorib⁹ rationibus in contrarium dicendum.Primo habeo ꝙ licet filiussa.non possit testari etiam cum consensu patris.l.illa institutio.ff.de hered.instit.alias esset captatoria volūtas l.captatorias.eo titu.tamen potest donare causa mortis:sicut contrahere.in.l.thais.§.primo.ff.de dona.caus.mor.
¶Secundo:quia donatio causa mortis si fiat coram rogato notario/vel donatorio presente/vt fieri solet/multū firmatur/primo casu proprie dicitur contractus/z agitur ex cōtractu stipulationis:Bar.in.l.prima.in fine.ff.de dona.causa mor.glo.z ibi Bar.in.l.secunda.ff.de dote prelega.(que glo.reputatur singu.secundum Jasonem in.d.l.ij.de lega.j.)ꝙ donatio causa mortis plus sumit de natura contractus q̄ vltime voluntatis.
¶Firmat intentū Petrus de Ancharano cō.ccclxxxiiij.dubium in ista questione:dum concludit/ꝙ quando donatio.causa mortis est facta presenti reputatur contractus.Et statutum quod loquitur de contractu/habet locum in tali donatione causa mortis/z tali casu donatio causa mortis que fuit facta per stipulationem/non requirit additionem hereditatis/que in legatis requiritur.Bald.in.l.z si mortis.in prin.C.ad leg.falcid.
¶Et pro tali donatione non cōpetit ypothecaria que datur pro legatis.Alex.in.d.l.ij.col.iij.de lega.primo.
¶Et sic omnibus attentis magis participat de contractu q̄ vltima voluntate/merito succedit regula ꝙ natura com

52 positi * siue mixti: est accedere ad naturã eius de quo magis pticipat. l. queritur. ff. de statu. homi. Sed hec donatio plus participat de ɔtractu. d. glo. in. l. ij. de dote plega. ¶ Ex quibus oibus datur intelligi ꝙ de donatiõe causa mortis facta p stipulationẽ/ idem iudicatur ꝙ de ɔtractu: ꝙ licet sit facta in testamẽto per hoc natura cõtractus nõ alteratur/ qꝛ etiã contractus põt fieri in testamento: glo. Bar. ꝛ alij in. d. l. heredes palã. §. si. ff. de testa. idem Bar. in l. cum quis decedẽs. §. codicillis de lega. iij. lapus alleg. xcj. ver. Si enim pietas simulatur/ q̃ sumit exordium: in primis videndũ est. Antho. de Butr. con. xxj. in prin. viso pũcto ꝛ q̃sito/ ꝛ hec est cõis scriben. sententia/ dicit roma. cõ.
53 clxxj. sub nu. vj. p decisione: ꝛ talis * ɔtract⁹ factus in testamento retinet naturã ɔtract⁹. ꝛ de ipo tanq̃ de ɔtractu simpliciter debet iudicari. Ideo nõ põt reuocari Arety. ꝛ alij in. d. l. heres palã. ratio dicit Bar. in. d. §. codicillis qꝛ in cõtractibus nõ est locus penitẽtie. l. sicut. C. de actio. ꝛ obliga. ꝛ. l. in ɔmodato. §. sicut. ff. commoda.
¶ Pro pmissis attende ad ea q̃ citat Alex. in cõ. xlv. col. ij. habita: volu. j. vbi tractat de cõfessione mariti testã. ꝛ confitentis dotis receptionẽ: ꝛ cõcludit illã fore irreuocabilẽ: ac si inter viuos facta esset: quod late cõprobat.
¶ Item talis ɔtractus in testamẽto fact⁹ duob⁹ testibus põt pbari. no. Imol. ambo. in. l. nemo: de lega. pri.
¶ Et p hec sit intentũ nostrũ ɔprobatũ cõtra Do. Franc. ꝛ sequaces: vt indistincte manifestus vsurarius possit facere donationẽ cã mortis: nõ obseruata solẽnitate de qua in tex. q̃ non ɔprehendit nisi testamẽta ꝛ vltimas voluntates vt patet hic in fi. ꝛ ita tenet Bal. in. l. executorẽ. col. 3. Psi. modo vidi dubitari. C. de execu. rei iudic. quem sequit Decius. con. cxcvj. in casu pposito. Prob⁹.
N ¶ Donare causa mortis. Adde que late dicit de donatiõe cã mortis ias. in con. v. vol. iij. ꝛ con. seq. Probus.
O ¶ Cauit. Idonee. vt. §. dicit Io. mo. hic cuius doctrinã ꝛ iura allegata p eum dicas pati fallentiã: qꝛ vbi hoc exprimeretur in materia in qua nõ esset necessaria cautio cũ fideiussoribus: intelligeret sine fideiussoribus: pter rationẽ subiecte materie. Antho. de Butrio. in. c. fi. §. de resti. spolia. tradit ꝛ sequitur Alex. cõsi. xxxv. nu. x. viso pcessu. vol. iiij. q̃d nota perpetuo.
¶ Facit i simili alia theorica iuris quã citat idẽ Alex. cõ.
54 36. nu. viij. viso themate. vol. iij. ꝙ * pbapcisa recipiũt interpretationẽ ꝛ suppletionẽ ex natura ꝛ qualitate rei sup qua pferuntur. l. iij. §. si quis heredi. ff. de statu liber. l. si in diem: in prin. vbi Bar. ꝛ alij. ff. de ɔdi. ꝛ demõ. ꝛ si aliter materia nõ disponat debet fieri idonee. i. cũ fideiussoribus: q̃ sunt soluẽdo/ ꝛ de facili ɔueniri/ ꝛ in bonis discuti possunt pro quo habeo q̃ tradit Bal. in. l. fina. §. sed si cum seio. ff. si cer. peta. vbi q̃rit. Pone scholaris d alemania studens pusij dedit fideiussorẽ/ ꝛ iste scholaris in pprio domicilio est idoneus ꝛ soluendo: sed pusij vbi iudiciũ agitur nihil habet/ an absq̃ eo ꝙ alia fiat excussio in bonis alibi sitis possit fideiussor conueniri. dicit ꝙ Iaco. de aret. tenet fieri de
55 bere excussionẽ qꝛ * vbicũq̃ habeat bona/ dr̃ esse soluẽdo: pterea pri⁹ dꝫ fieri missio in bonis vbicunq̃ sit is anq̃ pueniat ad fideiussores: vel pignoꝝ possessores: arg. l. cum vnus. §. penul. ff. de bo. auct. iud. possid. ꝛ. l. pperandum. §. sijaũt reus. C. de iudic. Sed Bal. dicit hoc dictum debere intelligi quando facilis est exactio/ quia non diceretur reus idoneus propter difficultatem conueniendi. l. ij. in prin ff. qui satisd. cog. istud placet Alex. moto alijs fundamentis in consi. lxxxiiij. col. fina. in causa: volu. iij. vide Iaso. in consi. cxxviij. colũ. ij. volu. iij. in causa ꝛ lite: in con. xlj. col. ij. eo. vol. vbi ait ꝙ res difficilis recuperationis habetur perinde ac si esset perempta. Bal. in. l. fin. ad fi. ff. de nego. gest. ¶ Pone exemplũ in fisco. not. Neapoly. decisio. 88.
¶ Et dic cauit non per hypothecam: cum alias bona vsurarij sint satis hypothecata ꝛ restitutioni obligata/ ideo non releuat/ vt satisfiat huic constitutioni: no. lapus allega. cxxv. in fine factum super quo ꝛc. Probus.
P ¶ Dic ꝙ non. Et sic multominus valebit/ si prestetur post mortem: sicut manifestatio criminis facta post mortem nõ inualidabit testamentũ: no. Petr. de Ancha. con. ccclxxvj. in fine. Secundo dubitatur. Probus.

¶ De excessibus prælatorum. Rubrica.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Prelati eo quia in celsiori statu sunt: omnibus parib⁹ grauius peccant/ ꝛ minores minus.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Grauiora facit vitia sublimitas dignitatum.

Dicto de peccantibus in deuꝫ/ personas ꝛ res. Et quia * isti prout sunt in statu celsiori: grauius omnibus parib⁹ peccant a et minores minus: supra de iureiuran. cum quidam. et. xl. distinctio. homo christianus: ideo post premissa de excessibus prelatorum ꝛ subditorũ subiungit. Ioan. Mo. Car.

a Peccant. Uide que dico in capi. felicis. j. de penis: ꝛ in. c. vno. circa finem. §. de vitat honesta. cleri. vltra que habeo quod citat hilarius papã in suis regulis/ capite primo in fine in tomo primo conciliorum generalium: ibi si quidez reatu maiore delinquit qui potiori honore fruitur: ꝛ * grauiora facit vitia sublimitas dignitatum. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. vnicum.

Cum ex eo quod prædicatores, minores, & religiosi alij mendicantes, in ciuitatibus castris vil lis, aut alijs locis ad habitandum domos vel loca de nouo suscipiũt seu olim susceptа dimittũt se ibidem ad alia transferentes, diuersa scandala quandoque proueniant, & frequentes clamores ad sedem apostolicam perferantur.
¶ Nos super hoc prouidere volentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis vel aliqui de prædictis quibuscũque super hoc priuilegijs muniti existant (quæ ipsis contra tenorem constitutionis præsentis nullatenus volumus suffragari) in aliqua ciuitate, castro, villa, seu loco quocũque ad habitandum domos vel loca quæcunque de nouo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis titulo, quocunque in alios transferre præsumant absque sedis apostolicæ licentia speciali, plenã & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem, si secus egerint, irritum decernentes. ¶ Per hoc tamen eis qui vitam duxerint heremiticam seu solitariam eligendam de maiorum suorum licentia (quin cellas mansiones, seu habitacula in heremo, siue locis, vbi non sit hominum habitatio de propinquo possint ac-

quirere ac mutare) nõ intelligimus interdictũ.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Se defendens/punitur in eo quod se defendendo modicum excessit.

Cum ex eo, [a] Hec decretalis tria dicit. Primo ponit prohemium ad dicenda. Secunda ibi[nos super hoc.] ꝓhibitionem facit. Tertio ibi[per hoc] suam prohibitionem moderatur seu interpretatur [mendicantes] de q̃bus habetur.§.hoc lib.de relig. domi. religionum: [interdictum] de his dictum est ĩ.hoc lib.de ver.signi fi.priuilegium.Jo.Mo.Car.

Cum ex eo. Adde in ꝓposito thematis rubri * quomodo se deffendens puniatur in eo ꝙ se defendendo modum excessit/per Neapo. decisio. ccxi. penes ꝛ apud acta/ vbi dicũt ꝙ solum punitur ꝑ excessu vt ꝯprobant per plura subijciendoq; multuz alleuiat penam/ quando quis fuit prouocatus ꝛ excessit modũ in defendendo: secundum luc.de pena in.l.erat.de castrẽ.pecu.milit.lib.xij.C. vide que tradit in ꝓposito Alex.in con.cxl.videtur in casu.vol.ij.Probus.

¶De priuilegijs. Rubrica.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Plerunq; excessus fiunt occasione priuilegiorum.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Princeps non reuocat priuilegia concessa non subditis.
2 Scriptura posita in archiuo publico: quomodo faciat fidẽ
3 Priuilegium per modum contractus cõcessum/non reuocat princeps.
4 Princeps ligatur ex suo cõtractu/sicut quilibet alius. Donatio remuneratoria est irreuocabilis: nec eget ĩsinuatione.
5 Priuilegia non acceptata transmittuntur. Priuilegia potius interpretationem recipiunt a consuetudine loci/ꝗ̃ a iure cõmuni.
6 In priuilegiorum cõcessione nõ est de more: nec de iure: vt quis citetur.
7 Princeps legitimat spurium in preiudicium agnatorum/ eis non citatis.
8 Qui potest facere aliquibus inuitis: ita ꝛ ipsis inscijs et non citatis.
9 Modica lesio nõ attenditur in cõcessione priuilegij.
10 Reuocatio priuilegij potest fieri parte non citata.
11 An valeat iuramentum de non impetrando priuilegium.
12 Citatio an requiratur in absolutione a iuramento per inferiorem a pa pa facienda.
13 Petatur absolutio a iuramento/ ab eo qui iurauit absolutionem non petere.

Uia * plerunq; excessus fiunt occasione [a] priuilegiorum [b] ideo post titu. de excess. prelato. ponitur titulus de priuilegijs ꝛ excessu priuilegiatorum: vt ipsorum priuilegia [c] seruentur: ꝛ priuilegiati/ipsorum limites non excedant ĩ.eo.c.primo.Joan.Mo.Cardi.

[a] Occasione. Que nõ est sumenda ꝓ causa no. Alex.con.43. nu.iij.vol.iiij.bene tamẽ conditio. Neapoli. decisio.389. super dubio. Probus.

[b] ¶Priuilegiorum. Que licet princeps possit reuocare: qñ concessit subditis: tamen concessa * nõ subditis nõ potest reuocare vt singulariter voluit innocen.in.c.nouit: col.ij. fi.§.de iudic.no. Neapol.decisio.ccclxi.nu.ix.monasterium.Domi.con.lxxiiij.col.ij. attentis puncto. Alex.in con.cj.nume.xij.visis instrumẽtis volu.j.ꝛ Bal.in.l.qui se patris.C.vñ liberi tradit Maria. Sozi.con.cxx.col.vij.cum in ꝑsenti.quod duplicatũ reperitur con.ccxxxj.ꝛ ibi late disputat qñ facta cõtra nõ subditos nõ noceãt nisi ꝑm iuris cõis dispositionẽ sint regestata. ponit exẽplũ de literis sigillatis solũ vt nõ faciãt fidẽ: nec ꝓbent.Doc.in.c.post cessionẽ.de ꝓba.§. et late ꝑ eundem Sozi.cõ.258.in causa vicarie: vbi col.iij.ver. pterea vnũ
2 dicit: ꝙ scriptura * posita in archiuo publico/alicuiꝰ dñi/ vel epi posita sub custodia publica ꝓbat: qñ ꝓducit inter subditos: alias secꝰ. Bal. in rub.de fide instr.in vlt. col.C. ꝛ in.l.exẽplo.col.j.C.de ꝓbatio. ¶De reuocatione priuilegij vide q̃ tradit do.Steph.Bert.cõ.cliij.etiã si verũ sit/ parte tertia: vbi ponit ꝙ licet princeps possit reuocare priuilegiũ datũ subditis ꝑ se vel ꝑdecessorẽ suũ.c.veniẽs.§. de ꝑscript.ꝛ.c.j.cũ ibi no.ꝑ doc.§.de rescrip.tñ fallit si fue
3 rit ꝑ viã * ꝯtractus ꝯcessum: qꝛ tunc est irreuocabile etiã de plenitudine potestatis vt late ꝯprobat Jason in cõ.86 col.vj.vol.iij.ꝛ hoc nisi subsit iusta causa: ꝓ quo videt casꝰ (recte intuẽti) in.l.itiꝰ puer.ff.de obseq.no. Alex.cõ.16. nu.28.in cã.vo.v.vbi loquit etiã de successore reuocante cũ cã.ꝛ cõ.193.nu.vij.ex themate: vo.ij.idem Alex.in.d.cõ. cj.vo.j.Neapoli.decisio.cxxviij.nu.xx.firmat Calca.in cõ. ij.col.pe.licꝫ bis. ¶Ratio qꝛ princeps ligat ex suo ꝯtractu sicut q̃libet alius.c.j.de natu.feud.ꝛ.c.j.§.de ꝓba.sic ꝯtrauenire nõ potest. Pau.de castro.in.l.digna.C.de legi. Decius con.528.nu.vj.pro resolutione. Jaso. latius in cõ.primo.col.v.vol.j.Calca.in.d.con.ij. Probus.

¶Fallit etiã qñ est ꝯcessuz subdito ꝑ viã remuneratiõis.l.
4 si pater.§.si quis aliquem.ff.de dona.qui tex.iũcta glos.in ver.irreuocabilis/dicit cõtractũ donationis * remuneratorie fore irreuocabilẽ/etiã si ex parte donatarij adsit causa propter quã alias possit donatio reuocari/puta ingratitudo/iuxta.c.fi.§.de dona.ꝛ.l.fi.C.de reuoc.dona.

¶Facit qꝺ voluit Bal.in.l.si cũ mihi.ff.ꝺ dolo. vbi voluit ꝙ lꝫ priuilegiũ hmõi cõcessuz esset in remunerationẽ: illꝺ nõ reuocaret ꝓpter ingratitudinẽ/ talis enim cõcessio nõ censet mera liberalitas/seu propꝛie donatio. Bald.in proe. ffoꝝ.allegat.l.sed ꝛ si lege.§.consuluit.ff.de petit.hered.l. aquilius.ff.de dona.per quẽ tex.probatur ꝙ talis donatio etiã excedẽs quingẽtos aureos nõ indiget insinuatione: ista cõprobat Bertrãdi consi.clvij.nu.viij.multa sunt dubia.parte.iij. ¶Adde Alex.con.cxvj.col.ij.nec arguẽdi. vol.ij.ꝛ ibi late. ¶Pro premissis vide eundẽ Alex. con. xliij.nu.xxvj.visis/vbi comprobat donationẽ remuneratoriã nõ reuocari propter ingratitudinem.alleg. Guilier.de cuno.ꝛ Bald.in.l.illud.C.de sacrosanct. eccle. pro quo facit ꝙ idẽ Alex.scribit in consi.lxxviij.nu.viij.visis ꝗ̃ elegãter: ꝙ iura que permittũt donationes reuocari / loquũtur in donatione mere gratuitis/nõ que propter merita: quia ille diiudicantur ac si facte forent ex titulo oneroso. Ang. in.l.si vnꝗ̃.C.de reuoc.dona. Probus.

[c] 5 ¶Priuilegia. Que * lꝫ nõdũ fuerint acceptata/tñ trãsmittunt.l.nõ solũ.ff.de resti.in integ.in ti.gñali.no. Sozi.cõsi. ccxcvj.col.iiij.in pñti cõsultatiõe/alleg. Paul.de cast. post alios.in.l.antiquioribus.C.de iure delib. Et dic ꝑuilegia potiꝰ interꝑtationẽ recipere a ꝯsuetudie loci ꝗ̃ a iure cõi. no.Alex.cõ.lx.nu.iij.põderatis his q̃ in themate. vol.v.allegat.c.qꝺ dilectio.§.de cõsangui.ꝛ affini.ꝛ.l.si ptiꝰ.§ certe placuit.ff.ꝺ aqua pluuia.arcẽ.ꝛ.l.excepto.C.loca.

¶Pro hoc aũt qꝺ dicimꝰ ꝺ acceptatiõe.vide Do.i cõ.lxv. col.ij.discutiã quodlibꝫ. ¶Itẽ in priuilegiorũ ꝯcessiõe nõ
6 est de * more nec de iure ꝙ q̃s citet. Bal.in.l.nã ita diuꝰ. col.j.ff.de adop.qꝛ sicut princeps solus legẽ ꝯdere potest/ sic in potestate eius est priuilegia condere nullo citato/ vt idem Bald.dicit in.l.fi.C.quib.res iud.non no.ꝛ in.l.fi.circa finẽ.ver.extra opponitur.C.de fruct.ꝛ lit.expẽ.ꝛ in.c.cũ olim.nu.iij.§.ꝺ re iudic.vbi dicit ꝙ ĩ impetratiõe grẽ nemo est citãdus/qꝛ est quedã donatio/ꝛ ibi late Moder. scribẽ

¶ Facit dictum roma. consi. ccclxix. nu. xxix. quod incipit circa primũ: quod qñ princeps de plenitudine potestatis ꝛ ex certa scientia alicui gratiã facit/ nõ est opus citare illos quibus preiudicium infertur/ allegat innoc. in. c. nisi cum pridem. s̃. de renũcia. vide Decium con. cxciiij. nu. iij. viso tenore: ꝛ con. cxcj. nu. vij. in causa que agitatur: vide etiam Jaso. con. lxviij. viso themate. vol. iij. vbi late discutit de legitimatione facta ꝑ principẽ nõ citatis venientibus ab intestato etiam legitimis ꝛ naturalib⁹: idem in cõsi. cx. contra legitimationẽ vrbani. vol. iiij.

¶ Pro premissis vide etiã que citat Alber. Bru. con. j. colum. x. ver. ad id quod dictũ fuit/ vbi subdit claram ꝛ indubitatam conclusionẽ in iure: ꝙ quando apparet principem dispositũ ad aliquid faciendũ/ quod etiam p̃sentes impedire non potuissent ei⁹ volũtatẽ hi de quibus princeps cogitauit/ valebit actus/ eis non citatis: vt patet ex no. ꝑ Panor. in. c. inter quatuor: col. ij. s̃. de maio. ꝛ obed. ꝛ in. c. cum olim. s̃. de re iudi. vbi moder. vide Alex. con. ij. vol. j. repetito: ꝛ in. ij. vol. con. ccxxviij. visis codicillis: dum concludit
7 principem posse * legitimare spuriũ in preiudicium agnatorum habentium ius succedendi in spe/ etiam eis non citatis: quod etiam voluit in. l. gallus §. ꝛ quid si tantum. post Bar. ꝛ alios. ff. de vulga. Qui enĩ potest * inui-
8 tis aliquib⁹ facere/ potest ꝛ eis inscijs vel irrequisitis. l. qui potest. ff. de reg. iur. ad idem Deci. con. cccxc. in fine: qm̃ ex facto. ꝛ con. ccccxcviij. in fine viso casu ꝓposito. Jason cõ. xl. absolui. volumine. iij.

¶ Pro his que iam deduximus habes attendere ad doctrinam Bar. in. l. ij. nu. iij. C. de tempo. appella. vbi cõcludit ꝙ qñ a principe impetratur priuilegium/ nõ est necessaria citatio partis: vt. d. l. ij. verũ ſm eum in his que par-
9 tem nõ ledunt: vel si ledunt * modice. Jas. in consi. xix. col. iij. volu. iij. in causa decimali/ seu cause cognitionẽ non requirũt: vt. l. ij. §. merito ꝛ §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publi. ꝛ. l. quotiens. C. de p̃cib. imper. offer. Secus in his q̃ partẽ multũ lederent/ vel cause cognitionem req̃rerent: vt. l. ij. de nata. restitu. ꝛ. ff. de adoptio. l. nam ita diuus no. etiam idem Bar. in. l. gallus §. ꝛ quid si tm̃. ff. de lib. ꝛ posthu. ꝛ Corne. consi. j. col. ij. vol. iij.

¶ Et scd̃m hec ꝓcedit id quod not. Bal. in. d. l. fi. C. quib. res iud. nõ nocet. ꝛ. d. l. fi. C. de fruc. ꝛ liti. expen. dũ dicit ꝙ princeps põt ꝯdere priuilegiũ parte nõ citata vt etiam dicit Jo. de imol. in. c. cũ dilecta. s̃. de ꝯfir. vtili. vel inutili: qđ placet Alex. cõ. xj. nu. iiij. alias ꝯsului. vo. vij.

¶ Et subdit in. d. c. cum dilecta. in fine Deci⁹/ ꝙ etiã priui-
10 legij renouatio * põt fieri ꝑte nõ citata: ab eo qui de nouo principaliter priuilegiũ cõcedere potest quod comprobat iuribus ꝛ auctoritatib⁹. ¶ Et quo ad cõcessionem priuilegij/ absolutiõis ꝛ dispẽsatiõis ꝙ nõ req̃rat citatio no. Alex. in cõ. xlix. nu. xx. paucis vtar: volu. iiij. Do. in cõ. xliiij. in fi. dñs noster papa martinus ꝛ cõ. lx. in fine circa dubiũ/ vbi vnũ determinat quo ad thema subiecte materie notatu di-
11 gnum/ videlicet an valeat iuramentũ * de nõ impetrãdo priuilegium ꝛ ibi distinguit vt videre licet perpulchre/ qꝛ quotidianum apud capl'a ꝛ collegia ac vniuersitates quod tangit Alex. in con. xxxviij. visa petitiõe: vol. iij. ꝓ quo vide Neapol. decisio. ccxx. nu. xij. in causa dñi.
12 ¶ Et si queras an in absolutione * a iuramento faciẽda ꝑ inferiorẽ a papa requiratur partis citatio: vide ꝑ Alex. in cõ. ccxxij. col. iij. visa facti. vol. ij. ꝛ late etiã plusq̃ remissiue ꝑ Neapol. decisio. ccxx. nu. x. in causa dñi: vbi dicũt ꝙ si fiat absolutio non ꝙ non teneatur ad obseruantiaꝫ iuramẽti in ꝯtractu interpositi sed quod absoluit ad effectũ agẽdi vt possit solũ agere nõ obstãte iuramento: ꝛ ostẽdere de iure suo: tũc potest absolui parte nõ citata: ꝛ ista est cõis: multifarie ibi cõprobata: ratio videt' qꝛ ꝑte inuita potest fieri. Ergo ea non citata: tum qꝛ ei non fit preiudicium ¶ Unũ tñ subdũt ꝙ licet hec absolutio sit solũ ad effectũ agendi tñ si nõ facit mentionẽ de ĩpetratiõe absolutionis ꝙ iurauit nõ petere absolutionẽ a iuramẽto: nõ est absolutus nec habilitatus: vt possit agere nisi sit pri⁹ absolutus
13 * a iuramẽto de nõ petenda absolutione a iuramẽto: voluit Bal. in repe. l. ij. ff. de iureiur. Bal. ꝛ Jo. imol. in. l. hec scriptura. ff. de cond. ꝛ demon. Roma. tñ con. cccxxvj in p̃senti consultatione. col. j. dicit ꝙ iurans nõ petere absolutionẽ cogitur tale iuramentũ seruare sibi tñ succurritur qꝛ denunciare potest ecclesie se iurasse absolutionẽ nõ petere/ ꝛ qualiter is cui ipse iurauit ꝓpter hoc ꝑseuerat in delicto. c. quẽadmodũ. in fi. s̃. de iureiur: tñ nõ est dubiũ ꝙ papa a tale iuramẽto potest absoluere: qñ expresse sibi narratum est/ vt dicit Bal. in. d. l. ij. §. Probus.

¶ Innocentius quartus in concilio generali Lugdunẽsi. Cap. j.

Volentes libertatem (quã nonnullis apostolica sedes priuilegio exemptionis indulsit) sic integram obseruari, vt & illam alij non infringant, & ipsi eius limites non excedant, declaratione irrefragabili diffinimus quod quantumcũque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti siue contractus aut rei de qua contra ipsos agitur rite possunt corã locorum ordinarijs cõueniri, & illi quo ad hoc suam in ipsos iurisditionem (prout ius exigit) exercere. ¶ Nunquid ergo carẽt omnino in his commodo libertatis? non vtique quia nec coram ordinarijs ipsis dummodo sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec vbi domicilium habent si alibi delinquant vel contrahant aut res ipsa consistat conuniri possunt aliqua tenus super istis, neque domiciliorum prætextu locorũ diocesani (si vbi deliquerunt vel contraxerunt aut res ipsa consistit, illi cõueniantur) remittendi eos illuc, vel ipsis vt illic respondeant, iniungendi habeant aliquam potestatem. Saluis nihilominus casibus alijs in quibus eos episcoporum iurisditioni subesse canonica præcipiũt instituta. ¶ Et idipsum decernimus circa illos, quibus vt non nisi sub vno certo iudice teneantur de se conquerentibus respondere, apostolico priuilegio est concessum.

¶ In eos autem quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari a quoquam valeant, a sede apostolica est indultũ (sicut sunt religiosi quamplures) in quorum priuilegijs cõtinetur, ne quisquam episcopus vel archiepiscopus monasteriorum suorum, monachos pro vlla causa vllove loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat, ijdem ordinarij iurisditionẽ suam, quantum ad ista vbicunque illi fuerint penitus exercere non possint. Nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorum prioratus ordinarijs eisdem subiectos (vt vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquam proprij locorum ipsorum monachi resideant) fuerint destinati, tunc enim & si libere possint ad eadem monasteria reuocari, ac tam illorum quam ipsorum prioratuum monachi reputentur, (cum non sit inconueniens aliquem

sic vtrobiq; locum habere monachicū) vnum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere, ratione tamen eorundem prioratuum dicti ordinarij sua iurisditiōe in ipsis etiā quo ad premissa (quandiu morantur in illis) licite vti possunt.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Priuilegia ordinarij decurtantur si ecclesie Romane priuilegijs audeant obuiare.
Limites exemptionis non sunt transgrediendi.
2 Priuilegium meretur amittere/ qui permissa sibi abutitur potestate.
3 Monasterio exempto/non solum ecclesie/sed etiaz domus monasterij sunt exēpte/ac aree/orti/& totus mansus/qui sunt iuxta ecclesiam.
4 Plus habet episcopus in exemptos sue diocesis: q̄ȝ in homines non sue diocesis.
5 Si exemptus quo ad certos casus iudicatur pro non exempto: in illis casibus erit secundum ius commune iudicandus.
6 Abbas potest excommunicare/ratione abbatie.
7 An quis habere possit vocem/in duabus vel diuersis ecclesijs.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Qui declarat/an aliud iudicat/vel addat/ aut disponat.
2 Copula/ac/ponitur inter diuersa.
Que veniunt ad declarationem: non continent emendationem.
3 Uirtus declarationis non est inutile/vtile facere.
Excōmunicatus amplius non ligatur per declarationem.
Minor solennitas requiritur in actu declaratorio / q̄ȝ in actu declarato/ siue dispositiuo.
4 Ab excommunicatione non appellatur: bene tamen a declaratione excommunicationis: prout a pena legis; bene tamen a declaratione pene.
5 Lex declaratoria/ligat a tempore legis declarāte.
6 Princeps trahit legem ad tempus preteritum.
Scriptura declarans debet intelligi secundum scripturā declaratam.
7 Ut declaratum tollatur quid fiendum/vide hic.
8 In declarationibus penarum ipso iure impositarum / requiritur partis citatio.
Testis declarans dictum suum/ an debeat iterum iurare.
9 Quare declaratio semper retrotrahitur ad tempus dispositionis.
Papa mandans Titiuz prouideri de beneficio vacante ob non promotionem Gaij.
10 Non refert quomodo quis priuetur: an ipso iure/ an p sententiam/dummodo in limine hoc appareat.
11 Quod lex facit: non est necesse q hoc petam a iudice.
12 Priuatio si fieri possit contra mortuum.i.post mortem: potest etiam fieri contra heredes.
Declaratio que fit circa circūstantias/ non requirit tantā solēnitatē q̄tā requirit si fiat circa actus substantiam.
13 Exemptio proprie fit ab incommodis/& oneribus.
Inducta ad augmētū, nō debent operari diminutionem.
14 Unus exemptus ab onere/alij ad onus integrū tenētur.
15 Qui excedunt suos terminos/ a suis debent excedi terminis.
An soluens plusq̄ȝ debeat/ videatur renūciare priuilegio suo de minus soluendo.
16 Aliud est esse religiosum/& aliud habere priuilegia religionis/sicut esse exemptū/ & habere priuilegia exēptionis.
17 Boni sunt sub iurisditiōe/ nō tñ sub exercitio iurisditiōis.
18 Quis possit dici Gallicus/vel Anglicus/vide hic.
19 Gallicus est fortis: ingeniosq; acris.
20 Beneficium subiectum & dependens/differunt.

Volentes, Hoc.c.quinq; dicta cōtinet. Primo prefationem ad dicenda premittit. Secundo ibi [declaratione] declarationem [a] contra exemptos ponit. Tertio ibi [nunquid ergo] cōtra declarationē obijcit: & obiectum dissoluit. Quarto & quinto ibi [& ad ipsum]/ & ibi [in eos autem] dictam declarationem ad duos casus alios ampliat/seu extendit [illam] scȝ exēptionem [b] vel libertatē exemptionis [alij non infringant] puta ordinarij/quorum priuilegia * deturpabuntur si ecclesie Romane priuilegijs audeant obuiare. s. eo. dilecti filij fratres/in fine: nec in eis fraudem faciant. s. eo. quanto. [& ipsi] scilicet exempti/ [eius] scilicet exemptiōis/ [limites] qui non sunt transgrediendi. vt. s. de sepult. c. j. §. fina. [nō excedant] quod si fecerint in aliquibus/ ecclesie subiaceāt interdicto/& quod egerint irrituȝ habeatur. s. eo. cū & plātare. §. fina. ¶ Sed * & priuilegiuȝ meretur amittere qui permissa sibi abutitur [c] potestate. xj. q. iij. priuilegium. & de excess. prelato. c. ij. §. primo. s. eo. vt priuilegia. j. Reso. [dclaratione]. Quia olim fuit dubiuȝ doctorum: quod no. s. eo. tuarum. Et huius dubij certificatio est declaratio vt hic. & s. vt lite non contesta. quoniā. j. Reso. [ratione delicti]. s. de foro compet. c. fi. & c. postulasti. vj. q. iij. placuit. iij. q. vj. cap. j. & est hic primus casus [siue contractus]. s. de for. cōpe. Romana. §. contrahentes. & §. sequen. [aut rei] non exēpte/alioquin contra. j. eo. §. sequen. [Contra ipsos] scilicet exemptos [rite possint] scilicet exempti per ordinarios ipsius exemptionis/ priuilegio non obstante: [cōueniri] & citari: [& illi] scilicet ordinarij: quo ad hoc. i. si super aliquo trium casuū premissorum citati fuerint & nō obedierint [in ipsos] scilicet exemptos. [iurisditionē] & qualiter no. j. hoc lib. de ver. signi. veniens. [carēt] exēpti [d] [in his] id est propter tres casus exceptos [non vtiq;] hic soluit obiectuȝ ostēdens duas commoditates de exemptione. ij. ibi/nec vbi & post arctat dictas commoditates ibi saluis: quia nec conueniri possunt coram ordinarijs in dictis tribus casibus: dummodo &c. [exempto] monasterio * enim exempto non solum ecclesie: sed etiam domus monasterij sunt exempte xij. q. j. c. necessaria. & c. nulla. & s. de immuni. eccle. c. j.

¶ Dicunt etiam quidam q aree/orti/ et totus mansus qui sunt iuxta ecclesiam sunt exempti. s. de censib. c. j. argu. ff. de rei vend. que religiosis [litigiosa]. Et est ratio precedētium & sequentium: plus habet * episcopus in exemptos sue diocesis/q̄ȝ ī homines nō sue diocesis: q2 ius cōe in aliquibus [e] casibus exemptos subijcit episcopis. vt. j. nota. Sed constat si ego [f] Gallicus vadā ad presidatū Anglie/ ibi delinquendo/contrahendo/habendo rem litigiosaȝ: ibi sortitur forum. ff. de offic. presid. l. tertia. ff. de iudic. l. heres absens. j. Reso. s. de for. compe. Romana. §. contrahentes. C. de pred. mino. l. si predium. Ergo magis in his casibus exempti erunt subditi ordinarijs.

¶ Ex quibus colligitur ratio duarum commoditatum exemptionis hic positarum: nam si ego exemptus delinquo/ contraho/vel rem litigiosam habeam in loco exempto: nihil ad episcopum vt in prima cōmoditate exemptionis: idē in secunda. nam contrahendo extra potestatem episcopi/ vel delinquendo ego exemptus nihil ad episcopum / & propter hoc me remittere non potest ad locum delicti. Secus si sibi subessem/& sic loquitur autenti. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor. & ex his colligitur ratio. [vt saluis] nā si exemptus * quo ad certos casus/iudicatur pro non exēpto/in illis casibus erit secundum ius cōmune iudicādus: [nec exempti] coram ordinarijs [vbi] id est apud quos [casibus alijs] vt puta in crismate/in oleo sancto/in consecrationibus basilicarum/ in ordinationibus clericorum & similibus/ vt interdicto. s. de consuet. cum inter. & j. eo. hoc libro. autoritate [quem] nisi aliud contineatur in priuilegio sunt a diocesanis pre ceteris postulanda. s. de prescrip. veniens. §. crisma. xvj. q. prima. interdicimus. & ratione capellarum non exemptarum. j. de priuileg. ex ore. xviij. q. secunda/ Abbates.

¶ Uel si aliud tenent ab eo cum capella. s. de maior. & obedien. capitulo/solite. & s. de heretic. ad abolendam. §. finali. & s. hoc lib. de prebend. capitu. primo.

¶ Et est ratio/quia in dictis casibus exempti iure cōmuni censentur [& ad ipsum] .i. quod dictum est de exemptis: [circa illos] scilicet non exemptos: tamē priuilegiatos prout sequitur [sub vno certo iudice] contra. s. de rescript. ad hec simus. Sol. illud impetrabatur via iuris communis: sȝ hec via īdulti specialis/vel ibi electio iudicis q̄ fit a parte est reprobata: sed hic datur a papa ex certa scientia.

¶ Item contra.s̄.de rescript.capi.fina.Sol.vt prius [q̄tum ad ista] scilicet interdictum / suspēsionem/ ⁊ excōmunicationem: ergo quo ad alias penas iurisditio salua manet/ [gerant] hoc ideo dicit quia si irent causa visitandi/ vel vt transeuntes non possent ab huiusmodi ordinariis contra sua priuilegia coerceri. ff.de iudic.l.heres absens. [resideant] Et sumitur hoc ex decreta.s̄.eo.ca. quoniā per confessionem. ⁊ capitu. cum capella. [Monachi] Et
6 sic* abbas potest eum excommunicare ratione abbatie:⁊ episcopus ratione prioratus.s̄.eo.cum capella.

¶ Sed contra.s̄.de electi.cōstitutis.Sol.illud intelligas in diuersis monasteriis:quorum vnum non subest alij /nec
8 dependeat/ hoc enim prohibitū est omnino ꝙ in casibus diuersis vnus locum non habeat neq̄ presit.s̄.de religio.dom.capitu.fina. Secus si vnus subsit alij vel dependeat hoc enim licitum est prout sequitur [dependere] sic. s̄. de prebend.extirpande.§.qui vero/ ⁊ de eta.⁊ quali.cam te.§.idcirco/ ⁊ de electio. dudum.ij.§.insuper.

7 ¶ Sed nunquid * talis habebit vocem in qualibet ecclesia:si constat de consuetudine erit seruanda alioquin conuentus tantum eliget ad quem spectat.s̄.de elect. capi.j. ⁊ capi.cum terra.xvj.questio.fina.capitu.fina.circa finem/ [etiam quo ad premissa] scilicet interdicti suspensionis ⁊ excommunicationis sententias: [sententias q̄diu morantur] ergo nisi preueniātur non subsunt: ex quo fuerūt reuocati.s̄.de foro compe.proposuisti. Joan.Mo.Car.

a
1 DEclarationem contra exemptos ponit. Dic ꝙ ille qui * declarat nō intendit de nouo aliquid inducere / vel addere ad id quod erat primitus inclusum: tex.in cle.j.ibi ipsam declarare ac quedā adijcere / de iure patro. vbi ꝑ copula ac q̄ inter diuersa ponitur: glo.in ca.vno. in ver.filio s̄.de sum.trini.⁊ fide catho. nec de nouo disponere:tex.in proe.huius libri in ver.amplectimur/ ⁊ in cle.exiui:ver.horū autē.de ver.signi. Domi. cōsi.lxxij. col. ij.q² punctus.Cuius doctrinā videas ꝑ text.nr̄o.idem dicit Domi.cōsi.xxxiij.circa finē/ꝑ examinatione.Sozi.cōsi.cclx.col.x.in causa Nannetensis cātorie.Deci.cōsi.421.in fine negari. Quod sit discrepantia ꝓbat doctrina Bald.
2 in repe.Paduana.l.edita.col.iij.C.de eden. ꝙ ea que * veniūt ad declarationē/nō cōtinent emendationē:allegat.c.cū dilecti.s̄.de accusa.l.idē Pōponius.§.fi. ff.de rei vendi. ⁊ ꝓhibitus emendare/vel mutare/nō ꝓhibetur declarare. Idē Bal.ibi in.x.oppo.⁊ Oldra.cōsi.clxvij.post mediū ante oīa cōsyderandū:ꝙ virtus declarationis nō est inutile/ facere vtile:q̄tum est in se:sed inutile fore.

3 ¶ Item in proposito excōicatus * per declarationē amplius nō ligatur: quasi quod a principio fuerit: sed solum declaratur/vt ab alijs euitetur:firmat Roma. consi.482. in casu premisso / qui ibi subdit ꝙ ratione illius / minor solennitas requiritur in actu declaratorio q̄ in actu declarato: siue dispositiuo.l.heredes palam.§.si quis post.ff.de testa.⁊.c.litere.s̄.de dilatio. ¶ Sic resultat ꝙ lata est differentia:inter actū dispositiuū:⁊ actū declaratoriū: maxi-
4 me in excōicationis sententia. Q² licet ab excōicatione * nō possit appellari:a declaratiōe tn̄ excōicationis sic: allegat lapū in cle.ad cōcupiscētes.de sequestra.posse.licet em̄ appellari non possit a pena legis: tn̄ appellatur a declaratione Joan.Mona.in capi.cupientes.s̄.de electi.

¶ Et ꝑ his que primo loco.s̄.diximus.vide Paul.de cast.cōsi.cccxl.venio nūc ad primū dubiū:in prima pte/vbi dicit ꝙ
5 lex declarās * seu interp̄tās/ligat ⁊ habet vigorē ex tpe editionis legis declarate/seu interp̄tate: q² princeps pōt trahere legē ad tēpus p̄teritū:⁊ lex ex speciali dispositiōe principis habet vigorem etiā in factis p̄teritis.l.leges.C. de legi.⁊.l.penul.⁊ fina.C.de sacrosan.eccle.⁊.l.iubemus.C.
6 ad velleia.sic vt.s̄.diximus ex declaratiōe nō sequit̄ ius nouum: sed factum declarat/quia scriptura * declarans debet intelligi scd̄m declaratam:vt in auten.de fil.ante dot.instr.na.§.fina.⁊.l.nihil.ff.de coniūgen. cū emancipa. lib.

¶ Pro dicto Paul.habeo eundem Paul.in.d.l.heredes palam.§.⁊ si quid post.col.ij. ff. de testamen. vbi dicit ꝙ papa multotiens facit declarationes circa gratias ab eo factas que valent ⁊ preiudicant eis quibus erat iam ius quesitū/ quasi illud quod declaratur a principio dictum fuisset:quo casu non fuisset alteri ius quesitum:⁊ hoc solum dicit procedere in declaratione:secus si nō agatur de declaratiōe: quia tunc secundum eum nō potest fieri/ auferendo ius alteri quesitum/⁊ hoc modo debet procedere dictū Petri de Ancha.con.cccxcviij.in fine.premitto pro clariori. istud refert ⁊ sequitur Decius consilio.ccxxix.in fine. stante con-
7 stitutiōe cōciliari. ¶ Et adde ꝙ quando * aliquid fuit declaratum sic esse:oportet vt illud tollatur per aliam declarationem/ ⁊ sic cum cause cognitione:etiam si primo declaratum non fuisset verum/quod comprobat Decius cōsilio. cclxxiiij.col.ij.viso decreto in prodigo declarato / ꝙ licet ipsa declaratio non fuerit vera ⁊ ꝙ assumptus fuerit inter priores ciuitatis nō per hoc videtur tolli interdictū administrationis/quasi ad sanos mores peruenerit.Bar.in.l.j.in fine.C.qui ⁊ aduer.quos.

8 ¶ Et attende q² * in talibus declarationibus penarū etiā ipso iure impositarū requirit̄ partis citatio.testatur Maria.Sozi.con.xij.col.ij.quoniam in presentiarū: pro quo dicit fore bonum tex.in.l.eius qui delatorem.ff.de iure fisci. Et sic anteq̄ possit intentari executio pene:requiritur sententia declaratoria.c.cum secundum.de heretic.s̄.hoc lib. no.Jason consilio.xxj.col.iij.volu.tertio.

¶ Inquantum autem diximus ꝙ declaratio nihil addit/s₃ quid actū fuerit ostendit.d.l.heredes palā.§.si notū.quod probatur:q² si testis deponit/si postea declarat dictū suū/ non est opus iuramento.Bal.⁊ Paul.in auten.hodie.C.de iura.calum.istud est verum quando est verborū dubiorū declaratiua:nō qn̄ extendit aliquomodo verba/ vel est extranea/pro quo vide exemplū per Sozi.cō.ccxiiij.col. penul. in causa onofrij. ¶ Pro intento etiam vide eundē Sozi. consi.ccxl.col.iiij.circa presentē/ibi nam autenticatio ⁊ approbatio/nō est aliud nisi declaratio scripture: quod in ea continetur/⁊ veritas eorum que cōtinentur in scriptura/⁊ sic etiam respectu temporis in ea contenti.

9 ¶ Declaratio * autem nō inducit aliquid de nouo:sed magis inductum ostendit ⁊ demonstrat:ideo semper trahitur retro ad tempus dispositionis.Bart.in.l.omnes populi.in v.q.prin.ff.de iusti.⁊ iu.traditur in.d.l.heredes palā.⁊ per glo.in.c.cum tu.s̄.de vsur.

¶ In puncto declarationis inter alia vnum habeo/ ꝙ si papa mandat Titio conferri beneficium vacans per non promotionem Gaij ad sacros ordines.c.licet canon.s̄.de elec. per hoc censetur declarasse illum Gaium esse priuatū illo beneficio:ita dicit Petr.de Ancha.consi.ccxciij. vltra alia solenniter. ¶ Item etiam in sententia declarationis non requiritur ꝙ in ea inseratur verbum condemno/vel absoluo.Bal.in.l.fi.col.j.ff.de hered. inst. ¶ Preterea ⁊ in proposito nostro attēde/ad ea que tradit idē Petr.de Ancha.
10 cō.lxij.in fi.duplici respectu.ꝙ nō refert an ipso iure * vel per sententiam/quis priuetur/quo ad effectum preiudicij vnius cause ad aliam/stante lite siue pendente:nam liquidata causa siue per sn̄iam quis priuādus sit nō refert. siue sit sn̄ia declaratiua:siue dispositiua:quo ad preiudiciū generandū illi cōtra quē sn̄ia est ferenda: ⁊ postq̄ in fine iudicij deprehēditur parū vel nihil refert qualiter quis sit a bn̄ficio amouēdus.arg.l.Gallus.§.si eius.ff.de lib.⁊ posthu.vbi de modo nō curamus/dūmodo habeamus effectū. Dec. cō.542.nu.xij.p̄suppositi.no. Lapus allega.lxxvij. tabellio.quē vide ꝑ intēto alleg.cxxvij.col.iij.Anasta.dū
11 dicit ꝙ ipsa lex * facit non est necesse ꝙ hoc petā a iudice.l.q̄ sub cōditiōe.ff.de cōdi.insti.idē Decius cō.589.in fine. in causa. ¶ Aliud dicit idē Petr.notandū cō.lxv.ꝙ quan-
12 do cōstitutio priuat ipso iure/⁊ sic fieri potest * cōtra mortuū id est post mortē.c.cū secūdū leges.s̄.de hereti.hoc libro.fiet etiā contra heredes/per rationē.s̄.citatā/ q² qui declarat nihil de nouo facit:sed factū declarat.c. nouit.s̄. de appella. ¶ Preterea in puncto hoc Jo.de Ana.consi. lxxxiiij.col.ij.videndum est/dicit ꝙ qn̄ declaratio fit circa circūstantias actus:tunc nō requiritur tāta solennitas/q̄ requiritur in actu faciendo/vel mutando.Secus vbi declaratur substantia actus:q² tūc requirit̄ eadē solēnitas que requiritur in actu:qd̄ placet Jaso.in con.lvj.col.fina.Magnificus.vol.iij.vide pro intēto declarationis ⁊ presentis tex.materiā.Do.consi.lxxij.q² punctus.Et Dec.587.nu.vj.corā.⁊ Neapo.decisio.ccxv.sexdecim.

¶ Postremo etiā vide de declaratione quā facit notarius sup suo instrumē.p Calca.cō.lxix.sup eo qd̄ ponit̄. Probus.

b 13 ¶ Exemptionē. Que * proprie loquēdo fit ab incōmodis ⁊ oneribus.c.si papa.⁊.c.p exēptionē.isto ti.hoc lib.a cōmodis autē ⁊ priuilegijs nō fit exemptio:sed in eis caderet priuatio. Et inducta ad augmentū nō debent opari diminutionē.ff.de fund.instru.l.si mancipia.ff.de aur.⁊ argē.lega.l.si q̄s legauerit aurū/nec ecōtra.l.legata inutiliter. de lega.j.vide Paul.de Cast.con.cccvij.videt̄ ꝙ nō/in parte.ij.⁊ latius Sozi.cō.cclxxxv.reuerēdissimus do.Car.de medicis.

14 ¶ Unũ tamen est ꝙ si * plures sint ascripti ad aliqđ onus subeundũ/⁊ vnus illoꝝ eximatur/ceteri tamẽ ad onus integrũ tenebũtur/not. Petr. de Anchar.cõsil.x.circa finem videtur efficaciter/vide Domi.cõsilio.lxxiiij.attentis puncto. Philippus Probus.

c ¶ Abutitur. Uide que dixi in capi.vnico.post Joan. Mo. s.de eta.⁊ qualit.⁊ Alexand.cõsil.xxxiij.col.iij.põderatis his.vol.v.allegat.l.eos.de aqueduct.lib.xj.C. ⁊.l.iudeos. C.de iudi. no.in.c.suggestũ.s.de deci.qđ ꝓcedit in eo qui illicito modo/(⁊ sic ɔtra formã iuris)vtitur priuilegio suo.

¶ Ulterius adde huic dicto cõuenire aliud vulgare/ qđ 15 citat Petr.de Ancha.consil.cxcvj.magnifice:ibi excedunt enim * suos terminos: ergo excedi debent a nõ suis terminis/vt.l.fi.C.de edict.diui ad. tol. ⁊c. si queras/an per aliũ modũ ꝗ abusum tollatur priuilegiũ/vt pote per contrariũ:vt quia quis reperitur priuilegiatus de nõ soluendo.x.ꝓut alij ciues/⁊ tñ soluit/an per talẽ solutionẽ dicatᷣ priuilegio renũciare/vide Alex.in cõsil.cxc.col.fi. mature/ volu.ij.⁊ cõsi.cxciij.col.etiã/fi.ex themate/eo.volu.vbi dicit ꝙ hec solutio nõ preiudicat/nisi subsit cursus.xxx. annoꝝ.c.accedẽtibus.⁊.c.si de cetero.s.hoc titu.valet tñ ꝓtestatio ꝙ nõ intẽdit suo ꝑiudicare priuilegio: istud latius

d cõprobat Jas.in cõsi.xxv.questio.volu.iij. Probus.

¶ Exempti. Qui differunt ab his qui priuilegia habent 16 exemptionis/vt hic/⁊ in capi.si papa.hoc titu.ꝓut in simili dicimus/ꝙ aliud * est esse religiosuꝫ/⁊ aliud habere priuilegia religionis/vt in.c.religioso.de sentẽ.excõ. hoc lib. ⁊ aliud esse tale: ⁊ aliud gaudere beneficijs ⁊ priuilegijs talis ꝓbatur in.l.sciendũ.ff.de ritu nuptia.iuncta.l.fin.ff. de statu homi.not. Maria. Sozi.cõsi.cclxxxviij.col.v.ver.

e sed ad premissa/circa primam. Probus.

¶ In aliquibus casibus. Ergo in alijs habet (obstante priuilegio) manꝰ ligatas/q: regulariter habet iurisditionem in omnibus sue diocesis/licet in aliquibus ligatã/vt ponc/ dicit Inno.in.c.pastoralis. s.de offi.ordi. ꝙ aliquis sit ita 17 bonus/ꝙ nihil cõmittit qđ iuris indigeat correctione. Et sic nõ habet exercitiũ * / habet tñ iurisditionẽ: quia quis nõ potest esse adeo perfectus qui subijciatur legi tradite a superiore:saltem quo ad habituꝫ/glo.in cle.ad nostrũ/in ver.ieiunare/de here.que etiã allegatur/ ꝙ iustus liber est

f a lege pcti:sed non a ptãte supioris: vide late per Feli.in 18 proe.decreta.rex pacificus/in princi. Probus.

¶ Si ergo gallicus. Dic ꝙ licet Joan. Mona. * dicatur gallicus origine/vt comprobabo in cap.generali de regu. iur.tamen per hec verba ego Gallicus/non potest dici de Gallia origine:sed domicilio tãtũ/ꝓbat Sozi.in simili cõsi.cclxxxviij.col.ij.circa primã/dum dicit ꝙ hoc verbũ Anglicus simpliciter prolatum/ potius denotat domiciliũ ꝗ originem/secus si diceretur de Anglia/ quia magis significat originem:ſm Bar.in.l.prouinciales. ff. de verb.signifi. ⁊ est tex.in.l.j. ff.de tutor.⁊ curat.dat. ab his.traditur per Bar.in.l.j.ad finem.ff.ad municipal.firmat idem Sozi.cõsi.ccxcij.col.ij.visis statutis/ tñ Alexand.consi.100. col.j. volu.vj.dicit idem fore Titius est comitatiuus/vel de comitatu quod comprobat multipharie/⁊ Alexã.consi.cxvj. col.fina.visis.volu.vj.⁊ consi.xlj.numer.ix.visis/que subtiliter/volu.v.Decius consi.ccccci.iuridicam. Uide Jaso.in consi.lxxvij.placet/ volu.iij. vbi discutit de filio a quo loco 19 dicitur originarius/an a loco natiuitatis sue/an a loco domicilij patris. ¶ Dic insuper. Si Gallicus * ergo fortis ingenioqꝫ acris/iuxta illud Isido. Ethimo. ix. lib. Roma graues generat Grecia leues. Affrica versipeles. Gallia natura fortes Ingenioqꝫ acres:refert glo.pragma.in ver. Francorum/in proe. Et dic Joan. Mona. non ab re hic dicere se Gallicum:quia Gallicus erat/prout dico in.d.cap. in generali de regu. iur. ⁊ filius Fabri / non equidem ipse Faber nisi dicamus prout de Joan. Fabri dicitur. Qui in .§.ex diuerso.insti.de rer.diuisio.dicit/ꝙ vocatur Faber nõ ferrarius/nec lignarius: sed q: libenter operabatur ⁊ operari faciebat scilicet compilando ⁊ legendo. Probus.

8 ¶ Nec dependet. Areti. consilio.lxij.numer.ij.in presenti consultatione/dicit probari per hunc tex. in.§.sane/ꝙ be20 neficium * subiectum:⁊ dependens differunt/ subdens ꝙ proprie dicitur beneficium dependens/beneficium accessorie vnitum:sic videtur probare tex.in glo.in capitu.cuꝫ singula.versi.fina.de prebend.hoc lib.

¶ Et attende ad doctrinam eiusdem Areti.ibi ꝓpter verba aliquoꝝ impetrantium : qui volũt beneficia impetrata videri dependere a tali loco,siue monasterio / superflue tamen / nisi id fiat proter aliquam surreptionem vitandam. Philippus Probus.

¶ Innocentius Quartus in concilio generali Lugdunensi, Cap.ij.

¶ Ratio qꝛ maiori bono maius malũ opponitur/ teste philoso. quod firmat idem Joã. Mo. s̃. in rub. de vsur. vbi dicit ꝙ bonum circũstantionatũ maius est nõ circũstantionato: idem in rub. s̃. de excessib. prela. ¶ Istud principale intẽtum. vide clarius elucidatũ per ea que dixi. s̃. in. c. vno/ circa finem de vita ⁊ hone. cler. Uide etiã notata per Docto. post tex. ibi in princi. in. c. sicut dignũ. s̃. de homicid. vbi in delictis puniendis septem cõsyderãtur / videlicet causa/ persona/ locus/ tempus/ qualitas/ q̃titas/ ⁊ euentus. Antho. de Butr. in. c. j. col. iij. s̃. de cõstitu. Bal. in. c. j. §. si quis vero/ el. ij. de pace iura. fir. ¶ Pro his attende ad ea que

no. glo. in. c. scimus. xij. q. j. que cõcludit ꝙ grauius peccat fidelis q̃ infidelis: quod intellige si comparare velis fidelem ⁊ infidelem in eodem genere peccati/ vt puta quia am-
6 bo peccant peccato adulterij. Et tunc est cõclusio * ꝙ grauius peccat fidelis q̃ infidelis/ ratio est in euidenti: primo quia fidelis habet maioreʒ notitiam/ ⁊ sic magis ex certa scientia peccat: secundo quia magis ingratus est habẽs donum fidei/ cui plus dedit deus: quod est signum maioris ingratitudinis/ ⁊ sic peccati: tertio quia sacramenta q̃ suscepit indignus violat ⁊ fedat: hinc Apostolus. ij. ad Corinthios. ij. c. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitie q̃ post agnitionem retrorsum conuerti.
¶ Si autem comparare velis peccatum infidelis quo scilicet peccat peccato infidelitatis: ad peccatuʒ fidelis quo peccat peccato scilicet auaritie vel luxurie/ salua fide saltẽ informi: ⁊ tunc est conclusio/ ꝙ magis peccat infidelis q̃ fidelis: quanto grauius est peccatuʒ infidelitatis omni alio peccato/ vnde melius est habere fidem informem q̃ nõ habere: ita dicit Prepo. in dicto cap. scimus.
¶ Adde ad premissa que voluit Petrus de Ancha. in cle. ij. no. v. de vita ⁊ hone. cler. ꝙ in eadeʒ specie delicti magis punitur positus in dignitate/ religiosus ⁊ sacerdos q̃ alij inferioris gradus ⁊ status/ iuxta illud quod augetur peccatum dignitate prepositi. l. omnes. §. augetur. ff. de re militari. ¶ Ideo maiori pena punitur qui in maiori dignitate prepollẽs occulto reperitur in crimine/ vt. l. presbyteri. C. de episc. ⁊ cler. ratio quia prepositi sunt tanq̃ signum positi ad sagittam: vnde si male agunt faciunt delinquere populuʒ. c. magne. s̃. de voto. vide Jo. de Ana. in. c. excommunicamus. el. j. in. §. credẽtes. de heretic. vbi no. numero. v. ꝙ maior pena imponitur clerico q̃ laico/ subdens ꝙ religiosus in eodem gñe peccati/ plus peccat q̃ non religiosus.
¶ Item facit quod citat Paul. de cast. consilio. cccxlviij. in prin. notanduʒ ꝙ adulteriũ in prima parte vbi dicit ꝙ adulterium licet de sui natura sit graue ⁊ capitale crimen. xxv. distinct. §. criminis. circa medium. ⁊. xxxij. q. vij. c. quidẽ in omnibus. tamen fit grauius ex qualitate persone adulterе/ vt qꝛ rector parrochialis ecclesie/ a quo ꝓcedere debẽt salutifera monita ⁊ ministrari ecclesiastica sacramenta: vnde tanto detestabilius redditur/ quanto magis professioni contrariatur. l. famosi. in fine. ff. ad leg. Jul. maiesta. ⁊. l. presbyteri. in fine. C. de epi. ⁊ cler.
¶ Item grauius peccat socius q̃ alius: cum in eo erat cõfidendum. Cum inter socios quedam contrahatur affinitas. Jo. Fab. in. §. actionũ. col. ij. insti. de actio. ꝓpter quã magis desideratur bona fides q̃ in alijs contractibus. l. verum. ff. pro socio. Nimirum si in eum magis animaduertetur. glo. in. l. cum duobus. §. damna. in verbo. surreptum. ff. pro socio. ¶ Pro premissis habes etiam dictum Joannis Manach. in capitulo/ cum singula. s̃. de preben. ꝙ in religiosis ambitio est improbior: cum regule inseruiant strictiori: vide Sozinum consi. clvii. presens cõsultatio/ vbi late discutit quando delictum doli dicatur grauius: maxime an homicidium dicitur grauius furto: et ibi subdit vnum notandum/ col. pe. ꝙ non valet consequẽtia semper: imponitur maior pena: ergo est maius delictum. Cardi. et Jmol. in cle. ad nostram. de heretic. Et si dicatur statuto ꝙ pro tali delicto puta pro furto maior pena non imponatur: intelligi debet non de maiori per accidens: sed naturalem vt probatur ex his que habentur in. l. Item veniunt. §. cuʒ prediximus. ff. de peti. heredita. docto. in. l. certi cõditio. ff. si cert. peta. ¶ Item maior presumitur offensa ex causa antiqua q̃ ex superuenienti: ⁊ sic maior pena venit imponenda/ pro quo vide Alexand. consi. cxv. numero quarto. viso temate. volu. quarto. Probus.

e ¶ In specie. Uide Joannem Monachum. supra. in capitulo vno. de iniur. post medium. ⁊ domi. Bascoletum in arbo. diuid. ⁊ indiuid. chart. xxxv. Probus.

f ¶ Que dicuntur vicine. Alexand. in consi. xxij. col. ij. consi
7 deratis verbis. volumine quarto. dicit ꝙ vicini * etiam dicuntur/ qui ad inuicem exaudiunt. l. prima. §. eodem. ⁊ §. potuisse. ff. ad sillcia. ⁊ arg. no. per Bar. in. l. si tertius. in prin. ff. de aqua pluuia. arcen. ⁊ per Bald. in. l. si vicinus. C. de nup. vt quãdo distãt distantia vnius miliaris per aerẽ: qꝛ tunc exaudiuntur. ¶ Uide eundẽ Alex. quo ad propositum in consi. lvij. col. fi. ponderatis. vol. iij. vbi dicit ꝙ locus vicinus dicitur secundum glo. in. l. iiij. §. si tam vicinum. ff. de dam. infect. quando non distat per centum miliaria: vel intelligitur locus vicinus arbitrio iudicis: inspecta qualitate personarum/ loci/ ⁊ factorum. arg. l. j. ff. de iure delibe. ⁊. l. j. ⁊. ij. ff. si quis cautio. ⁊. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de ver.

signi. ¶ Si autē queras qui dicuntur vicini. vide que late tradit Signo. de homed.cō.xxxij.qui dicātur. Probus.

8 ¶ Legales. Quelibet quarum cōsistit ex.xx.miliaribus. l.j. ff.si quis cautio.z.l.in itinere.ff.de ver.signi.z fit mēsuratio horum miliarium/non per aerem sed per viā q̄ magis frequentatur:per no.per.l.eos:in fi.ff.de solutio.qd late discutit Alex.con.xxij.ɔsideratis verbis:vol.iiij.Probus.

h ¶ Iuratoriam. Alex.con.57.col.fi.pōderatis verbis/ vo. iij.dicit/q licet * iuratoria cautio de necessitate nō sufficiat(hoc statuto dictāte)tñ si nō potest pstari alia/hec sufficit.no.Jo.de imol.in.l.cū non facile.ff.si cui plusq̄ p leg. falcid.qr statutū debet interptari fm ius ɔmune.l.ij.C.de nota.c.cum dilectus.s̄.de ɔsuetu.

¶ Ratio videtur quod sufficiet qr statutū non debet inducere obligationem ad impossibile.l.impossibiliū.ff. de reg. iur.z.c.nemo potest:eo titu.hoc lib.nec ad aliqd turpe et contra humanitatē vt iniuriā patiatur.l. quod possit in carcerem detrudi eo nō valēte soluere:not.Alex.con.37.nu.vj visis z oportune:vol.ij.Probus.

i ¶ Scienter. In his z similibus sciētia multum operatur: p ea que tradit Alex.in con.j.col.ij.vol.iij.q illud * quod faciūt familiares potestatis scientis:videtur factuz de voluntate potestatis. Bar.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi ptori.in.r.q.ff.de no.ope.nuncia.qui p hoc allegat tex.in.c. cōstitutis.s̄.de testi.idem Bar.in.l.j.§.idem labeo.ff.q vi aut clam. pbatur ex no. per glo.in.cap. cum ad sedem.s̄. de restitu.spol.idem facit qd no.Alex.con.iij.col.ij.vol.iij. q vbi res vniuersaliter z in genere sunt subiecte restitutio ni fideicōmissarie:valet particularis alienatio facta de aliquibus de dictis reb9:qñ fit ab ignorante fideicōmissum specificū venit tñ in restitutione fideicōmissi:tex.sin.in.l.fi. § maritus de lega.ij.p quem ibi cōiter ita concludūt.Dy. Cy.Bar.z alij scriben.

¶ In simili no.idez Alex.in con.xvij.col.ij.pōderatis his eo.vol.iij.q regulariter remediū.l.ij.C.de rescind. vend. competit ignorāti nō scienti.per.l.j.in fi.ff de actio.emp.per l.ōrtur.§.si venditor.ff.de edilic.edicto. Ad id faciūt que citat idem Alex.in con.65.nu.7.attenta dispositione.eo. vol.iij.q si statuto caueatur q bānit9 possit impune offendi:z aliqs occiderit titium bānitum:tñ bannū erat nullum q tunc si hoc ignorauerit nō tenetur:secus si sciuerit: qd ibi late discutit/z in consi.lxxvij. visis dubitationibus.eo. volumine tertio.

¶ Vide postremo que in proposito tradit lapus allega.53 col.j.an oporteat.Probus.

k ¶ Et sic nota. Adde tex.in.c.nō afferamus.24.q.j.c. que fiunt.s̄.de his que fiunt a maiori parte capi.

¶ Adde etiam in simili q̄ not.Jason in con.lxxiij.col.j.pro parte negatiua:vol.iij.q donatio debet cōmensurari meritis.Probus.

l ¶ Mensura culpe. Idem Jo.mo.in.c.sine culpa.j.de reg. iur.qui addit q mensurando non existente mensura locuz non habet.C.de penis.l.sancimus.

10 ¶ Glo.in.c.cum quidam.s̄.de iureiur:dicit q in q̄titate * cōtemptus:metitur deus q̄titatem reatus : vide lapum allega.cxxiij.in fine quidā exposuit/ vbi inter alia adducit illud Hieron.contra pelagiū/leuia leuib9/z grauia grauibus cōparantur:nec ferula pro gladio dignū est.Et cōtra infamiam grandi plaga alta z prolixa! opus est medicina

11 m Alias est alleg.cxvj.fm magnā impressionē.Probus.

¶ Punitus semel. Regulariter dicitur:q quis * duabus legibus reus non fiat:sed dic pcedere qñ delictum est simplex:secus si mixtum:qr tunc punitus per iudicē ecclesiasticum adhuc punitur p laicū:ratio est in euidēti:qr qñ aliquis delinquit in crimine mixto:facit iniuriā legi ciuili:et legi canonice/qr venit cōtra pceptum vtriusq̄ : ergo censetur se obligare penis p vtrāq̄ legem traditis : ista late vide deducta per scrib.in.c.j.s̄.de off.ordi.z ibi do. Alcia. sub nu.xxj.z Petr.belingu.in specu.princi.rub.xj.in.§.viso in fine.Probus.

n ¶ Excedit. Adde Neapo.decis.ccvj.penes.Probus.

o ¶ Per secularem. Vide Neapoli.decisio.ccxix. in foro archiepiscopi.Probus.

p ¶ Uniuersitate. Que secundū philosophū diuiditur in tres partes quarum vnam sacram/alterā publicam: alteram priuatam appellat ipse Philo.ij.phisicorum circa mediū:no.Petrus de Ancha.con.ccclxj.in princ.q̄ superius . Prob9.

q 12 ¶ Punita. Qñ vniuersitas * debeat puniri attēde ad ea q̄ licet.Petr.de Ancha.con.clviij.col.iiij.ex narratis.

¶ Et dic vniuersitatem delinquere:qñ delictum factū est cōicato consilio z deliberatiōe pcedente eorum qui repsentant ciuitatē:vel factū est ab ipso populo more ɔsueto congregato ad sonū cāpane/aut alteri9 signi/de quo late per Jaso.in con.cxxxix.col.j.in psenti.vol.4. z per Hiero.de tortis in quodā suo consilio posito post con.Anth.de Butrio.colum.ij.z ibi reperies materiam tex.nostri ad lōgum deductam.Probus.

r ¶ Ut aliqui. Dictio est que etiā in vniuersitate verificatur tex.cum glo.in ver.aliqui in.c.vt circa.s̄.de elec. hoc lib. que allegat tex.in.l.metū.§.aiaduertādū.ff.q met. causa.

¶ Pariter idem videtur dicendum in dictione illa alicui/ vt probat Deci.con.489.nu.j. visis z cōsideratis:vbi in fine vnū subdit in pposito Jo.mo.hic q vniuersitas obligatur ex delicto:licet a principio nō cōsenserit: vbi actus habet tractum successiuum.pro quo vide Petrz. de Ancha.in con.clvij.ex narratis.Probus.

s ¶ Ut in facto. Adde Alex.con.xiij.colum.iij.consideratis his volu.vj.Probus.

t ¶ Digniores. Idem Joā.mo. in.c.j.j.de reg.iur.dixi.s̄.in

13 hoc.c.in verbo passa: vltra q̄ adde/q eo q maior est vis * animi q̄ corporis(iuxta illud nostra omnis vis in aīo z corpore sita (st animi iperio corporis seruitio/magis vtimur) eo igitur grauiora sunt mala q̄ aīo cōcipiuntur q̄ que corpore feruntur.Probus.

v ¶ Ibi Roma. Idem Joā.mo.in.c.vbi.s̄.de electioni . z ibi dixi.Probus.

¶ De pœnitentijs & remissionibus. Rubrica.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Actus sunt totius coniuncti.
Duplex est purgatio criminum.
2 Donatarius naturaliter est obligat9 donanti ad antidora.
Qui libertatem recipit eum recōpensare oportet.
3 Anima est preferenda corpori.
Anima est tanq̄ tabula rasa in qua nihil depingitur:depictibilis tamen scientia z virtutibus.
4 Corpus nostrum ex peccato primorū parentum habet corruptionem.
5 Baptismus est prima lotio corporis exterius/z anime interius/z ab ablutione corporis incipit.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Qui sua dat largo/non dat/sed fenerat illud.
2 Obligatio antidoralis nō habet locum in nobilibus.
3 Prelat9 studēs auaritie est infamis /infamia iuris z facti.
4 Omnis creatura mouetur ad benefaciendum ei qui sibi benefacit.
5 Papa mouetur ad facilius concedendum gratiam/ suo familiari q̄ alij.
6 Mutuans cum pacto q talis mutuabit totidem/alia vice dicitur vsurarius.

1 Dictum est.s̄.d criminib9:quorum commissio seu perpetratio est totius coniuncti / quia actus * sunt totius coniuncti secunduz Philosophū:vnde dicto de criminibus: fuit equuz tractare de his q̄ purgant crimina. Et sicut ipsa sunt totius cōiuncti: vt est dictum:ita fit duplex purgatio criminum/quo ad corpus principaliter/per penas : quo ad animam principaliter per penitentias z remissiones per debitas commutationes:ideo hic annectit de penit.z remissio.

¶ Fit enim quedam compensatio quod hoc video in contractibus/dono tibi rem modo non teneor tibi/ sed tu mi-

2 a hi: quia tu es obligatus * mihi naturaliter ad; antidora a ff.de peti.hered.l.sz z si lege.§.consuluit.z hoc casu est quedā pmutatio/vt.d.§.que a Philosopho vocatur compensatio:ipso dicente de eo qui liberalitatem recipit/eum recompensare oportet: hoc idem videmus in delictis / das mihi

dam: nũ in re mea:abest mihi/ꝛ adest tibi / saltem in affectu tuo expleto:in pena fiet compensatio b qꝛ tu dabis mihi ꝯpensationẽ in pena in qua tibi aberit ꝛ mihi aderit. Et sic iniusticia que est inequalitas: ꝑ istam ꝯmutationẽ/seu recõpensationẽ/reducetur ad equalitatem/de hoc no. §. titu.proximo.c.fi.§.ceterum.

3 ¶ Sed cũ * aĩa sit ꝓferenda corpori.C.de sacrosan.eccle. l.sancim⁹/ꝛsic iste titulus ꝓcedẽtẽ ꝓcedere debet. Sol.ẽm philosophum/aĩa est sicut tabula rasa in qua nihil depingit/ depictibilis tñ sciẽtia ꝛ ꝟtutib⁹/q̃ vnita corpi ꝯtagiõe

4 ex vnione cuz corpe recipit. Nã * corpus nr̃m ex peccato primoꝝ parentũ habet corruptionem. Et ob hoc sicut est primo corpus contagiosum: siue ex eo aggrauatur aĩa ita debuit a purgatione corporis ꝑ penas inchoari. Sicut vi

5 deo/baptismus * est lotio prima corporis exterius/ꝛ anime interius/ꝛ ab ablutiõe corporis incipit.Io.Mo. Car.

a Antidora. Apud legistas communiter legimus antidora/ sed apud nos antidota. glos.tamen in cle. vna in verbo antidotum/de iure= iur.sentit melius pro antidota q̃ pro antidora. Et pro intento fa-

1 cit quod vulgo dici solet qui * sua dat largo:nõ dat:sed fenerat illud.Semina pauca iacet/ cõmoda multa metet. Et ea enim sunt pulcherrime dona/ que delectãt accipientez/iuxta illud Artaxersis prestãtissimi persarum regis/non regale minus atq; humanum est in ipso imperatore ꝛ rege accipere parua munuscula q̃ ingentia munera elargiri.

¶ In puncto obligationis ad antidota attende ad ea que citat Io. Lupus in repe.rub.§.de donat.inter vir.ꝛ vxo=

2 charta mihi.v.col.iij.nume.vij.dũ dicit ꝙ obligatio * ipsa locum nõ habet in nobilibus:quod est dicere/ ꝙ si nobilis det alicui donatari⁹ ille non obligatur ad antidora: ratio qꝛ nobilis reputat se quodãmodo debitorẽ ꝛ obligatũ ad liberalitatem/ꝛ donationes faciendas:istud verificatur ꝑ no.in.c.j.ibi hanc sibi quodammodo nobilitas legẽ imponit.§.de dona.per quem tex.sing.Barba.ibi ait ꝙ si epus

3 * aut alius prelatus ecclesie studet auaritie / est infamis infamia iuris ꝛ facti:adeo ꝙ et tanq̃ infami non creditur.

¶ Et habeas cognitionem huiusmodi obligationis principaliter causata ex nature instinctu:dic dici ab anti quod est pro ꝛ doros donatio.glo.in.c.cuz in officijs.§.de testa. glo.in.c.illud.viij.q.ij.que adducunt tex.in.l.sed si lege.§.

4 ꝯsuluit.ff.de peti.heredi.vbi glo.no.dicit:ꝙ * onus creatura mouetur ad benefaciendum ei qui sibi benefacit/ ꝛ talis obligatio ex instinctu nature ꝓcedit/nõ ex iuris necessitate/no.Alex.con.cxxxij.nu.vj.perlectis:vol.v.

¶ Hinc est ꝙ Nicol.de Neapol.insti.de obliga.in princ. dicit/ꝛ hec obligatio cadit in brutis ꝙ licet filius matri(iure naturali ꝛ alio)teneatur:tñ si matrẽ premiat:filio tenetur ad antidora. Et sic non solũ cadit inter extraneos: sed etiam inter suos:no.Ang.in auten.de non elig.secu.nuben. colla.prima in prin.

¶ Effectus autem huiusmodi obligatiõis antidoralis collige:vt per Iaso.in.l.ex hoc iure.ff.de iust.ꝛ iur.

¶ Pro intento facit quod citat Do . in cõsi. cxxviij.factũ tale est / vbi dicit ꝙ papa facilius mouetur ad cõcordãdaz

5 gratiã * familiari suo/q̃ alteri/cum ex obligatione naturali teneatur sibi recompensare seruitia / familiaritas em̃ ꝯmensalis inclinat aĩum domini citius in vtilitatẽ familiaris q̃ alterius.c.insinuante.§.de off.dele.ꝛ.c. accedẽs el.ij.§.vt lite non contesta.

¶ Pro premissis vide Iasonem in con.lxxlij.col.iij.pro parte negatiua/vol.iij.vbi ait ꝙ donatio que fit propter remunerationem non est proprie donatio/sed est quoddam genus permutationis vt ibi late probat. Probus.

b ¶ Compensatio. Intellige sane.i.beneficij accepti remuneratio:quia abligatio antidoralis nõ est potens ad compensandum:qꝛ est sine effectu: scd̃m Iaso.in.l. ex hoc iu-

6 re.nu.73.ff.de iust.ꝛ iure. operatur tamẽ ꝙ si deducatur ĩ pactũ * ꝯtrahitur vsura:puta si mutuo tibi centum ducatos gratis/cum pacto ꝙ alia vice mutues mihi tantundẽ gratis:est vsura.glo.sing.in.c.si feneraueris. 14.q.3.quez allegat Panor.in.c.consuluit/in fi.§.de vsur. ad ꝓpositũ vbi Lauren.Rodulphi in repe.col.ij.versi.oppo.ij. qui tenet cũ glo.adducens rationes duas / prima est qꝛ deducere in pactũ sapit spem lucri.Secũda est qꝛ antidoꝝ nõ est debitũ simpliciter:ideo cuz deducitur in pactũ nascit obligatio/ꝛ ita plus promittitur:ergo est post pactũ debitor/ q̃ prius non erat ex ante donato debitor/sic esset vsura/ex quo plus promittitur. Roma.con.ccccc.nu.ix. quod sumit exordium summarius questionis.in ꝓposito aliam adducit rationem/ꝙ remuneratio seu recompensatio istius beneficij non est taxata a iure naturali/nec ab aliqua ratiõe intellectus/quapropter deducere voluntatẽ ipsius remunerationis/ad necessitatẽ ꝛ obligationẽ informem/ nõ est iusticia naturalis:nec ex debito iusticie/licet sit ex debito amicitie/ex quo non inducitur remunerationis necessitas sed spõtanea volũtas/ista sunt verba beati Tho.que citat Bal.in rub.de vsur.C.col.j.Probus.

¶ Innocentius Quartus in concilio Lugdunen, Cap.j.

Romana ecclesia, & infra. Questoribus autem fabricę Remẽ. ecclesię Remẽsis archiepiscop⁹ seu eius officiales citandi suffraganeorum,ipsi⁹ ecclesię subditos (quos iidem quæstores sibi resistere aut nolle parere dixerint) vt super hoc compareant coram ipsis , nequaquam tribuant potestatem.Super benigna vero ipsorum receptione ac subuentione ipsi fabricę facienda posfunt eosdem suffraganeos & alios christi fideles Remensis prouinciæ charitatiue monere.

¶ In concedendis quoque indulgentijs non excedat Remensis Archiepiscopus statutum concilij generalis,

Romana, Duo dicit. Primo ꝙ archiepus Remẽsis/ vel eius officialis nõ põt compellere subditos suffraganeoꝝ ad cõferẽ duz fabrice Remẽ.eccle. ipsos tñ põt charitatiue monere.Scd̃o dicit ꝙ archiepus in cõcedẽdis indulgẽtijs nõ excedat formã cõcilij gñalis.Et lege sic l'raz[Remẽ. archiepus] vel eius officialis ne quaq̃ tibi ꝑ q̃stoub⁹ ꝛc. [resistere]qꝛ forsan volũt ꝑ alijs audiri[parere] super conuocatione populi:cui⁹ratio potest esse duplex:prima qꝛ in istis archiepus nõ hꝫ a iure cõi iurisditionẽ.§.de off.ord. pastoralis.j.Reso.scd̃a qꝛ materia in qua vult archiepus sibi parerl/nõ hꝫ iurĩ executionẽ: sꝫ charitatiuã solicitationẽ/ vt ĩ.subijcit.ꝛ.§.de cẽlib.c.cũ ap'lus.§.sustinemus.nec cãcella

a ria dat literas hoc casu ꝯpulsorias:sꝫ ꝓcedit ẽm cõciliũ a gñale.§.eo.cũ ex eo.[corã ipsis]archiepo/vel eius officialib⁹/[ipsoꝝ] q̃stoꝝ[gñalis].§.eo.cũ ex eo.Io.Mo.Card.

a Conciliũ generale. Istud est nomẽn collectiuuz quod ꝛ alia plurale significantia possunt coniungi cum verbo pluralis numeri/ text. in capitulo.significauerunt nobis capitulũ/ vbi Panor.supra.de exceptio.no.in capitulo. capitulum/de rescrip.§. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Capitu. ij.

SI episcopus suo subdito concesserit vt sibi possit idoneum eligere cõfessorem, ille quem is eligerit in casibus qui eidem episcopo specialiter reseruantur, nullam habet penitus potestatem. Cum in generali concessione illa non veniant quæ non esset quis verissimiliter in specie concessurus. ¶ Nulla quoque potest consuetudine introduci, quod aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit soluere vel ligare.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Casus reseruati episcopis non transeunt sub generali cõmissione.
2 Consuetudo non prodest vt quis sibi eligat ꝯfessorem/ꝑter superioris sui licentiam.
Cum mala fide non prescribitur.
Consuetudo contra ius cõmune nõ tenet nisi prescripta.

1 SI episcopus, Duo dicit: primo casus * reseruati episcopis non trãseunt sub generali commissione/ vt not.ĩ.hoc lib.de reg.iur.in generali. secundo: consuetudo nõ a prodest vt aliquis sibi eligat confessorẽ preter sui superioris licentiam. Et est ratio b q2 ista consuetudo esset ecclesijs onerosa. Cũ ouis ꝓpria sine pastore suo recederet ab ouili.s̃.de consuet.c.j. Et quia ius commune notorium 2 s̃.eo.omnis/contra istam pugnat: tam haberet * malam fidem cum qua non prescribitur:vt.ĩ.hoc lib.de regu. iur. capitulo secundo.
¶ Et consuetudo contra ius scriptum non tenet nisi prescripta.s̃.de consue.c.finali. ꝛ not.s̃.hoc lib.de priuileg. cum persone. Joan. Mona. Cardinalis.

a NOn prodest. Operatur tamem vt quis in propria causa possit esse iudex. c. j. de penis/hoc libro.pro quo in simili Alexã. consi.xiij.ver.Sexto oppono.considera- b tis.vol.vj.Probus.
¶ Et est ratio. Que apud mortales precipue commendari debet/ iuxta dictum Senece: si vis tibi omnia subijcere / te subijcias rationi: quia ratione vincendum est.xxiij.q.vj.refert archi.in capitu.vt quis duas.in prin.s̃.de electio.Probus.

¶Bonifacius Octauus. Cap.iij.

INdulgentię que ab vno vel pluribus episcopis in ecclesiarum dedicationibus vel alijs quibuscunque casibus conceduntur, vires non obtinent si statutum excesserint concilij generalis.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Episcopi extra territorium suum indulgentias nõ concedunt/prout nec vltra concilium.
2 Si indulgentia non valeat vltra ꝑmissum/an valeat in eo quod est cõcessum indulgere.
3 Ex quo priuilegium trahitur ad perniciem/non tenet.
4 In facto anime reus in vno/est reus in omnibus: quo ad gratiam/qua priuatur.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Effectus statuti non habet locũ extra territoriũ.
2 Concessum per aliquem vltra quã poterat/nõ valet:etiã in permisso.
3 Ad indulgentiam consequendam sola bona voluntas non sufficit.
4 In opinionibus contrarijs stare debemus vltime.

INdulgentiæ, Hec decreta.obuiat fatuis cõcessionibus episcoporum cõcedẽtiũ ĩdulgentias ampliores/ꝗ͂ concedat cõciliuȝ generale.s̃.eo.cũ ex eo/quos vidi facere fraudem dicto ꝯcilio. Nã videntes ꝙ extra a * territorium a 1 suum indulgentias ꝯcedere nõ possunt.ĩ.de sent.excõi.a nobis/primo eas cõcedebãt sub ratihabitione ꝓprij epi: que fraus hoc c.merito reprobatur: q2 eps proprius: vltra conciliũ ꝑdictum nõ posset ꝯcedere. Ergo nec vltra ratum habere. ff. rem ratam haberi.l.bonorũ.j.Re. Ex hoc etiã. c. reprobat glo.in.d.c.cũ ex eo.posita.
2 ¶Sed quero/eps * concedit indulgentiam vltra dictũ cõciliũ:nunquid saltem pro numero dierum qđ potest dare eps:habẽtur argu.pro ꝛ contra.ĩ.hoc lib.de reg. iuris b vtile. Et credo istam indulgentiam in nullo b valere:sicut indiscretã ꝛ superfluã:vt.d.c. cum ex eo.§.ad hec.ibi vires non obtinent: quod intelligo:nec in totum nec in partem: presertim in materia non iure communi procedente: sed ex priuilegio in corpore iuris clauso.s̃.eo.quod autem.ꝛ.c.cũ ex eo §.fina.ꝛ.s̃.de excel.prela.accedentibus. Quod si qui 3 c dem priuilegium * ex quo trahitur ad pernicieȝ:nõ tenet c xj.q.iij.priuilegium.s̃.de deci.suggestum.ff.de vulga.ꝛ pupil.substitu.l.ex facto.ij.Reso. Ex quo enim iste ratificans facit contra mentem dicti cõcilij : tunc ex eo:non debet per illud intentuȝ consequi/arg.ff.solu.matri.si ab hostibus.ij. Reso.vnde forsan habet locum brocardicum. Si non valet. vt ago.ꝛc.de quo no.s̃.hoc lib.de despon.impub.c.si infantes.§.primo. Quidaȝ contra arg.ff.de vsur.placuit.ff.de iure dotium.siue generalis.C.de donatio.sancimus. in prin. ff.de aqua quotidi.ꝛ estiua.l.prima.§.item queritur.
¶Item hic agitur de pene remissione quod est fauorabile.ꝛ sic ampliandum.ĩ.hoc lib.de reg.iur.odia. de peni.distinctio.prima/pene: sed dic premissa iure communi proce- d duntːsed hoc casu d fit gratia:que propter peccatum facie e 4 tis reputatur e indebita. Et in * facto anime/reus in vno est reus in omnibus quo ad gratiam qua priuatur.ĩ.de regul.iur. defleat. Jo.Mo.Card.

a 1 Extra. Etiam extra territoriũ * non habet locum statuti effectus.not. Dec.con.cclxxvj. col.fi.proponitur quod dñs.
¶ Intentuȝ Jo.Mo. vide cõprobatum per Oldra. consil. lxxiiij.queritur si prelatus/in versi. in contrarium videtur. Petr.de Anchara.in repe.regu.ea que.col.v.versi.secundo oppono. ꝛ in.c. postulasti. in.iij.oppo.supra.de foro compe. Probus.
b ¶In nullo valere. Adde que in simili dicũtur per Neapo. 2 decisio.cvij.in causa domini motie. Qз si res * locatur vltra tempus permissum:quod etiam non valebit in tempore

ꝓmisso.lap.allega.lxxx.queris cũ locatio.

¶ Item si princeps potest concedere dilationem quinquẽnalẽ/sed excedere nõ põt: si excessit/qꝛ concessit vsqꝫ ad septem annos: non valebit concessio: vsqꝫ ad quinqꝫ annos: no. Paulus de castro. in.l.precibus.in fi. C. de precib. impe.offer. Probus.

c ¶ Non tenet. Uide que dixi in.c.episcoporum.s.de priuileg. Jo.mo.in.c.statutum.s.de rescrip. Probus.

d ¶ Hoc casu. Istud firmatur per vnam regulam magistralem ꝙ ad * consequendam indulgentiam pro remissione peccatorum: bona voluntas non sufficit: ꝛ sic intentio non operatur: vt qs suscipiat indulgẽtias a falso prelato seu q̃store: qđ multis cõprobat Oldra.cõ.lxxvj.ver.in ꝯtrariuꝫ querit de illo/ad idẽ Card.in cle.ij.i.§.ad hec isto titu. refert. ꝛ sequit Decius.con.cclxxvij.colum.j.consultus a reuerendo domno. Probus.

e ¶ Reputatur indebita. Hanc igitur teneas tanqꝫ anime fauorabilem ꝛ vltimam opinionem glo.fi.in.l.qui filium.ff. ad trebel. Ex qua Doc.eliciunt. ꝙ * in opinionibus contrarijs stare debemus vltime: qđ placet Petro de Ancha. con.ccviij.col.iiij.iudex/vbi subdit/ꝙ quando in sentẽtia sunt verba sapientia contrarietatem statur vltimis/vt si iudex dicit condemno/imo absoluo.glo.sing.in capi.predicator.xvj.q.j. Probus.

¶ De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti Rubrica.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Excommunicatio est maior pena que reperitur in ecclesia dei.

2 Excommunicatus in vno loco vbiqꝫ pro excommunicato debet haberi.

D Icto de criminibus/quibus ꝓbatis pene ꝛ penitentie imponũtur vt.s.duobus titulis ꝓximis habitis: sequitur de sentẽtia excõmunicationis a suspẽsionis: ꝛ interdicti: que imponuntur plerunqꝫ: quando penis ꝛ penitentijs non paretur: vnde in contumaces dicte sententie proferuntur: ꝛ pro grauibus culpis.xj. q.iij.nemo.ꝛ.c.nullus.ꝛ.c.certũ. Joan. Mona. Cardinalis.

a 1 E Xcommunicationis. Que * in ecclesia dei pena maior reperit: tex.in.c.corripiantur.xxiiij.q.iij. Panor.in.in.c.oliꝫ.el.iij.nu.x.s. de restitu.spoliato. Et dicit Jas. post Paul.in.l.si is quod.ff.de iurisd.om.iud. ꝙ excõicatio domini est põderabilior vnguibus ancipitris. Et excommunicatus in 2 vno loco * vbiqꝫ pro excõmunicato debet haberi.c.cũ ab ecclesiarum.s.de offi.ordina.ista est pena que diminutionẽ status respicit: que locum habet vbiqꝫ: vt infamia.l.ex ea.ff. de postula.vbi no.ꝙ pene que afficiunt personam ipsam sequũtur/sicut lepra leprosum: ita dicit Petrus de Ancha. in.c.cuꝫ secundum leges: col.ij.s.de here.hoc lib.subdẽs aliud videlicet hoc non habere locum: quando pena respicit certi loci vel artis interdictionem: quia tunc extra territorium non extenditur pena: sed ad quedam loca.l.relegatorum.§.primo.ꝛ.§.interdicere ꝛ.§.sequen.ff.de interdict.ꝛ relega. pro hoc vide que tradit Decius consilio 457.nu.vj.in causa gabelle. Probus.

Innocentius Quartus in concilio Lugdunen. Cap.j.

C Vm medicinalis sit excommunicatio non mortalis, disciplinans nõ eradicans, dum tamen is in quem lata fuerit non cõtemnat caute prouideat iudex ecclesiasticus, vt in ea ferenda ostendat se ꝓsequi, quod corrigentis fuerit & medentis.

¶ Quisquis igitur excommunicat excommunicationem in scriptis proferat & causam excommunicationis expresse cõscribat, ꝓpter quã excommunicatio proferatur. Exemplum vero huiusmodi scripturę teneatur excommunicato tradere infra mensem si fuerit requisitus, super qua requisitione fieri volumus publicũ instrumentum vel literas testimoniales confici sigillo autentico consignatas.

¶ Si quis autem iudicum huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem vnum ab ingressu ecclesię & diuinis officijs nouerit se suspensum. ¶ Superior vero ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans latorem excommunicato ad expensas & omne interesse condemnet, & alias puniat animaduersione condigna, vt pœna docente discant iudices quam graue sit excommunicationum sentẽtias sine maturitate debita fulminare. ¶ Et hæc eadem in suspensionis & interdicti sententijs volumus obseruari.

¶ Caueant autem ecclesiarum prælati & iudices vniuersi, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant, quoniam si contingeret eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut prius irregularitatem non effugiẽt iuxta canonicas sanctiones, super quæ non nisi per summũ pontificem poterit dispensari.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Sententia excommunicationis debet esse medicinalis.
Non est in medico semper releuetur vt eger.

2 Quod legitime est factum/pena non meretur.
Sententia hominis potest esse iusta ꝛ iniusta.

3 An omnes iudices ꝛ prelati/etiam regulares/hoc statuto comprehendantur.

4 Species est de genere extracta.

5 Rectores parrochiarum dicuntur prelati.

6 Iudex deuotis debet paternam exhibere prouidentiam: ꝛ delinquentibus ꝛ indeuotis terribilem.
Sententia excommunicationis lata non in scriptis/ tenet licet sit iniusta.

7 Diffinitiua sententia ponit finem controuersie.
Finis melior ꝛ amplior debet esse his qui sunt ad finem.
Excommunicatio ex falsa causa lata ligat/ licet absolutio ex falsa causa non teneat.

8 Si causam ignoras quomodo curas : si curas non est tui muneris: sed fortune.
9 Appellatio a diffinitiua est iniquitatis sententie querela.
Quare exprimatur causa in sententia excommunicationis ⁊ non in sententia diffinitiua.
Adiectio temporis quando fit in fauorem alicuius: operatur vt hic.
10 Excommunicatus non tenetur venire cum sacco paratus.
11 Ultima mora nocet.
12 Qui vim facit/dolo fecisse dicitur.
13 Temerarie facit/qui fatue/vel stulte/vel sine causa facit.
Obligatus sub cõditione: illa deficiente solutus est.
14 Irregularis proprie dicitur qui ordinem habens ⁊ carẽs ordinis executione immiscet se diuinis.
Ordines sacri qui dicantur: vide hic.
15 Sacerdotium est ordo perfectior respectu aliorum.
Episcopus nõ differt specie a simplici sacerdote: sed sicut maius ⁊ minus sunt.
16 Mensam benedicere iuuat: vt hic.
Notorius fornicator/ ⁊ simoniacus / si celebrant sunt irregulares.
17 Pena non debet prestare immunitatem.
18 In multis parificantur excommunicatio/interdictum / et suspensio.
16 Excommunicatio est eterne mortis damnatio.
Eterna mors est tantum anime rationalis.

Summarium Domini Philippi Probi.

1 Medicus ⁊ iudex debent ordinare secundum leges artis.
Iniuriam facit legibus qui vult se in meliorem videri q̃ sunt ipse leges.
2 Regulariter verba sunt intelligenda secundum proprium intellectum.
3 Attenditur illud quod est equius ⁊ iustius.
4 Fauor ampliatur/ ⁊ odium restringitur.
Abbatissa venit appellatione prelatorũ: qr habere possũt collationem beneficiorum.
5 Effectus actus requiritur/ vt faciens in penam legis incidat.
6 Que scriptura aguntur/mente deliberatiori procedunt.
7 Sensus visus/est perfectior omnibus sensibus/ ⁊ cunctos sub se continet.
8 Quis non potest allegare se ignorasse: id de quo erat publica fama.

Cum medicinalis, In hoc ca. sex dicuntur. Primo lator canonis prohemium ad dicenda ponit. Secũdo §. [quisquis] statuit. Tertio §. [si quis] cõtra statutum facientes certa suspensione punit. Quarto §. [superior] alias penas adijcit. Quĩto §. [Et hec eadẽ] statutum promissum ad suspẽtionis ⁊ interdicti sentẽtias extendit. Sexto §. [caueant] iudices incurrentes penam huius constitutionis attentos reddit: ⁊ attẽto ordine statuta fiunt/ vt secundum ea viuamus: transgredientes ea/ penam sustineamus: ⁊ sustinentes ea non aggrauemus: di-
1 a cit ergo * q̄ sententia excommunicationis est .i. esse debet medicinalis a: vt sit equa ex causa ordine ⁊ anima tũc enĩ bene purgatur quis per medicinalem excõicationem : cũ in iusticia cause ordinis ⁊ animi sui mouetur. xj. q. iij. §. si ergo: tunc enim excommunicatio est medicina anime peccatricis nõ mors: vt ip̃a salua fiat. xj. q. iij. audi: ⁊. ij. q. j. c. multi: quod est verum si excommunicatus obediat / non contemnat/ ⁊ tunc non imputetur medico anime: sed contemtui excommunicati: argu. ff. de off. presid. l. illicitas. §. sicuti. s̄. de homicid. tua. s̄. de eta. ⁊ quali. ad aures: vnde versus: non est in medico semper releuetur vt eger. Et Philo. nec medicus semper sanabit: nec orator omnino persuadebit: sed si de contingentibus artis nihil omiserit / illum
b dicimus sufficienter habere artem. Est igitur excõmunicatio medicinalis in medico recte b operante: ⁊ in excõmunicato humiliter recipiente. Sed est mortalis tam in medico q̃ excommunicato non recte se habẽtibus: agendo ⁊ patiendo: vnde cum hic sit actio ⁊ passio que sunt idẽ motus differens per terminum a quo ⁊ ad quem: iste motus ad excommunicatorem relatus a quo est iste motus est actio. Et ad excommunicatum ad quem est iste motus est passio idem dico de verbo disciplinans .i. disciplinam dans [non eradicans] .i. non euellens: dummodo ⁊c. non contemnat: ⁊ tunc amplius ex contentu ligatur. xxiiij. q. iij. notãdum in fine. s̄. eo. c. per tuas. ver. verum in alijs [quisquis] hoc statutum non loquitur in sententia canonis que est iusta iiij. distin. erit.

2 ¶ Et quod * legitime factũ est pena non meretur. C. ad leg. iul. de adulte. graccus. Sed sententia hominis que potest esse iusta ⁊ iniusta : ⁊ quando est iniusta contra tenorem statuti huius decre. ferens tenetur penis ĩfra subiectis. Et hec est ratio quare testes non possunt cogi ferre testimonium super sententia excommunicationis late a canone : q̄ semper fertur propter crimen. Sed super sententia hominis que potest esse iusta ⁊ iniusta possunt testes compelli.

3 c ¶ Sed queritur * an omnes iudices ⁊ prelati etiam regulares hoc statuto comprehendantur : dico c q̄ sic propter verba generalia hic posita: ⁊. j̄. eo. §. caueant. ⁊ arg. ff. de hered. insti. hoc articulo: exceptis episcopis qui non comprehenduntur quo ad penam suspensionis. j̄. eo. c. quia periculosum. Et est ratio: nam si dicta constitutio quia precedit istam hec non extenditur ad constitutionem: quia. ff. de penis sanctio.

4 ¶ Sed contra species est * de genere extracta. j̄. hoc lib. de regu. iur. generi. ⁊. c. in generali.

¶ Sed nunquid hoc statutum intelligatur / etiam si feratur sententia vaga seu incerta: vt. s̄. de off. ordina. c. si sacerdos. Et dixerunt quidam q̄ non propter plura verba huius statuti. Contra dic propter generalitatem huius statuti quod fauet subditis contra superiores perperam sepe agentes. Et dato quod feratur sententia incerta prima facie: vt. s̄. eo. a nobis. j. ⁊. d. c. si sacerdos. Et quod est feren-
d de d sententie: sepe fit per hominem late. s̄. de vita ⁊ honesta. cleri. clerici arma. potest tamen reduci ad certam ex post facto. arg. inst. de actio. §. curare. ff. de re iud. l. si quis ab alio. in fine dicendo talis portauit arma/ vel talia egit: vt. d. c. cauetur. Et interest istius contra quem allegatur excommunicatio ⁊ copiam excõmunicationis late habeat vt copia legitime defensiõis non subtrahatur/ arg. C. de he-
e ret. quoniam. in fine. prius dictũ credo equius: e ⁊ magis cum tex. concordat: quia hic agitur de pena que nõ est am-
5 f plianda/ de peniten. distinct. j. pene. Et dico * rectores f parrochiarum prelatos. supra. de offic. delega. si quando. supra. de offic. ordi. cum ab ecclesiarum. isti enim excommunicant / suspendunt / et interdicunt / et absoluunt : ergo prelaturas habent. supra. de electio. dudum. secundo §. tandem. Et in foro anime sunt iudices. s̄. de peniten. ⁊ remissio. omnis. Etiam abbates ⁊ locum abbatis tenentes/ vt sunt priores ⁊ prepositi in multis religionibus excommunicant. s̄. de symo. sicut tuis [excommunicat] .i. excommunicare intendit: nam ante prolationem debet delibera-
6 re/ vt. s̄. eo. ibi caute prouideat ⁊c. vnde iudex * qui deuotis debet paternam exhibere prouidentiam : sed in delinquentibus ⁊ indeuotis se terribilem. auten. de mãda. prin. §. nõ pretermittas. colla. iij. auten. vt iudic. sine quoquo suffragio. §. eos autem. colla. ij. debet sumere consilium pro filijs. ff. ad legẽ. Jul. de adulter. nec in ea tardius q̃ potest ad excommunicationem procedens [in scriptis] histerõ proteron: nam iudex causam excommunicationis habet primo conscribere/ ⁊ tandem excommunicationis sententiam
g h in scriptis g ferre h.

¶ Sed dato q̄ in scriptis non fiat: tamen tenet sententia. licet sit iniusta. s̄. eo. sacro. ⁊. s̄. de cler. excommunica. mini-
i str. apostolice. ¶ Sed diffinitiua que debet i ferri in scri-
k ptis: k si feratur sine scriptis nulla est. ij. q. j. statutis.

7 ¶ Sed cur tam varie: dic diffinitiua * finem imponit controuersie. ff. de re iudic. l. prima. Excommunicatio nõ: quia fertur vt infirmus specialiter curetur. xj. q. tertia. audi. et sic finem sanitatis intentum recipiat: ⁊ finis melior ⁊ completior debet esse in his qui sunt ad finem: ergo defectus in his qui sunt circa finem maior erit secundum philosophum: ⁊ excõmunicatio ex falsa causa lata ligat / licet ab-
l solutio ex l falsa causa non teneat/ no. s̄. de offi. ordina. ex parte: ergo magis sine causa expressa ligabit: debet ergo excommunicationis sententia habere causam expressam. arg. s̄. de libel. oblatio. c. iij. ff. de transactio. l. cum hi. §. in
8 causa: nam secundum Galienũ: Si causam * ignoras: quo modo curas/ si curas non est tui muneris sed fortune.

m ¶ Sed in diffinitiua nō m est necesse causaz exprimere. s. de reiudic. sicut nobis. Sed quare hoc: dicut est premissuz diffinitiua est finis: et ideo ipsa ex omnibus que sunt ad finē potest iustificari: vt expresse habetur. d. c. sicut. Etiam ex non expressis in priori iudicio: dato φ vna causa sit expressa in appellatione. ff. de appella. l. iij. §. fina.

¶ Sed que capitula opponi possunt in causa appellatiōis habetur. C. de tempo. et repara. per hanc: et. s. de testib. fraternitatis/ et ob hoc dicit lex: φ * appellatio a diffinitiua: est iniquitatis sententie querela. ff. de minori. l. prefecti: nō dicit iniquitatis iudicantis: sicut dicitur in appellatione ante diffinitiuam. s. de appella. interposita §. fina. que. d. appellatio a difinitiua ex omnibus releuantibus sententiam potest iuuari: secus in appellatione ante diffinitiuaz que non releuatur nisi ex propositis. Et ideo cum excōmunicationis sententia non sit finis negocij sed medium reductiuum ad finē ex causa sola expressa iustificabitur. Et ideo expedit in ea causaz exprimi/ non sic in diffinitiua [expresse]. i. specialiter et nominatim [conscribat]. i. simul cum sententia in scriptis proferat exemplum [scripture] scz totalis: alias non esset exemplum sed pars exemplaris [excommunicatio] ex hoc dicunt quidam hanc decre. intelligi quando fertur sententia excommunicationis in certam personam n sed iam responsum est [infra mensem] ergo isto toto tempore dari poterit: qz totum tempus videtur concessum in fauorem debitoris. insti. de ver. obliga. §. in diem et. ff. de solutio. quod certa die qđ concedo regulariter. j. hoc lib. de reg. iur. in alternatiuis no. Sz si dies adiect9 sit in fauorem creditoris secus. ff. de lega. ij. l. si ita relictum §. pegasius et. ff. de ānuis lega. l. eum qui/ quod videtur hic et in petitione apostolorum. s. hoc lib. de appell. ab eo. j. R.

10 Et hoc videtur intelligere Inno. qui notat hic φ * excōmunicatus non tenetur venire cum sacco paratus: sed est post requisitionem expectandus. arg. ff. de solutio. quod dicimus: et. l. ratum. ff. rem rat. habe. quo enim §. j. etiā debet hoc intelligi φ hec reqsitio fiat loco et tēpore conuenientibus. arg. d. c. ab eo. ij. R. et. s. de elec. cū in veteri.

¶ Et dic hunc mensem currere a tempore noticie vere. s. de supplē. negl. prela. licet. s. de concessio. preben. c. quia o diuersitatem [presumpte] vt quia factum est publice o. s. de postulan. cap. primo.

¶ Sed nunquid post diem excommunicator tenetur dare dic φ sic: sicut cetera acta iudicialia. s. eodem quoniam cōtra sed post mentem requisitus pena huius constitutiōis excommunicator non tenetur: cum hoc non caueatur hic:

11 et vbi mora esset hinc inde dico vltimam moram * nocere: ff. de peri. et cōmo. reivēdi. illud [cōsignatas] hec enī equiparantur. s. de fide instru. c. ij. ¶ Sed nunquid sufficient testes: videtur φ sic. C. de fide instrumē. l. in exercendis: dic illud regulare: hoc speciale: vt leuius probetur per excommunicatum in cuius fauorem est edicta ꝯstitutio [iudicium] quorumcunqꝫ: exceptis episcopis: quo ad penam suspensionis tantum: vt. s. no. [temerarius violator] Sed

12 quem talem vocat: videtur quod talis sit in dolo: quia * qui vim facit: dolo fecisse videtur. ff. vi bo. rapto. l. ij. §. doli mali. Et ita non obligatur quis ista constitutione/ nisi in dolo fuerit. Sol. temere facit qui fatue/ vel stulte/ vel sine causa facit: arg. ff. de iudic. l. eum quem temere: insti. de pena temer. litigā. Et violator nedum dicitur vim inferens/ vt argumentū procedat: sed dicitur violator corruptor vel percussor contaminator seu polutor vnde ille qui temere ꝑcutit/ seu contaminat/ seu poluit subditum contra mentem huius constitutionis hic temerarius violator appellatur [per mensem] quo elapso potest libere celebrare nisi obser

13 uauerit penam huius constitutionis sicut obligatus * sub conditione illa deficiente solutus est. ff. de ver. obliga. decem stipulat9. ij. R. sic relegatus ad tempus: quo elapso sine restitutione liberatus est. ff. de decur. l. ij. s. de sponsal. non est. lxxxj. distinct. si quis a modo [ab ingressu ecclesie] hoc solum non facit illam irregularem si iste intret ecclesiam: et immisceat se diuinis: vt. j. eo. §. fi. isti tamen ꝑ consequens est in ipsa ecclesia celebratio interdicta: et in ea celebrans irregularitatem incurrit. j. eo. is cui. Et idem si quis suspenditur a pontificalibus/ quia hec sunt penalia/ q̄ sūt restringenda: de peni. dist. pria pene nō laxanda: sicut iure expresse non reperta. j. eo. is qui. j. R.

14 ¶ Item irregularis * est proprie/ qui ordinē habens et ca p rens ordinis executione immiscet ꝑ se diuinis: vt hic. Et proprie dicitur habere ordines sicut sunt sacri vt sacerdotium diaconat9/ subdiaconatus. Et ꝑprie dicunt sacri/ qz isti sunt deputati ad sacramentum sacrosanctum corporis et sanguinis christi. Nam ordo sacerdotalis dat homini existentiꝫ in sacerdotio potestatem cōficiendi hoc sacramentū et ordo diaconatus dat habenti ipsum/ potestatē dispēsandi ipsuz sacramētū/ iam a sacerdote factum. Unde beatus laurentius ad beatum sixtū/ experire vtrum idoneū elegeris ministrum/ cui cōmisisti dominici sanguinis dispēsationem subdiaconatus ordo ꝓ tanto sacer est: qz habet potestatem tāgendi sacra vasa: vt calicem et patenam.

15 ¶ Ex quibus liquet φ sacerdotium * est perfectior ordo respectu aliorum: et magis sacer: vez consecratio adueniens simplici sacerdoti facit vt ipse consecratus iam est sacerdos/ magnus sacerdos quia conficit dictum sacramentum: et magnus quia habet ordinem sacerdotij: et alijs conferre potest: vnde episcopus non differt spē a simplici sa q cerdote: sed sicut maius q et minus.

¶ Ex quibus concludo φ ille proprie qui suspenditur a diuinis se immiscens est irregularis: et suspensus episcopus a pontificalibus nō est irregularis: si se diuinis immisceat quia proprie non suspenditur a diuinis: sed ab additamento ad diuina.

¶ Ex quo concludo/ φ si iste cōsecret vel ordinet aliquos non est irregularis: hostien. tamen dicit contrariū: idem si est suspensus a sacramentoꝝ perceptione: vt est expressum. s. de cler. excō. minist. c. si celebrat.

16 ¶ Idē si mēsā bñdicat * vel lectionē legat in mēsa: qz hic magis est quedā honestas q̄z deputatio ordinis certi: quia hoc iubetur moniali comedenti vt legitur. ij. dialogorum vbi monialis comedēs lactucam cui insidebat demon non signans eam/ facta fuit demoniaca/ arg. contra. xlij. dist. pro reuerentia: et. c. non liceat: et de consec. distin. v. in omnibus. ¶ Item notorius fornicator et simoniacus si celebrant sunt irregulares: quia sunt suspensi a diuinis. s. de cohab. cler. et mulie. nostra. et. c. si. s. de symo. tanta. Quidam contra. j. eo. is qui. j. R. et cōditor canonis hic. et. s. hoc lib. de sent. et re iud. cum eterni plus processit. Et ideo suspensi ibi immiscentes se diuinis sunt irregulares. Et hec sunt vera: quando isti irregulares celebrant sollenniter/ si cut prius in officijs agentes. vt. xj. questio. iij. si quis eps damnatus. et. c. si quis episcopus in concilio. Isti tamen tenentur ad officium dicendum/ non offi ciantes: sed secreto

17 debitum soluentes: alias * pena prestaret immunitatem: quod esse non debet. ff. de interdict. et relega. relegatorum ad finem [nouerit] ipso facto [superior] has penas habes. s. de rescrip. ab excommunicato. et. s. eo. sacro. [sententiaz ipsam] contra formam huius constitutionis latam [ad interesse] quod probatur per iuramentum: sicut illud quod surgit ex delicto. no. s. de foro cōpe. c. dilecti. Et hec eadē pena licet habit. s. eo. §. si quis. et §. superior. [obseruari] etc. [suspensionis et interdicti] a diuinis/ secus si quis esset suspensus ab ingressu certe ecclesie/ vel cui esset interdictus locus certe ciuitatis: quia non esset celebrando alibi irregularis: de hoc no. Inno. s. de appella. ad hec quoniam.

r 18 ¶ Et sic nota hec parificari r * scilicet excommunicationem/ interdictum/ et suspensionem/ et in multis quorum numeratio est magis laboriosa q̄z expediens.

¶ Et nota φ excommunicatur proprie persona: quia excōs municatio est eterne 9 mortis dānatio. xj. q. iij. nemo epoꝝ

19 Et eterna * mors est tm̄ aīe raōnalis qz solū aīa ratiōat lis in eternū viuit: non sic anima bruta/ t que moritur cū bruto: vt. iiij. dialogorum. Sed homini proprie loca dicuntur interdici et persona etiam dicitur suspendi et quandoqꝫ interdici. s. de cler. excom. ministr. postulastis. s. de off. delega. sane. ij. s. hoc lib. de offi. delega. quia pontificali. s. de religio. domi. cum dilectus [penam] ab ingressu ecclesie et diuinis. s. eo. §. si quis [sicut prius] officiando in ordine sibi deputato/ vel officiando alias ecclesiam/ vt. s. probatur [dispensari] simile. s. de re iud. l. cum eterni. et hic est vnus de casibus specialiter sedi apostolice reseruatis. de quib9 habetur. s. de off. lega. quod translationē. Jo. Mo. Card.

a A Edicinalis. Propter hanc rationem Jo. Mo. in capitulo primo de re iudic. hanc censuram ecclesiasticam dicit fauorez habere. Probus.

b ¶ Recte. Adde quod in simili notat Ludouicus Bolog. in addi. ad Joannez de Ana. con. xxxiiij. visis et diligēter/ φ quēadmodum * medicus debet omnia ordinare secundum canones medicine: sic iudex secundum regulas artis sue. i.

scđm leges ⁊ constitutiones/alias punitur/nec excusat eũ conscientia. Nam iniuriam facit legibus qui vult se meliorem videri/ꝙ̃ sint ipse leges/text.in.§.oportet/in auten ti.de iudicib. Probus.

c ¶Dico ꝙ sic. Pro his vide que citat Decius cõsi.cccj.post princ.quod exorditur/in causa que Ferrarie. Probus.

d ¶Est ferende. Dic ꝙ vbi verba sunt dubia/que possunt sapere latã sententiã vel ferendaꝫ:in penalibus potius debent intelligi/vt sint ferende quã late sentẽtie/ no.Domi. in simili cõsi.xxiij.col.fi. Quia diffuse/adducit glo.in reg. in dubijs hoc lib.prout in simili dicitur ꝙ quando in statutis apponuntur verba que possunt intelligi proprie ⁊ im= proprie/regulariter * sunt intelligẽda scđm propriũ intellectũ/⁊ nõ scđm impropriũ/vt patet.s̃.de iureiur. c.in nr̃a/ no.idem Domi.in cõsi.lxvij.licet copiose. Probus.

e ¶Equius. Ideo magis attendẽdũ per ea que citat Deci. cõsil.iij.nu.vij.ꝙ quãdo statuta sunt cõtraria/attẽditur illud quod est iustius * ⁊ equius. Bal.in.c.cũ olim.s̃.de cõsuetud. Alex.cõsi.lviij.in presenti causa/ lib.iiij. facit in simili/quia vbicũqꝫ vna dispositio cõtinet fauorẽ ⁊ odiuꝫ:fauor ampliatur/⁊ odiũ restringitur/ glo.⁊ ibi Bal.in.l.ij. C. de in ius vocan.⁊ in.l.sed ⁊ si hac.§.finali/in verb. semper. ff.eo.titu.tradit Alexand.consilio.xxxvij. numer.xvj.viso themate/volumi.vj. Probus.

f ¶Rectores parrochialiũ. Adde ꝙ etiã * noĩe prelatorũ/ veniũt abbatisse. Fulgo.cõ.cxxj.supposita bulla/quod placet Decio in cap.cũ dilecta/nume.xiiij. s̃.de cõfir.vtili vel inutili/qui subdit/ꝙ ipsa potest habere collationeꝫ beneficiorũ/glo.⁊ Panor.in cap.dilecta. s̃.de maio.⁊ obed. idem Panor.in.c.dilectus/col.penul.s̃.de cõsue. Probus.

[b] ¶ Non potest excommunicare. In simili dicitur ꝙ non * baptisatus non potest leuare puerum de sacro fonte: ⁊ sic effici spiritualis compater. Itẽ non confirmatus non potest tenere in confirmatione: ratio redditur/quia patrini filios spirituales admonere debent/vt castitatẽ custodiãt/iustitiam diligant/charitatem teneant/simbolũ fidei ⁊ orationem dominicam sciant: in quibus eos instruere vel instrui facere tenentur ad releuamẽ presbyteri baptisantis: vel episcopi confirmantis.

¶ Pro primo dicto habes tex. in. c. in baptismate/pro secũdo in capitu. vos ante omnia/de consecra. distinct. iiij.

¶ Et attende ad dictum Jo. Mo. hic. quia illud comprobaui late in capitulo fina. in tertia. q. s. de constitutio. vbi volui firmare illud non habere locum in occulte excommunicato: quia de eo dicitur ꝙ possit excõmunicare. Cum excommunicare competat ratione iurisditionis. c. trãsmissa. s. de elect. sed illam * iurisditionem retinet excommunicatus occulte quandiu tolleratur per ecclesiam. no. in. c. cum dilectus. s. de cõsuetud. Facit quia idem iudicium dicitur de eo quod non est/⁊ de eo quod non apparet. l. in lege. ff. de contrahen. empt. Probus.

[c] ¶ Potest ligare. Ista est vna de rationibus glo. in. d. capi. ita quorumdam. s. de iudeis/quare feratur secunda excommunicatio: alias ponit/quas vide ⁊ docto.

¶ Vltra quos ad Rotam decisio. 858. in antiq. dominus papa/vbi dicit ꝙ potest poni exemplum naturale/dum sol bene lucet/accenditur lucerna/quid operatur quo ad effectum illuminandi: certe nihil. vj. q. j. si omnia/⁊ tamẽ obscurato sole remanebit aer illuminatus lumine lucerne. Prob.

[d] ¶ Excommunicatus. Intellige de maiori/secus de minori: quia talis habet iurisditionis exercitium: ⁊ sic absoluit excommunicatum. Panor. post glo. in capitulo. ab excommunicato. de rescript. Probus.

[e] ¶ Nec possessus. l. heres. el. iij. ff. de acquiren. heredi. vbi glo. dicit ꝙ seruus dedignatur per parem queri/nam ⁊ asinus * auribus intumesceret si per comparem apprehẽderetur

retur/similis glo.in.l.prima.§.veteres.ff.de acquiren. pos sessio.hinc Greg.in pastor.cxvij.c.qr contra naturā super bire est ab equali,velle timeri.

¶ Uide glo.in.c.iij.de regu.iur.hoc libro/que cōprobat di ctum Jo.mo.iuribus ꝛ rationib⁹.Probus.

f ¶ Quorundam.glo.hic post Jo.mo.posuit hos.x. casus ꝛ post eos addidit duos quos vide ī ver.ad cautelā. Prob⁹.

5 g ¶ Siue iusta.Et tunc* habet triplicē effectū ẜm Hostiē. in.c.ita quorūdam.ē.de iudeis quē insequūtur ibi Henri. Boic.Jo.and.Petr.de ancha. Car. Panor.ꝛ.Jo.de ana.

¶ Primus est vt eijciatur extra ecclesiā/ꝛ q̃tuz ad istū: se mel exclusus amplius excludi nō potest: quia qui semel extra ecclesiam posit⁹ est:ampli⁹ extra poni nō potest. xj. q.iij.omnis xp̄ianus:facit.l.qui bis .ff.de ver. obliga. ꝛ sic de his que foris sunt/nihil ad nos. dixi.ē.post Joan. mo. in prohemio.

¶ Secūdus effectus est detinendi extra ecclesiā:ꝛ vt tra datur sathane.xj.q.iij.audi:ꝛ ampli⁹ ligetur peccato / vel cōtumacia exigente.c.fi.in.§.fi.ē.vt lite non contesta. Et q̃tum ad hunc effectum excommunicatio secūda operat.

¶ Tertius effectus est qr excōicator declarat illum se paratum:quia non excommunicatio/ sed peccatū est illud quod separat a deo. Probus.

h 6 ¶ Iniusta.Cuius excōmunicationis * iniuste vnicus est effectus:quia illi non debet communicari donec fuerit ab solutus.notat Panor.in cap. ita quorundam.ē.de iudeis post Hostien.Hēri.Boic.Jo.and.Petr.de Ancha. Car. Joā. de ana.ibi/ꝛ propter hanc nō est adeo separatus nisi ex contemptu ligetur.Probus.

i 7 ¶ Ad cautelam. Quā nō * exercet auditor rote / nisi si bi specialiter cōmittatur a dn̄o vicecancellario/ꝛ hoc ha bet locum in curia:secus si extra curiam cōmittatur alicui rota in antiq.8 10.ꝛ seq.Probus.

k 8 ¶ Maioribus.Uide de hoc verbo maior que citat Alex. con.+ pōderatis verbis/vol.iiij.vbi dicit q maior * in du bio:videtur recipi pro maiore natu:seu etate/si ratio suble cte materie in aliam interpretationem nō suadet vt bene pbatur in.l.si pater.§.fina.cū.l.sequen.ff.de adoptio.sub dens q qn̄ verba possunt intelligi de actu naturali ꝛ ciuili debēt in dubio intelligi de naturali.l.fina.C.de his q̄ ve nī.eta.impe.glo.in ver.non morte.ꝛ ibi Doct.in.c.susceptū de rescrip.hoc libro.

9 ¶ Preterea pro comprobatione Jo.mo.dic/q maiorum * auctoritatem sufficit allegare vbi lex deficit / citat Jason in.l.j.nu.iiij.ff.si cert.peta.ꝛ latius in.l. illā.de collatio. C. dixi.ē.de rescript.in.c.tibi.ꝛ in pħemio.

¶ Et sic obtinet vim legis/alias insurgeret illud vulgatū in iure/erubescimus sine lege loqui.

¶ Ratio potest recte intuenti apparere/ qr p̄sumendū est quod ratione inducti fuerint ad dicendū que sufficit/ cum lex sit:qđ ratione ꝯsistit/etiam naturalis.l.scire oportet.§. sufficit ibi/ꝛ ipsa naturali iusticia.ff.de excu.tu. vbi Bal. q sufficit allegare rationem naturalē:licet quis legē non alleget. ¶ Hinc Andre.de ysernia.in prohe.feudo. col.ij.

10 vlti.q rationale * dictū ita debet mouere iudicē ad iudi cādū:sicut ipsa lex. Ita astipulatur Philo.q querere vbi naturaliter sentim⁹/nil aliud est q̃ infirmitas intellectus. Ang.con.cccxcvij.ludus pille.col.ij.ꝛ con.ccclxvij.col.iij in questione vertente/ꝛ cō.cx.col.iiij.sctissima.Paul.de ca stro.con.cxlj.in fi.visis allegationib⁹/ī. ij. parte q̄ sub dit q querere visum/alterius vbi possumus habere ꝓprium/

l 11 demētia videt:qđ cōprobat/qr ratio(maxime naturalis) nobiscū nascit.dixi.ē.in prohe.nu.xlix.Probus.

¶ Dicunt canonici.Adde in simili q ecclesia * exēpta cle rici ꝛ canonici eiusdē ecclesie dicuntur exempti/tex. in.c. per exemptionē.ē.de preuileg.no.Dec.con.cliij.nu.iij.in causa exemptionis.Probus.

m 12 ¶ Factū singulis.Non vex tn̄ dicas in contrario videlz si * mandatū fuerit canonicis:qr tunc nō intelligitur mā datū capitulo p ea q̄ no.p Oldra.con.100.vsi.quarto videt quod incipit in executione incumbentiū:vbi dicit si dicat in instrumento quod canonici talis ecclesie hoc fecerunt nō infertur q vniuersitas ꝛ capitulū illud fecerit: quia il lud verbum/canonici fecerūt:verificari potest in duobus idem dicunt Petr.de Ancha.ꝛ imol.in.c.q̃to.ē.de his q̄ fiunt a maior.parte cap.

¶ Hinc est q si dicatur ꝛ probetur q homines talis loci/ tale delictum commiserunt:per hoc non probatur qđ vni uersitas dicti loci hoc fecerit: per ea que dixi in cap.roma na.ē.isto titulo.

¶ Pro premissis facit quod voluit idem Petrus de An cha consi.cclij. visis ꝛ pōderatis verbis pacis:vbi dicit q dispositio que concernit vniuersitatem non habet locum in aliquibus consideratis vt singulis.

¶ Unde infertur quod Ueneti qui nomie vniuersitatis ꝛ cōmunitatis Uenetorum promiserunt aliquid non face re in certo loco:intelligitur illa promissio quando vniuer saliter illud facerent in dicto loco / non autem communi tas Uenetorū obligatur si aliqui particulares Ueneti cō tra facerent : vide que late tradidit Calca. consilio pri mo.Probus.

n 13 ¶ Et penitentia morientium.Dicit Ludo.Roma.consilio cccxlj.in fine in hoc proposito verbum notandum / quod est * periculosissimum ꝛ interitui vicinum:vsq̃ ad mortē protrahere penitentie remedium.

¶ Hinc Augusti.transumptiue de penitentia distinct.vij. §. quamq̃ timendum est de sero penitente: quē enim mor bus vrget ꝛ pena mortis terret/ad veram vix veniet satis factionem/maxime cum filij quos illicite dilexit sint pre sentes/vxor/ꝛ mundus : facit illud Psal. non est in morte qui memor sit tui.idem imperator in.l.hac consultissima.in §.at cum humana.C.qui testa.facer.poss. Quod cum ho mo extreme vite momentum expectat:ip̄a humana fragi litas ita est mortis cogitatione turbata / quod sui ipsius est nescia.

¶ Et per hunc tex.Alex.ꝛ Roma.ibi dicunt q testis exi stens in mortis articulo/non est examinandus qr non ha bet perfectum sensum.

¶ In proposito habes margaritam facetiarum contra sa cerdotes lubricos dicentes excusando se.Si dissipauero sepē/ eandem noui reformare.Sed caue ne priusq̃ reedi fices diabolus auferat tibi:studes id prius moriaris quā penitentiam agas. Esto autem q tibi detur locus peni tentie ꝛ reformaueris/nihilominus penam pro perpetra to non euades.ecclesia.ix.capi. Qui dissipat sepez morde bit eum coluber saltem remorsus conscientie / seps est oē preceptum dei coluber vindicta ire dei. hinc August. iu sticia dei nō sinit esse dedec⁹ culpe absq̃ decore vindicte.

¶ Uide que de dissipatione dixi in.c.nemo.ē.de elec. ꝛ de sepe que tradit Domi.in suo sermone: col.j. quem ponit post sua consilia.Probus.

Gregorius decimus in concilio generali Lugdunensi. Cap.xj.

Quicunque pro eo quod in reges, principes,barones,nobiles, ballíuos,vel quoslibet ministros eorum aut quoscunque alios excōmunicationis,suspensionis,seu in terdicti,sententia fuerit promulgata licentiam alicui dederint,occidendi,capiendi, seu alias in personis aut bonis suis vel suorum,grauandi eos qui tales sententias protulerunt,siue quorū sint occasione prolatæ,vel easdem sententias obser uantes,seu taliter excommunicatis communica re nolentes(nisi licentiam ipsam re integra re uocauerint,vel si ad bonorum captionem occa sione ipsius licentiæ sit processum,nisi bona ip sa fuerint infra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa)eo ipso senten tiam excommunicationis incurrant.

¶ Eadem quoque sententia sint innodati omnes qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquod præmissorum,ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, alias committe re suo motu. ¶ Qui autem in eadem senten tia permanserint duorum mensiū spatio extunc

ab ea non possint nisi per sedem apostolicam absolutionis beneficium obtinere.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Qui dicit omne nihil excipit.
2 In iudiciis quasi contrahimus.
Reatus omnem honorem excludunt.
3 Quis dicatur ordinarius regum: vide hic.
4 Sicut non debeo offendere prelatum: ita nec eius subditos.
5 Omnis suspensus/ꝛ interdictus est quodammodo excommunicatus.
6 Mādatū in delictis re integra potest reuocari.
7 Sententia hominis potest esse iusta ꝛ iniusta: sed sententia canonis semper est iusta.
8 Ex quo canon constitutus est: iustus est reputādus/et seruari debet.
9 Excōicatio partium conuentione vel satisfactiōe tolli nō potest/nisi absolutio subsequatur.
Iurisditio delegata: solo consensu partium prorogari non potest.
10 Appellationi potest prescribi/licet sententia sit nulla.
11 Sententia contra matrimonium lata: quare per cancellariam non confirmatur.
12 Deus nō vult mortem peccatoris sed zelat vt conuertatur ꝛ viuat.
13 Excommunicatio fertur propter contumaciam.
14 Dum viuimus dei est misericordia.
15 Post mortem non est meritorum acquisitio: sed retributio.
16 In delictis mandās ꝛ mandatarius: in eandem penam incidunt.
17 Mortis articulus semper exceptus intelligitur.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Latam differentiam dic inter omne ꝛ totum.
2 An in legato veniant venalia.
3 Appellatione heredis quando extranei heredes comprehendantur.
4 Legitima dicitur quota successionis.
5 Ubicunq; clericus suspenditur: laicus excommunicatur.
6 Suspensus ꝛ interdictus dicitur indignus ad benefica: sicut excommunicatus.
7 Excommunicatus est deterioris conditionis quam alius peccator.
8 Ubi agitur de peccato/ꝛ in foro cōscientie/nō attēditur fictio sed veritas.
9 Fictio legislatoris est veritas.
10 Grauius delictum qñ cognoscatur vide hic.
11 Bonum dicitur triplex.
12 Sacramenta ecclesiastica quibuscunq; etiam excommunicatis in mortis articulo nō sunt deneganda.
13 In mortis articulo quis non potest adire hereditatem.
14 Iura multa specialia in mortis articulo concedunt.

QVicūque, Hec decreta. habet tria dicta. primum est de sentētiante aliquos/cōtra tenorē istius ꝯstitutionis. Scdꝫ est de vtente dicta sentētia. Tertiū est ꝙ isti post duos menses in sententia hui⁹ canonis ꝑmanentes nō possunt nisi ꝑ sedē apostolicā absolutionem obtinere.

¶Sed quero nunquid episcopus faciēs ꝯtra hūc canonē erit excōicatus videt ꝙ nō. s. eo qꝛ ꝑiculosum: sed illa loquitur in suspēsionis: vel interdicti sententia duntaxat: vt ibi nota.

1 a b ¶Unde dic contra propter verbum quicūq;: ꝛ qui * dicit [a] omne nihil [b] excipit. ff. de hered. instit. l. articulo. Et epi qui tenentur ad mutuū subsidiū/obseruationē sententiaꝝ ꝯtra hoc peccātes: hoc canone poterūt innodari impedientes qꝺ ꝓmouere tenent. arg. s. de treuga ꝛ pace. c. j. in fi. ꝛ. s. de off. ordina. cū ab ecclesiarum.

¶Cōtra. s. hoc lib. de heretic. c. inqsitores. Sol. ibi loqtur in via deueniēdi: ad ꝯtract⁹ qꝛ * 2 in iudiciis quasi contrahimus. ff. de pecul. licet. §. idē scribit. Sed hic in reatibus [c] qui omnem honorē excludūt. C. vbi senato. vel claris. l. j. [in reges] Sed quis est ordinarius eoꝝ: dico ꝙ qlibet * 3 eps vbi reges habent domiciliū: ꝛ ideo ab istis possunt excōicari. s. de maior. ꝛ obedi. oīs. xcvj. distin. c. cum mater: ꝛ. c. duo [interdictū] hec tria ꝯtinent sub cēsura ecclesiastica. j. titu. ꝓx. i. querenti [suorū] Nota * 4 sicut nō debeo offendere prelatū: ita nec suos subditos. Et homo nedum in se: sed in suis offenditur [d] [obseruātes] quidā dicunt istā clausulam referri ad sentētiam suspēsionis ꝛ interdicti/ꝛ clausulā sequentem [seu taliter] ad excōmunicationē. Tu dic ꝙ sunt diuersi casus ꝛ referunt oēs sententias supradictas sed in diuersis casibus. Prim⁹ qñ seruo sententias: vel volo cōmunicare taliter sententiatis ꝛ primi moti fuerunt ꝓpter verbū excōmunicātis. Sed * 5 oīs suspēsus [e] ꝛ interdict⁹ est quodāmodo [f] excōmunicatus [g] [re integra] i. iniuria nedū illata in ꝑsona vel in reb⁹. Et sic mandatū * 6 in delictis re integra potest reuocari: no. s. eo. c. mulieres. §. fina [nisi] sed quero cum sic fertur sententia a canone/nisi vsq; ad tale tempus hoc fecerit sit excommunicatus: an si iste in quē fertur sentētia infra illud tempus appellauerit appellatio suspēdat sentētiam canonis/ꝛ est casus ꝙ sic: in sentētia hoīs. s. de appella. preterea. ij. Sed dic ꝯtra in sententia canonis. ff. de ver. signifi. si qua pena. Et est ratio * 7 sententia hominis potest esse iusta ꝛ iniusta. xj. q. iij. c. primo. sed sentētia canonis semper est iusta. Et appellatio non est inuenta vt restituat quocunq;: sed illicitum. ff. de appella. l. j. ff. de arbitr. l. non distinguemus. §. cum quidam. s. de elec. cum nobis olim. Etiam appellatio ad presidium innocentie constituta/traheretur ad defensionem iniquitatis/ quod esse non debet. s. de appell. cum speciali. §. porro: ꝛ. c. preterea. primo.

8 ¶Et ex quo * canon constitutus est iustus reputandus/ꝛ seruari debet quanq; perdurus. iiij. dist. §. ideo. ꝛ. c. seq. xix. dist. in memoriā. ff. qui ꝛ a quib⁹. l. prospexit.

¶Sed quero/terminus iuris: vt hic vel hominis: vt. d. c. preterea/prorogatur a parte/ nunquid post terminum iuris vel hominis lapsum statim ante diē prorogationis erit iste excommunicatus: ꝛ videtur ꝙ non: quia nil aliud agebat pretor nisi vt controuersias contendentium minueret a quibus si recesserunt id pretor ratum habere debet. ff. de no. op. nuntia. l. j. §. ꝛ post operis.

¶Cōtra. j. de reg. iur. c. j. ꝛ. ff. de reg. iur. nihil tam naturale. Ergo ligatus per ligatorem solui debebit.

¶Sol. aut illud quod prorogatur pendet soluꝫ ex arbitrio partium: ꝛ tantum potest fieri prorogatio: nedum in principali: sed etiam in accessoriis. arg. ff. si quis cautio. l. ij. Ueso primo. Nec mirum: partes dicto casu totaliter iudicatum possent innouare/ꝛ ab ipso recedere. ff. de re iudica. l. quarta. §. si ex conuentione: ergo magis prorogare/ argu. d. §. ꝛ post operis. Et tūc dico die prorogationis aduenīete/ tenebuntur partes sicut die qua fuit facta prorogatio: quia idem factum censetur manere. ff. de preca. l. sed si manente.

h ¶Si vero illud quod prorogatur tāgit ꝑ alios/vt fideiussores/vel quia pignora data sunt aliena/ꝛ tunc illis quos res tangit non consentientibus prorogatio fieri non potest. ff. quod met. causa. l. illud. ff. de arbitr. l. Labeo. ij. §. fi.

9 i k ¶Et multomagis dic * in excommunicatione/ que partiū conuentione/vel satisfactione tolli [i] non potest/nisi absolutio [k] subsequatur. s. eo. cum desideres/in principio. et §. fina. ¶Potest esse ratio/iurisditio delegata nō potest prorogari solo consensu partium: nisi iudex cōsentiat. no. s. de offi. delega. p. ꝛ. g. Ergo nec pars sicut excommunicatio: ꝛ ꝙ sit pars habetur. s. de electio. transmissa.

¶Sed quid fertur excommunicatio secundum dictum. c. preterea. nunquid post decendium iste poterit appellare: videtur ꝙ non. s. de re iudic. quod ad consultationem. s. de elect. cum dilecti. in fine. s. hoc lib. de appella. concertationi. ij. q. sexta. biduum. j. ꝛ. ij. R. ꝛ. ff. quando appellan. sit. l. j. §. biduum. ꝛ. §. sequen. Et appellationi * 10 potest prescribi/ licet sententia nulla sit. ff. de appella. l. si expressum. Contra dic per. d. c. preterea. ij. vbi est hoc expressum. Et est ratio sentētia in aliis ab excōicatione lata sub ꝯditiōe statim tenet vt obligatio cōditionalis/in qua nō est debitum: sed spes in debitum iri. insti. de verborum obliga. §. ex conditionali: quia in iudiciis quasi contrahimus. ff. de pecul. licet. §. idem scribit/licet suspendatur per conditionem appositam: ꝛ ideo ibi infra decendium est appellandum vt dictis iuribus: sed excommunicationis sentētia que est pena propter culpam precedentem/ꝛ sic est principale/ꝛ pena. Et licet principale transire possit in rem iudicatam vt dictis iu-

ribus ista tamen excommunicationis sentētia in rem iudi= catam non transit: sicut nec sententia lata cōtra matrimo= niũ/quoꝝ ratio colligitur. s̄. de re iudic. lator. ⁊ c. tenor. s̄. de testib. sicut. xxxv. q. ix. §. his ita.

11 ¶ Et ob hoc sententia * contra matrimoniũ lata per can cellariam nō confirmatur: sed mandatur ꝙ canonicũ fue= rit obseruare ꝓcures. Sic dico/ꝙ excōicationis sentētia per ipsam cancellariā nunꝙ̄ confirmatur / nec suspēsionis nec interdicti sententie/sed mādatur obseruari vsqꝫ ad sa tisfactionem cōdignā/deus * enim nō vult mortē pctōris sed zelat vt ꝯuertatur ⁊ viuat. auten. vt nō luxu. cōtra na= tur. colla. v. in princ. Et ideo hec excōicationis sententia non confirmatur: sed humiliter petenti est eius absolutio

13 impēdenda. s̄. de offi. delega. cũ cōtingat. in fine.

¶ Item excōicatio fertur propter * contumaciā. xj. q. iij. c. nemo episcoporum. s̄. vt lite nō cōtesta. tue. Sed sētētia ꝓpter cōtumaciā lata/ipā purgata per satisfactionem est restitutio obtinenda. s̄. de cōstitu. ex literis.

¶ Item p̄missa sic probo/est sententiatũ ⁊ appellatũ/⁊ ex= cōmunicatio post appellationē lata/licet ꝓsecutione ap= pellationis infra terminum iuris vel hominis neglecta/ firmum maneat principale: vt sententia a diffinitiua. C. de tempo. appella. l. fina. §. illud. s̄. de appel. sepe contingit ex cōicatio tamen nō fertur. j. eo. licet sic ergo contra ex com municationem nō currit tempus appellationis interposi= te ꝓsequende vt est ꝓbatum ergo nec tempus appellatio

14 nis interponende contra excōicationem locum habebit.

¶ Item dum * viuimus dei est mīa/cuius miseratiōes sup omnia eius opera vt dicit psal. Et ob hoc in hac vita deus nos admittit ad reconciliationem sed postꝙ̄ conclu=

15 sum est morte/tunc ex gestis nostris reddit deus iusticiā: vnde hic meremur vel demeremur. Sed post mortem *

m non est meritorum acquisitio: sed retributio.

¶ Et dico ꝙ sola interdictiꝰ sententia ꝑ cancellariā m non mandatur obseruari/cum in ea qui non peccauit puniatur.

¶ Dico etiam ꝙ si iudex procedat sine cause cognitione: si cut nec tunc est iudicatum: ita nec tale factum transit in rem iudicatam. C. cōia. epi. prog. auten. rei iudica. nec obstat interlocutoria: ⁊ l. seq. vnde sicut vbi est actus ex= traiudicialis: si tamen ꝓcedatur cũ cause cognitione tunc est appellandum infra decendiũ. s̄. hoc lib. de appellatio. c. concertationi. ij. q. vj. quod in sententijs. Sic vbi est de sui natura actus iudicialis sijtñ non ꝓcedatur iudicialiter

16 vt causa cognita/non transit talis actus in rem iudicataꝫ/

n quia res iudicata hic frustratur [data vti] nota * in deli= ctis n mandans ⁊ mandatarius in penam eandeꝫ incidunt C. de accusatio. non ideo. Et. ff. de vi ⁊ vi arma. l. j. §. quoti= ens [apostolicam] sicut incendiarij ecclesiarũ qui sunt ip= so facto excommunicati postꝙ̄ sunt publicati ⁊ alij incen= diarij q̄ sunt excōicādi postꝙ̄ fuerũt excōicati: ⁊ publicati

o 17 ꝑ sedē apostolicā dũtaxat sunt absoluendi ⁊ remittēdi ad

p eam. s̄. eo. conquesti: ⁊ c. tua nos. xxij. q. vlti. c. pessimā: ex=

q cepto o * mortis articulo p et iste casus semper intelligi= tur exceptus q. s̄. de sepultur. capitu. finali. supra eo. de= cetero. ⁊ c. ea noscitur: ⁊ infra eo. in princi. Joan. Mona. Cardinalis.

1 Qui dicit * omne. Dic latam fore differētiaꝫ inter omne ⁊ totum quia totum desinit cor= pus integrum ⁊ ex partibus integratuꝫ nō ꝙ verificetur in partibus. Sed omne est no men collectiuum ⁊ distributiuum quod desi gnat indiuidua vt verificatur in eis. Oldra. ccc. nu. vij. factum tale est. Et ꝓ prīo dicto de toto habes que citat Alex. in con. v. col. fina. circa pri= mũ dubium: volu. iij. ꝙ hoc verbũ tota hereditas excludit detractionem trebellianice quia ita ex verbis cōiecturat fuisse de mente testatoris. pro hoc adducit que notat An= gel. in. l. damni. §. cum parietē. ff. de dam. infect. vbi dicit ꝑ illum tex. ꝙ si maritus qui lucratur partem dotis ex for= ma statuti muliere p̄decedente in matrimonio sine liberis promisit restituere heredibus mulieris dotē quod intelli gitur promisisse scd̄m formam statuti scꝫ detracta parte se cus si promisisset totam reddere quod etiam no. ibi Joan.

b imol. ⁊ in. l. si patronus. ff. de donat. ⁊ ista videtur magis communis sententia. Probus.

2 ¶ Nihil excipit. l. a procuratore. C. māda. l. iulianus. de le ga. iij. Calca. con. xlij. nume. xliij. bene facit q̄d no. Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. lega. vbi dicit ꝙ licet * in legato non veniāt venalia: per illum tex. limitatur/quan= do dicitur vniuersaliter de omnibus bonis: q̄ tunc etiam venalia includuntur s̄m Bar. ibi vbi apostillator ad eum dicit ꝙ Bar. sancte loquitur citans sic. Aut dico: lego om ne argentum / ⁊ non veniunt venalia argentea / aut di co lego omnia bona/ aut vsumfructum omnium bonorum ⁊ tunc comprehendunt omnia venalia: vt. l. quotiens. §. fi na. ff. de vsufruc. ⁊ in simili no. Jo. de imol. in. l. fi. in princ. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxor.

¶ Pro dicto Bar. facit quod citat Deci. in con. cccxiiij. nu me. iij. in testamento comitis/ꝙ si statutum velit ꝙ maritꝰ lucretur dotem in omni casu: etiam habebit locum statu= tum extātibus liberis ex primo matrimonio/⁊ nō habebit locum. l. hac edictali. C. de secũd. nupt. ꝑ quod Dec. vbi. s̄.

3 comprobat ꝙ appellatione * heredis etiam heredes extra nei cōprehendũt ꝑ Bar. in. l. gallus. §. etiam. ff. de liber. ⁊ posthu. Panor. ⁊ alij per Deciũ relati in. c. in presentia. s̄. de pba. tex. in. l. heredis appellatio. ff. de ver. signifi. ⁊. l. in annalibus. C. de legat. Quod suadetur/quia nomen here dis generale est: heres enim idem dicitur quod dominus l. item mella. §. legis. ff. ad leg. aquil.

¶ Item cum sint plures heredum species vt probatur in stitu. de here. quali. ⁊ differ. ⁊ omnes species ꝓprie sub ge nere comprehendũtur. Bal. in. l. ij. C. de iure aureo. anulo. merito extranei heredes cōprehenduntur/ꝓbant rub. et nigrũ. ff. ⁊ C. de hered. instituen.

¶ Pro hoc vulgari adde ea que ꝑ illud comprobat Ma= ria. Sozi. con. cij. in presenti consultatione/q̄ deus est om nipotens ⁊ omnia potest: ⁊ sic nihil a sua potentia exclu= dit q̄ qui omne dicit nihil excludit. c. solite. s̄. de maior. ⁊ obedi. c. si romanorum. x. distin. d. l. iulianus de lega. iij. que iura non allegat hic Jo. mo.

¶ Istud vulgare maxie ꝓcedit ī vniuersali negatiua a qua nihil excipi solet. l. legitimos. §. an ergo. ff. de legi. tut. hinc

4 est ꝙ exclusꝰa successiōe dr̄. exclusꝰa legitia. Cũ * legitia sit quota successionis. l. papinianus. §. autē quarta. ff. de inof. testa. tradit latius idem Sozi. con. cl. col. iij. Probus.

c ¶ Beatibus. Pro hoc vide Calca. in consi. lxx. col. fi. quidā Nicolaus. Probus.

d ¶ Offenditur. Vide Jo. mo. in. c. sciant. de elec. vbi dixi/⁊ latius in rub. de renuncia. s̄. circa finem vide que in ꝓposi to leguntur de beato Thoma archiepō cantuarie. de quo in. c. sicut dignum. s̄. de homicidio. Probus.

e ¶ Suspensus. Fely. in. d. c. dilectus el. ij. in fine. s̄. de sy=

5 mo. dicit ꝙ vbicunꝙ̄ * clericus suspenditur: tunc laicꝰ ex communicatur/allegat. c. clerici. s̄. de exces. prela. c. p̄ter= ea. s̄. de vsur. c. dura. s̄. de crimi. fals. ⁊. c. fina. de vsur. hoc lib. Probus.

f ¶ Quodammodo. Et sicut excommunicatus dicitur indi= gnus ad beneficia. c. postulastis. s̄. de cleri. excommunica. mini. Sic suspensus ⁊ interdictus. c. cũ dilectus. §. quia no bis. vbi glo. ⁊ scriben. s̄ de consuetud. ⁊ c. cum inter. B. s̄. de electio. Probus.

g ¶ Excommunicatus. Et sic secundũ Hostien. in. c. ita quo rundam. s̄. de iudeis. circa finem. firmiter credēdum est ꝙ

6 ipse excommunicatus * difficilius resurgit ⁊ gratiam dei recipit/ꝙ̄ aliquis alius peccator non excommunicatus/ ⁊ ꝙ orationes sue ⁊ alia opera de genere bonorum que facit debiliora sunt/ꝙ̄ in alio/⁊ angelus sibi datus ad custodiā minus pro ipso laborat/⁊ angelus malus maiorem potesta tem habet in ipso: quia tali vtitur sicut rusticus suo asino siue iumento/⁊ in hoc ipsum Hostien. sequit̄ ibi Jo. And. Jo. de Ana. ⁊ Petr. de Ancha. Tamen Card. dicit ibi in fine. Ego dico contra ꝙ imo facilius si non contemnit ex= communicationem non traditur Sathane vt saluus fiat. c. cũ sit. s̄. de appella. iuxta illud obediens crescerit per me= ritum. Probus.

h ¶ Tangit alios. Pro hoc puncto vide Alexand. consilio lxx. habita opportuna. volu. vj. Probus.

i ¶ Tolli non potest. Pro hoc habeo glo. in cle. fina. in ver. donec de censib. simileꝫ. in cle. vna in ver. obtinere. de con= sang. ⁊ affinita. cum qua ibi Card. ⁊ Imol. glo. in capitulo secundo. in ver. vsqꝫ/de heretic. hoc lib. Et de hoc per Pa= nor. in capitulo ad aures. s̄. de symo. ⁊ in capitulo. capitulũ s̄. de res. in vlti. no. si bene memini. Decius in capitulo. ex literis. numero nono. s̄. de constitutio. allegat Inno. in ca= pitulo cum bone. s̄. de eta. ⁊ qualita. ⁊ Panor. inc. fina. s̄. de matri. contracto contra inter. eccle. Probus.

k ¶ Absolutio subsequatur. Hunc passum discutiũt moder. in capitulo primo. s̄. de iudic. vbi Decius in prima lectura nu. xj. ⁊ vj. nota. post alios. limitat dictuꝫ Joannis Mo. nō procedere quando quis est excommunicatus virtute alicu ius constitutionis que reuocaretur per papam/ qui vellet

eam haberi pro infecta: quia tunc non opus esset absolutio ne glo. sing. in cle. pria: in ver. pro infectis. de immunita. ec cle. vbi Card. & alij illum singularem citant Panor. in capitulo per venerabilem. col. v. s. qui fil. sint legi. ad idē Fely. in capitulo primo. colum. septima. in versi. amplia secundo. s. de constitutio. Panor. in. c. nulli. s. de senten. excommu. de quo per Fely. in. c. ceterū in fine / de rescrip.

¶ Contra hanc limitationē posset moueri sani cerebri caput quia haberi pro infecta non est ex veritate / sed ex fictione quia nemo potest facere: vt qđ factum: sit infectū l. in bello. §. facte. ff. de capt. vnde istud est per fictionē / qđ etiam importat verbuz haberi. no. i. l. si is q̄ pro emptore. ff. de vsucap.

b ¶ Sed habeo * q̄ vbi agitur de peccato & in foro consciētie: non attenditur fictio sed veritas no. Moderniores. in c. cum nō ab homine. s. de iudic. ergo excōmunicatus non potest cēseri absolutus per fictionem: istud fundamētum videtur psuadere & fore reale: tu tamē ad illud dic vt non obstet / q̄ verū est q̄ in foro anime respectu partiū non attenditur fictio aliqua / vel presumptio: sed respectu legislatoris sic q̄ eius * fictio est veritas. l. fina. ff. de pbatio.

¶ Poteris & secundo limitare dictum Jo. mo. vt nō requirat absolutio qñ q̄s est excōicatus a papa sub ista clausula / donec satisfecerit mihi / q̄ si satisfecerit videt ipso facto absolutus / q̄ pbat ex natura dictiōis donec: q̄ si sit ab habēte potestatē legis codēde seu autoritatē plata / extīguit ipso iure: firmat Bar. in. l. j. nu. xvj. ff. de cōditio. & demō. allegat. l. fine. §. cōdiu. ff. de cōditio. furti. & l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa.

¶ Ergo in pposito cum verba excōicationis hoc importent / ea debēt attendi. l. non aliter. ff. de lega. iij.

¶ Facit id quod diximus in bānito q̄ est bannitus donec aliquid fecerit. Nam in eo non requiritur absolutio. Bal. in prohe. ffor. ¶ De hoc vide p moder. in. c. ex literis. s. de constitu. Probus.

l ¶ Cancellariā. De hoc vbo fit mentio in. c. ad hec. s. de rescrip. glo. in. c. cuz dilecta. eo. tex. in. c. dura. s. de crimi. fal. Philippus Probus.

m ¶ Cancellariam. Que vnica est in curia / put in regno gallie vnam solam habemus cancellariā dicit do. Bertho. de chassaneo in ɔsuetud. Burgund. in ordina. cācella. Et hec dependet ab officio & potestate dñi cancellarij (de cuius autoritate dicimus in. c. is cui hoc titu.) Et est secūda psona gallie quo ad iurisditionis administrationē. Et sub se habet multos qui pprie dici possunt legati vt est gubernator cācellarie in Burgundia / Parisijs / Tholose / Burdegale / Grationopoli / Rothomagi / Aquensi in puincia & Diuitoni / vbi sunt parlamēta pro christianissimo rege: modo sunt legati / & quodāmodo delegati ab ipso dño cancellario. Et tales nō solent dare seu ɔcedere nisi literas & rescripta iustitie & non puilegij immunitatū / exemptionum seu gratiarum. Probus.

n 10 ¶ In delictis. Ex * quorū quantitate & qualitate pene / cognoscit quātitas & qualitas ipsorū delictorū: q̄ tāto grauius delictum iudicatur / q̄to grauior pena iposita inuenitur. Bar. in. l. leuia. ff. de accusa. glo. & Doc. in. l. j. C. q̄ accus. nō possunt. Bal. in. l. nemo. in fi. C. de summa. trini. Jo. de imol. in. l. ij. ff. de public. iud. Et est theorica q̄ videtur esse cōis & regula fm Sozi. con. clvij. col. ij. pñs ɔsultatio vbi subdit post scm̄ thomā in sua scda. q. lxxiij. artic. iij. q̄ peccata q̄ in pximū ɔmittunt sunt pēsanda scōm nocumēta que pximo inferuntur: q̄ ex hoc habent rationē culpe tāto aūt maius dicit nocumentū / q̄to maius bonū demit.

11 ¶ Et dicitur triplex bonū * hois scz / anime / corporis / et bonorū exteriorū: bonū anime quod est maximū non potest ab alio nisi occasionaliter tolli: puta p malam psuasionem que necessitatē nō infert. Sed alia duo bona scz corporis & exteriorū rerū / possunt ab alio violenter auferri: sed q̄ bonū corporis pēminet bono exteriorū rerū / grauiora sūt peccata q̄ ibus infertur nocumentū corpori / q̄ ea quibus infertur nocumentum exterioribus rebus.

¶ Hinc est q̄ rapina dicit grauius delictū / q̄ furtum: q̄ p rapinam non solū infertur alicui damnū in rebus: sed etiaz vergit in quādā ignominiā persone / siue iniuriā / & hoc prepōderat fraudi / vel dolo q̄ pertinēt ad furtū. Probus.

o 12 ¶ Excepto. Petr. de ancha. con. clxxxix. col. ij. tribus de causis / dicit q̄ * ecclesiastica sacramēta in mortis articulo nō sunt etiā excōicatis penitētibus denegāda: imo semp a iure iste casus absolutionis in mortis articulo reseruat. c. eos. j. hoc titu. ¶ In pposito Jo. fab. in auten. sed nec ante. C. de sepulch. violato. dicit q̄ creditores impediētes in articulo mortis debitores ne ponant in ecclesiastica sepultura / q̄ eos excōicari faciunt puniunt pena aūt. itē qui donū: eo. titu. Et possunt cogi creditores ad eos faciēdū sepeliri: maxime si heredes volunt se obligare p debito / quia tunc non est differenda sepultura. capi. a nobis. supra hoc titulo. Probus.

p 13 ¶ Articulo. In quo quis nō potest adire * hereditatē: q̄ deficit volūtas & cōsensus: & sic aliquid facere non potest / q̄ est in exhalatione spūs: facit tex. & ibi glo. ff. qñ dies lega. ced. in. l. si. Bar. in. l. miles. §. p parte / de lega. ij.

¶ Uide de actis in articulo mortis per Sozi. con. ccxxix. primo aspectu. Probus.

q 14 ¶ Exceptus. Non immerito p hoc multa * iura ɔcedunt spālia / cū sit extremū velle aut nolle / vide Scrib. post tex. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. vbi Bar. in repetit. q̄ existens in extremis de quo habetur in. c. raynutius in psi. in extremis positus. s. de testa. & in. c. nos quidē ibi de hac luce migrante in. c. fi. ibi agens in extremis. s. de succe. ab intesta. tex. in. l. seia. §. cum pater ibi in extremis vite ɔstitutus ff. de donatio. & in. l. si pater. §. quedā. ff. de fideicō. libert. ibi in extrema esse valitudine & ibi deberi ea que in extremis dixisset cum similibus) potest de iure ciuili testari ad pias causas cum duobus testibus / etiam alias non seruatis solennitatibus iuris ciuilis.

¶ Quod licet a multis scriben. ibi reprobetur opinio Bar. tū pro ea est casus in indiuiduo in. d. §. quedā / pro quo habes doctrinam Ang. in. l. cum antiquitas. §. cuz aūt. C. de testa. vbi dicit q̄ existēs in extremis potest testari ad pias causas cū duobus testibus & pñtia presbyteri parrochialis / & ita dicit se intelligere. c. cum esses. s. de testa. tū re vera ille tex. non loquitur de ɔstituto in extremis / nec loquitur in relictis ad pias causas.

¶ Pro hoc adduci potest. l. pamphilo. §. propositū / ibi in discrimine vite ɔstituto pter infirmitatem de lega. iij.

¶ Pro intento nostro vide. c. relatū. s. de testa. & qđ diximus detrahi a solēnitate iuris / pter huiusmodi extremitatē / rationis idētitate idē dicas in infirmo pestiferato / quo casu etiā iuris solēnitati detrahitur. Saly. in. l. cum a matribus. C. qui petāt tuto. q̄ si pestis erat in ciuitate & mater ideo nō venit ad ciuitatē: & petat tutorem dari filijs excusatur a pena. l. sciant. C. de legiti. hered. pro hoc glo. fi. in. c. ex trāmissa ibi tēpus hostilitatis. s. de prescript. ad idem glo. fi. in. c. fina. s. de cler. non residen. dixi post domi. meum. s. in. c. tibi. de rescript. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xij.

Si iudex laicus malefactorem captum detineat, & is se clericū dicens ad curiam ecclesiasticam petat remitti, vel curia ipsa eū tanquā suum clericum repetat, iudice illum inficiante clericum, ac ob hoc minime remittendum, dubitatiōis huiusmodi an scilicet sit qui repetitur clericus ad iudicem ecclesiasticum (quia de re ecclesiastica & spirituali, vocato tamen iudice seculari vel alio cuius interest) cognitio pertinebit. ¶ Et si notoriū fuerit quod idē malefactor sit clericus, qui hmōi priuilegio gaudere debeat, statī absque alia cognitiōe, vel fama publica de hoc extiterit, aut ipse pro clerico cōiter habebatur, in cōtinenti etiā ante cognitionē de clericatu ecclesiasticæ curiæ debet reddi. ¶ Idē esse censemus si reus ipse ante deprehensionē pro laico publice se non gerens deprehensus fuit in habitu clericali, tonsurā videlicet & vestes deferēs clericales, nam talem debemus clericum

(donec constet de contrario) reputare. Sicut de illo qui in possessione ingenuitatis existit, si dicatur ab alio libertinus legalis sanxit autoritas, vt probãdi necessitate, nõ ipse, sed aduersarius astringatur. Iustum est enim, vt ipse talis quem gestat ex habitu (quousq3 appareat aliud) presumatur, qualis is esse cuius fert habitũ cõprobatur. Ex stigmate nãq3 cõsueto fabricẽsibus imprimi, latitans fabricensis agnoscitur. Et custodes aquarũ (quos hydrophilatos nominant) quę eis insigi solet annotatiõe signati manifesti sũt oĩbus, & angariarum nomine nõ tenẽtur. Isque status alicuius esse videtur in quo ipse deprehẽditur donec contrariũ doceatur. Nõ sic autẽ volumus obseruari, si ante deprehẽsionẽ pro laico publice se gerebat, ac pro tali cõmuniter habebatur, quãuis deprehẽsionis tẽpore repertus fuerit in habitu clericali, tunc enim restituẽdus nõ est quousq3 fidem de titulo fecerit clericali, cuius eidem probationis onus incumbat propter presumptionem quę aduersus ipsum orta est ex delatione laicalis habitus pręcedenti, contra eũ tamẽ interim quiuis processus iudicis penitus conquiescat.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Miles armate militie per magistrũ Militum in ciuilibus & criminalibus habet iudicari.
2 In cognoscendo & sententiando vocandi sunt quorum interest/& denunciatio illis facienda est: alias non tenet quod fieret.
3 Sola possessio clericatus non sufficit.
4 Quis non tenetur titulum sue possessionis dicere.
5 Plus habet possessor (aliis paribus) q̃ petitor.
6 Habens beneficium ecclesiasticum clericus esse debet/ et tenetur docere de titulo.
Possessio non facit clericum.
7 Antiquata possessio facit quẽ p̃sumere clericũ: nõ recens.
8 In quo statu te inuenero in eo te iudicabo pro presenti/ licet de alio statu inquiri possit.
9 Ultima mora nocet/& vltima possessio ꝓdest: & ĩspici debet.
10 A plurali denominatur & scd̃m illud iudicatur.
Natura cause quandoq3 habet/ vt quis prosequatur causam suam vinculatus.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Clerici (etiam stante cõsuetudine) nõ possunt cõueniri de crimine corã seculari siue ciuiliter siue crimĩaliter agat.
2 In Gallia seculares in aliquibus casibus procedunt contra clericos.
3 Papa quando potest statuere q̄ clerici conueniantur coram seculari.
4 Omnes iudices possunt omnes inobedientes punire/& iurisditionem suam penali iudicio defendere.
5 Cuius expẽsis remissio clerici fieri debeat per secularem iudicem.
6 An clericatus remissus possit detineri per commentariensem iudicis secularis/ pro expensis in carcere factis.
7 Possessio procedens ratione familiaritatis nil acquirit.
8 Spiritualia spiritualibus personis sunt distribuenda.
9 Omnis qualitas que nõ est innata/ est in specie probãda.
10 Heratiatus qualitas: est a parte probanda.
11 In iure reperiũtur delicta/leuia/grauia/ grauiora/& grauissima.
12 Clericatus nõ solũ p̄ lr̃as ꝓbatur: sed etiam per testes.
13 Ultimum verbum attenditur.
14 De re spirituali & ecclesiastica secularis/ nec pricipaliter/ nec incidenter cognoscit.
15 Prius est de statu persone q̃ communione inquirendum.
16 Qui defert procuratorium/ presumitur procurator: licet multi sint eiusdem nominis quo & deferens/ idem de clerico/ deferente literas clericatus.
17 Ratificatio fit factis sicut verbis.

SI iudex, [a] Hec decreta habet tria dicta. Primũ q̄d iuris de capto a iudice seculari: qui dicit se clericum et remitti ad iudicem ecclesiasticuz. Secũdum §. [idem esse] quid iuris de illo qui ante deprehensionem p̄ laico se non gerens deprehensus est in habitu clericali: & sup̄ hoc adducũtur plura legis argumenta. Tertium §. [nõ iit] quid iuris de illo qui ante deprehensionez pro laico se gerebat/ & pro tali communiter habebatur: fuit tamen deprehensus in habitu clericali. Ex quo §. quartus casus relinquitur decisus/ vt quando ante captionem & in captione/ pro clerico se non gerebat [repetat] sicut ciuitas suum ciuem. ff. de rei vend. ca. l. prima §. j. & ff. ad municipa. de iure. Et sicut * miles armate militie per magistrum militum in ciuilibus aut criminalib⁹ habet iudicari: sic clericus per iudicẽ ecclesiasticum. ẽ. de iudiciis. at si clerici. C. de iurisditio. omni. iudic. magisterie [vocato]. Nam * in cognoscendo et sententiando vocandi sunt quorum interest: & denũciatio illis facienda: alias non teneret quod fieret. ff. de re iudic. l. de vno quoq3. ẽ. de maior. & obedien. inter quatuor. ẽ. de contrahen. empti. c. fi. C. de euictio. l. emptor fundi. [pertinebit]. ẽ. de ordi. cognitio. tuam. ẽ. de iudic. at si clerici.

¶Sed qualiter in cognitione procedatur statim/ & primo videbitur de possessorio clericatus: vt quia est notorium: aut quia fama publica hoc diuulgat/ aut quia iste communiter pro clerico habebatur: & vno istorum faciente pro capto: ipse anteq̃ de clericatu cognoscatur restitui debet curie ecclesiastice. Et sic ista possessio [b] facit cognitionem esse fori ecclesie/ sicut video: persona ecclesiastica agit cõtra possessorem laicum coram seculari iudice/ & recuperata possessione laicus aget contra personam ecclesiasticã super petitorio coraz iudice ecclesiastico: in hoc casu (restitutione [c] facta) debet agi causa de titulo clericatus: quia sola * possessio [d] non sufficit. ij. q. j. legum. ij. q. v. in summa: vnde possessio rei dat forum ipsi reo. C. de alie. iud. mutand. causa facta. l. vna. & ibi reali actione contenditur seu de titulo clericatus. ¶Sed quare tenetur titulum sue possessionis dicere/ cõtra regulã. C. de petitio. hered. cogi. ij. q. v. in prin. ẽ. vt eccle. bene. c. vno. in prin. C. de rei vendica. l. fi.

¶Hic vbi actor contra reum agit de re quam possidet re⁹/ vt illa sibi restituatur: petendo rem quam dicit suam vel sibi debitam: cum plus habeat * in re aliis paribus possessor q̃ petitor (actore non probante) etiam si nihil reus probauerit obtinebit/ vt dictis iuribus/ & hec fuit equitas publiciane actionis. ff. de public. per totum.

¶Sed quando actor non agit ad interdictum possessoriũ in quo est reus: sed ad finem aliuz/ tunc secus vt. d. c. legũ. verbi gratia video ego episcopus tenere beneficium: teq3 esse in possessione clericatus/ & quia hec possessio non sufficit: quia * habens beneficium ecclesiasticum: clericus esse debet/ [e] & tenetur ipse docere [f] de titulo/ vt. d. c. legum. ẽ. de transactio. ex literis. ẽ. de rescrip. cum adeo. Sic dico in proposito/ iudex secularis dicet coram iudice ecclesiastico/ vel alter cuius interest: vir iste perpetrauit delictum [g] tale in mea iurisditione: vnde iste coram me sortitur forũ: vnde peto q̄ mihi reddatur per me iusticiãdus/ si dicatur est in possessione clericatus: dicet/ possessio * non facit clericum. ff. de decurio. l. herennius. vnde probet si potest: dico tamen q̄ vbi esset antiquata possessio reputarẽ calumniã/ & illum esse clericum presumerem. arg. ff. de ritu nuptia. in libere; secus si esset recẽs [h] factum nunc sic/ nunc aliter se habens vt faciunt baratatores. arg. ẽ. de presumptioni. capitulo. illud.

¶Et p̃missa firmiter dicerẽ in eo q̄ cõtendit de beneficio: q2 ipse debet ꝓbare [i] se clericũ/ [k] vt dictis iuribus. c. cũ adeo. & capitu. ex literis. Sz vbi diu inconcusse remansisset sec⁹ [si cleric⁹] i. notorie in possessione clericatus/ & hoc est

sic intelligendum: propter ordinẽ hic tactũ sup possessorio ⁊ petitorio clericatus vt premisi, [habebatur]. ff. ad macedo. l. iij. [debet reddi] ⁊ sic quodlibet de tribus predictis facit ꝙ iste sit de foro ecclesie/ qui tamen iudicabit postea de
7 titulo clericatus [reputare]. Nam in quo * statu te inuenero / in eo te iudicabo pro presenti / licet de alio statu inquiri possit. C. si seruus expor. ven. l. moueor. ff. de iure fisci. l. sed si accepto. ff. de iniur. Item apud. §. si quis virginẽ [ingenuitatis]. ff. de probatio. l. circa. ff. de libera. causa. l. liberis. §. fina. C. de libera. causa ea que [agnoscatur]. C. de fabric. l. stigmata/ lib. xj. [Signati]. C. de aqueductu. l. decernimus. §. vniuersis/ lib. xj. [clericali]. Sic hic vltima *
l 8 mora [l] nocet. ff. de pericul. ⁊ cõmo. rei vendi. illud in fine/ sic vltima possessio prodest: ⁊ inspici debet. arg. C. ne de statu defuncto. si mater. in fine: vbi de hoc.

¶ Dic ꝙ prodest quo ad hoc vt articulo ꝓbationis pendẽte: super articulo clericatus non ꝓcedatur cõtra eũ. vt. ĩ. in fine. Sed non ad hoc vt restituatur iudici ecclesiastico. Et est ratio notatu digna: hic faciebant plura cõtra istũ ꝙ
m 9 pro [m] ipso: vt patet ex textu. Et ideo * a plurali denoiabitur: ⁊ scd̃m illud iudicabitur. no. ĩ. hoc titu. ꝓxi. capi. fina. [de titulo]. Sed corã quo: videtur ꝙ corã iudice seculari: quia iudex/ est possessoris imperii ille qui in eũ habet iurisditionem. s̃. de foro cõpe. cũ sit generale. xj. q. j. experien
n tie. C. vbi in rem actio. l. fina. ¶ Cõtra [n] dic arg. s̃. de ordi. cognitio. tuã. Et prima iura loquũtur nisi natura cause alium iudicem requirat/ vt in capi. tuam.

¶ Sed quomodo litigabit corã iudice ecclesiastico reten
10 tus in curia seculari: dic per ꝓcuratorẽ. Et natura cause * quandoqꝫ habet / vt quis ꝓsequatur causam suã vinculatus. ff. de custo. reo. diuus. j. Et hoc est cõstitutũ odio illius qui se ingessit cõtra illa que probare conatur / ad quod admittitur beneficio priuilegij toti clero indulti/ qui alias
o non videtur admitti/ contra illa que [o] factis suis dilucide ꝓtestatus est. arg. s̃. de ꝓba. c. ꝑ tuas. Jo. Mo. Car.

a
1 SI iudex. Hic firmatur regula iuris ꝙ clerici * non possunt de crimine corã iudice seculari cõueniri: esto ꝙ cõtraria deducatur consuetudo. c. clerici. s̃. de iudic. Siue ciuiliter agatur/ siue criminaliter scd̃m Panor. Feli. Barba. ⁊ cõiter Docto. Ibi cũ hoc clerici habeant a iure diuino. glo. in cap. quãqꝫ. in ver. diuino. de cẽsib. hoc lib. ¶ Firmãt id rationibus multis do. de Rota in antiq. deci. 8 + o. vtrũ valeat cõsuetudo Anglicana/ facit glo. post tex. in. c. imperator. xcvj. dist. que dicit ꝙ anteqꝫ emanassent alique cõstitutiones/ clerici nõ erant in iurisditione seculariũ: ⁊ constitutiones disponentes ꝙ clerici non iudicentur nisi ab episcopis non sunt nisi iuris declaratorie.

¶ Istud idem tenent Tancre. Innocen. Gofre. Hostien. Joan. Andr. ⁊ Panor. in capitu. ij. s̃. de maior. ⁊ obed. prout refert Aufre. in repeti. clemẽ. prime/ in. iij. quesito/ ver. in contrarium videtur/ de offi. ordi. vbi adducit Bald. in titu. de pace tenen. in. §. si clericus/ col. x. dixi. s̃. in capit. vnico. de cleri. coniuga. post Hostien. in capi. primo. s̃. de apostа. quem refert ⁊ sequitur Alexand. in consil. cxlix. col. ij. in causa/ vol. vj. vbi late tractat materiam tex. nostri. Ideo vide eundem/ ⁊ in consilio. viij. volu. primo.

¶ Hanc tamen regulam his non obstãtibus habes apud
2 Gallos modificatam * multis in casibus. Primo dic eam non procedere in portu armorum quod est in dictu ꝙ clericus arma deferens/ seu portans / potest capi ⁊ puniri per iudicem ciuilem/ seu laicum: dico puniri pecuniariter/ non corporaliter. text. est secundum Joan. Fabr. ibi. in. l. addictos. C. de episco. audi. vbi glo. in ver. vindicetur dicit/ nota clericum puniri per iudicem ciuilem / cessante priuilegio fori/ propter enormitatem criminis.

¶ Vide Aufre. in. d. repeti. clemen. prime/ in. iij. quesito/ in ver. queritur vtrum iudex laicus/ de offi. ordi. hoc enim iure vtuntur Galli/ qui dicunt regem ⁊ eius officiarios / de hoc fore in possessione ⁊ saisina a tempore/ cuius initij hominuz non extat memoria. Et is casus numeratus dicitur inter casus priuilegiatos: hoc enim dicunt habere ex priuilegio pape / quod prima fronte non videtur placere domi. Walereto in tracta. de electio. charta mihi. xxviij. cuz papa id non posset/ quia priuilegium clero datum procedit vt prediximus a iure diuino/ vt ibi etiã late iurib⁹ ⁊ autoritatibus cõprobat: subdẽs nõ valere/ etiã naturali ratiõe obstante: qr si papa posset pro arbitrio facere ꝙ clerici subirent iudiciũ laicorũ: sequeretur ꝙ quis cogeretur litigare corã iudice suspecto. cõtra. c. fina. iij. q. v. consequẽtia patet/ qr clerici sunt oppido infesti laicis. c. clericis. ⁊ ibi glo. coadunat concord. de immunita. eccle. hoc lib.

3 ¶ Tu tamen saluando priuilegium Gallorũ/ dic * aut papa ex toto vult tollere priuilegium Gallorum clericorum/ ⁊ hoc non potest/ ita procedat contraria opinio: hinc est ꝙ papa non potest statuere vel disponere ꝙ clerici indifferẽter conueniantur/ seu conuenirі possint in omni causa corã iudice laico. Aut vult certis casibus clericos iurisditioni laicorũ subijci/ ⁊ hoc potest: prout dicitur in simili ꝙ potest ius positiuum quo ad vnũ vel plures clericos in particulari tollere: sed non quo ad omnes: cũ id esset immutare statum vniuersalis ecclesie. ista firmat Aufre. vbi. s̃. in ver. preterea. ꝙ papa ⁊ latius in sequentibus.

¶ Moderare ⁊ secundo si clericus offendit officiarios regios officia sua exercentes : quia tunc clericus per iudicem ciuilez punitur: facit tex. in. l. vnica. ff. si quis ius dicẽ.
4 non obtempe. vbi dicit/ ꝙ omnes * iudices possunt omnes inobedientes punire ⁊ iurisditionem suam penali iudicio defendere: ⁊ ibi Bar. Bal. ⁊ alij.

¶ Suadet ratio/ quia si defensio per tales officiarios non fieret (etiaz mulctando) posset iurisditio temporalis remanere illusoria/ contra no. per scriben. post tex. ibi in. c. primo de off. delega. s̃. ¶ Moderare ⁊ tertio si clericus vult iurisditionẽ. vsurpare regiaz/ quia tunc mulctari poterit per iudicem secularem: pro hoc facit tex. in. c. dilecto. hoc titu. ⁊ eo. lib. ⁊ in. c. ex parte in christo. s̃. de ver. signi. ratio subest/ quia istud est quedaz defensio iurisditionis que eo ipso videtur permissa ex quo data est ipsa iurisditio. l. ij. ff. de iurisd. omni. iudic. facit quod no. Bal. in marga. in ver. iudex. col. vj. ꝙ iudex iurisditionẽ suã potest tueri etiam armis.

¶ Moderare ⁊ quarto regulam non procedere in clerico saluam gardiaz regis vel assecuramentum infringente/ et crimen priuilegiatum vt sunt lese maiestatis/ false monete ⁊ premissa infractio: quia in talibus casibus iudices regij consueuerunt partes suas apponere contra clericos: condemnando eos ad emendam pecuniariã/ pro hoc facit tex. in. l. fina. ibi miles vel clericus/ ⁊ ibi executoresqꝫ huius legis omnes iudices. C. vt nemo priuat. ⁊c. ⁊ de hoc etiã rex Gallie ⁊ eius officiarij: dicunt etiã se fore in possessione et saisina a tempore etiam cuius initij non extat hominũ memoria/ ⁊ sic ex priuilegio cum id tempus/ ius priuilegij includat. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidia. ⁊ estiua. c. primo/ de prescriptio. hoc lib. Jas. in. l. de quibus. ff. de legib. ¶ Moderare ⁊ quinto regulam non procedere/ quando clericus est regis officiarius: quia tũc si in officio suo delinquat de delicto rex ⁊ eius officiarij cognoscunt/ licet talis sit in sacris cõstitutus ratio suadet/ quia post ꝙ clericus officium seculare assecutus est : dicitur subditus principis secularis/ a quo officium illud dependet. pro hoc facit tex. in. c. sacerdotibus. s̃. ne cler. vel monach. Et talis princeps poterit eũ ꝓuare. tex. in autẽ. ꝯ mãda. prin. in. §. festinabis. col. iij. ¶ Alias moderationes poteris videre in consuetud. burg. in tit. des iustices. §. v. ⁊ apud Guil. Benedict. in. c. Raynutius. in ver. ⁊ vxorem nomine Adelasiã nu. cccccxxiiij. cum sequentibus/ qui per prius ponit quid in causis ciuilibus.

¶ Et hec omnia procedunt/ non ex prescriptione aut consuetudine: sed ex priuilegio sedis apostolice/ de quo an fidez facere teneatur iudex secularis: vide Waler. in. d. tracta. de elect. charta mihi. xxxj. versi. circa predicta posset occurrere: vbi concludit ꝙ si cum possessione tanti temporis de cuius initio non extat memoria concurrat fama priuilegij/ presumitur pro priuilegio/ nec propter difficultatẽ probandi rem adeo antiquam pereat ius partis/ nec est dicendum ꝙ solum tempus hoc inducat/ sed presumptio priuilegij probata diuturnitate fame/ vt aperte vult in simili Jo. Imol. post Bald. ⁊ Card. in capitulo. cum apostolica. ver. nec obstat predictis. s̃. de his que fiunt a prela. Card. in. c. causam. de prescriptio. Dom. in. c. ij. §. sane. de decimis hoc lib. Probus.

b ¶ Ista possessio. Sic intelligi debet decisio Rote in antiquis decisio. cclxiiij. quod sufficit fuisse in possessione clericatus per aliqua tempora : secus si agatur de obtinendo beneficio: quia tunc oportet probare liquide se fore clericum/ vt hic Joannes Monach. subijcit/ dixi late. s̃. in cap. primo de tempo. ordi. vide Alex. in consi. cxxxviij. numero. iij. opportune. vol. primo. Probus.

c 5 ¶ Restitutione facta. Dubitari consueuit/ cuius * expēsis hec restitutio seu remissio fieri debeat / dic videri ꝙ expēsis clerici se remitti petētis. Bal. in. l. gñaliter. §. his de presentib⁹. C. de reb. cred. tāgit hūc pūctū/ id dicēs/ ⁊ allegat l. quoniā liberi. C. de testib. ⁊ l. cū sepe. de erroga. mili. anno. lib. xij. C. referendo cū quidā ad regem appellasset/ ⁊ peteret se ad curiā remitti: ⁊ oportebat ꝙ remitteret cū custodibus/ ꝙ ipse facere debebat expensas custodibus. Quod verū dicas si clericus habeat/ alias si nō habeat fiet expēsis episcopi remissionē petentis. Cū ad eū emolumentum iurisditionis ptineat/ ergo ⁊ onus: regula iuris q̄ sentit ⁊c.

6 ¶ Sed quid eodē themate retento/ ordinatū * est per iudicem secularem quod fiet remissio: sed cōmentariensis se opponit remissioni donec ei fuerit satisfactū de victualib⁹ ⁊ expensis per clericū in carcere factis/ an sit audiendus: prima fronte videtur ꝙ sic cum secunduz aliquos clericus ipse teneatur ad expensas vsq; ad tēpus requisitionis/ seu quo peruenit ad iudicis cognitionez ꝙ talis esset clericus non post/ q̄ mora debet esse solū nociua detinenti: in contrariū tñ sic habet rei veritas. Cū istud debitū sit ciuile/ ꝑ quo clericus nō est carcerib⁹ detinēdus. Jo. And. Frāc. ⁊ Domi. in capi. si clericos. j. hoc titu. Probus.

d 7 ¶ Sola possessio. Dic * ꝙ hec possessio equiparatur possessioni que interuenit actui qui exercetur per modū familiaritatis/ vel amicitie: vel per modū liberi arbitrij: vt recipere domesticos: vel amicos in domo/ vel ire per viā publicā: vel coquere panem ad furnū tuū/ vel ad molendinū/ aut ad prandiū: quia per eam nihil queritur: ratio dicit Inno. in cap. cū ecclesia/ col. ij. s̄. de causa posses. quia talia cōmuniter fieri cōsueuerunt potius ex gratia q̄ ex debito. argu. l. prime. ff. de flu. ⁊ l. cum deianionis. §. asinam. ff. de fundo instructo: de quo vide per Paul. de castr. in. l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. posse. Feli. in ca. cū. M. in ver. tertia declaratio. in. iij. col. s̄. de cōstitu. tangit Car. cōsi. xxxviij. dñs comes. nō autem equiparatur actui qui inchoatur in re aliena per modū facultatis/ quia in eo per patientiā assiduā queritur quasi possessio/ vt. l. j. ⁊ ibi per Bar. ff. de itine. actuq; priua. ¶ Idem dic de actu qui inchoatur ꝑ modum iuris debiti: vt est interesse electioni/ vel cōsilio populi/ vel similibus/ quia in istis procedit prescriptio/ ⁊ per patientiam illoꝝ qui talem admittūt queritur quasi possessio vt no. in capit. consultationibus. s̄. de iure patro. vide rotam in antiq. decis. ccccclxxv. Probus.

e 8 ¶ Debet. Ratio potest reddi per ea que voluit Prepo. in princi. decre. de causis/ col. vj. videlicet ꝙ spūalia * personis spūalibus sunt distribuenda. ¶ Uide scriben. post tex. in capit. ij. s̄. de institu. Et hec qualitas est fundamentum

9 in beneficialibus que nobiscū nō nascitur. Ergo est in specie probanda cū omnis * qualitas que nō est innata sit in specie probanda. Panor. in cap. bone. el primo/ col. v. s̄. de electio. Corset. in suo reperto. in ver. clericus.

10 ¶ Ultra eos faciunt que citant Innoc. in cap. cum. P. tabellio. ⁊ cap. fina. ⁊ Bar. in. l. Barbarius. ff. de offi. preto. ꝙ notariatus * qualitas est a parte probanda. Refert domi. Bartho. de chasseneo consi. j. §. v. facit. Et ratio/ quia iste qualitates clericatus/ ⁊ notariatus / sunt extrinsece/ ⁊ ex accidenti prouenientes. Ideo non presumuntur inesse / nisi probentur. glo. in ver. scientie/ in cap. si forte. s̄. de electio. hoc lib. glo. fina. in capi. dudum. s̄. de presumptio. vbi Panor. sequitur illas ambas glo. notat latius Domi. in consi. lxxvij. apparet/ vbi dicit id verū quando ius nō presumit pro istis qualitatibus: secus si presumat/ ⁊ ibi ponit exemplum quod videre licet. Probus.

f ¶ Docere. Uide que in simili not. Deci. consilio. ccccLviij. col. prima/ visis allegationibus. Probus.

g 11 ¶ Delictū. Dic in iure * reperiri delicta leuia/ grauia/ grauiora/ ⁊ grauissima/ leuia quidē vbi dolus non req̄ritur: vt qñ aliquid cōtingit per imperitiā vel culpā sine dolo: vel quādo dolus interuenit/ sed circa rem modicā. l. respiciendū. ff. de penis. c. cū dilecti. s̄. de accusa. Grauia in quibus exigitur dolus/ ⁊ tēditur in alterius graue preiudiciū/ seu reipublice/ ⁊ magna pena imponitur/ vt in furto/ periurio/ ⁊ similibus/ vt in cap. cū nō ab homine. s̄. de iudic. Grauiora que aliquando penam mortis non exigunt/ ⁊ grauissima quando infallenter mortis pena imponitur. Ex grauitate enim pene deprehendimus quātitatem ⁊ qualitatem delicti/ capi. non offeramus. xxiiij. q. prima/ quod prosequitur Cepol. in repertitio. l. si fugitiui/ col. xiiij. C. de ser. fugi. ver. nec est bona reprehensio. Probus.

h ¶ Recens. Uide que in simili dicit Alexan. consil. ccxviij. col. ij. ponderatis narratis/ volu. vj. Probus.

i 12 ¶ Probare. Non solum per * literas epī ad clericatū adscribentis: verum etiam per testes vt hic per glo. in ver. fecerit/ que tanq̄ singularis commendatur a docto. Bal. tamē in. c. licet. s̄. de te testib. dicit argu. glo. ibi in ver. vni⁹. ꝙ clericatus potest probari per vnū testem: quia actus de se/ ⁊ sui natura inspecta nemini preiudicat: quod videt placere Fely. ibi in fine ⁊ ante eum Bal. in. c. nuper/ de testib. pro quo Jason in consi. lxxvij. col. ij. vol. iij. Placet.

¶ Ratio quare probare quis debeat se clericum / videtur quia non est qualitas que presumatur/ ideo probetur. not. Card. con. xiiij. col. prima. pro elucidatione dubiorum.

¶ Uide que dico in apostilla sequenti. Et subdit ibi idem Card. ꝙ qualitas ꝙ res sit ecclesiastica/ ⁊ sub iurisditione episcopi/ non inest a natura rei sed per aliquod adiectū de expressis in iure inducitur. Probus.

k ¶ Se clericum. Et sic debet probari titulus: nec ex possessione presumitur/ quia talis possessio habet precedentē veritatez necessario/ scilicet ꝙ primo fuerit laicus: ⁊ qualitas clericatus non potest inesse a natura sed ab accidēti/ ergo probanda. Petrus hic. in. v. nota. facit glo. in cap. si forte. in ver. scientie. de elect. hoc lib. quam in proposito allegat domi. Bar. de chasseneo consi. xliiij. nu. xiij. hanc glo. refert ⁊ sequitur Panor. in. c. fi. de presumptio. s̄. vide que dixi. s̄. in apostilla debet probare/ quib⁹ adde que citat Domi. in consi. xcj. premitto/ vbi disputat an tolerantia in clericatu sufficiat/ ⁊ distinguit prout videre poteris/ tamen videtur stare cum archi. hic ꝙ petens beneficiuz debet firmiter ꝓbare se fore clericum/ alias nō obtinet per. c. cuz adeo. s̄. de rescript. ⁊ de transactio. ex literis/ hic per Joā. Mo. allega. qui stat in hac opinione quibus adhereo. Probus.

l 13 ¶ Ultima mora. Uide in simili ꝙ vltimū * verbū attendit/ vt si dicatur volo nolo. Bal. in. l. quidā eulogio. col. j. in ver. si. quid ergo. C. de iure delibe. facit tex. prout placet Decio cō. ccccxlv. nu. xij. in casu. ⁊c. ⁊ l. si inequalibus. ff. de hered. instituen. Probus.

m ¶ Quā pro ipso. Hanc rationem referunt ⁊ sequūtur Jo. And. Guiller. Petr. Domi. ⁊ Franc. hic. Probus.

n ¶ Cōtra dic. In hoc sequit hic Arch. Jo. And. tā in glos. q̄ in nouella. Petr. de Ancha. no. ij. Guill. de mōte laudu no. in prin. Domi. ⁊ Frāc. tā in nota. q̄ in expeditione glos. in ver. fecerit. Antho. de Butrio in. c. ex parte. iij. de priuileg. ⁊ est de mente Bald. in. l. si qua. C. de epis ⁊ cler. ⁊ hec est communis/ que ratione cōprobatur: quia agitur de pri-

14 uilegio * ⁊ re ecclesie ⁊ spirituali: de qua nec principaliter nec incidenter cognoscit iudex secularis. d. c. tuam. hic per Jo. Mo. allega. ⁊ c. lator. qui fil. sint legi. s̄. Ergo hec cognitio ad iudicem ecclesiasticum (qui iudex est legitimus cause preparate ergo preparatorie) est remittenda/ ista firmat idem Petr. in cle. dispendiosam. in. vij. not. de iudic. dū dicit ꝙ si questio principalis est priuilegiata in ordine procedēdi similiter ⁊ alia ipsaz causaz tāgentia ⁊ pēdētia ab eadem. l. cū ij. §. si vni. ff. de transactio. vbi causa alimentoruz in transactione est priuilegiata: ⁊ similiter quicquid alimēta tangit/ causa alimentorū censetur: hinc Bar. in. l. solent. nu. xvj. ff. de alimen. ⁊ cibar. lega. ꝙ si per statutum in causis damnorū datorū sufficiat probatio per iuramentuz quicquid quocūq; modo tangat causaz illā/ potest probari per iuramētū. Et hec questio dicit preiudicialis/ medio cuius omnis alia prius mota debet interim conquiescere.

15 d. c. tuam: ⁊ alibi dicit lex ꝙ prius * est de statu persone/ q̄ communione inquirendū. l. preses. C. ad. leg. iul. de plagia. Et hoc quando questio status est q̄ iudicialis/ vt ibi ⁊ hoc iudicio pendente nō relaxabitur per ipsum iudicem secularem ab ipsa accusatione ⁊ carceribus: quia hoc iudicio pendente nihil est innouanduz. c. significāte. s̄. de appella. Innocen. in. c. vt fame. s̄. hoc titu. ita dicunt hic Petr. zenzelinus ⁊ Franc. Pro quo tex. hic in fine. ibi tunc enim restituendus non est.

¶ Et attende quis in hoc dicatur talis iudex ecclesiasticus ad quem fit remissio: quia hic in hoc concordant Do. ⁊ Franc. ꝙ sit iudex ordinarius capientis seu iudicis secularis clericum detinentis Inno. in. d. c. vt fame/ ꝙ licet cognitio premissa nō spectet ad iudicē secularem: tñ ſʒ Bal. in. d. l. si qua. si captus ostēdat iudici laico literas clericatus/ debet statim remittere/ ⁊ hoc fit ad instructionem ⁊ inducendum in eo scientiam clericatus/ et in tali ostensione non oportet aduersarium citari: quia non fit in modum probationis: sed instructionis/ quod nota/ quia sepius accidit in facti contingentia.

16 ¶ Sz pone * eodē themate retēto Petr⁹ a iudice laico sic detētus/ ostēdit literas clericatus sub noīe et cognomine

suis:sub quibus plures reperiũtur appellati in tali loco ⁊ dioecesi:an sit legitie ꝓbatũ / pria facie videt̃ ꝙ nõ ꝑ.l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel. Tu tñ dic cõtra:qđ ꝓbo ꝑ.d.l. si qua.vbi Bal.in fine ⁊ cõiter alij scribentes post Cy.ꝙ si Titi⁹ venit cũ instrumẽto ⁊ lr̃is / ⁊ dicit se esse ꝓcuratorẽ Sẽpronij:⁊ dr sibi ꝙ lr̃e sue faciũt mẽtionẽ ꝙ Sẽpronius fecit ꝓcuratorẽ Titiũ:tu nõ es ille Titi⁹ de quo lr̃e loquũtur:ꝙ ille lr̃e ꝓbãt ꝙ sis ille/ex quo illud ĩstrumẽtũ tu ꝓducis. ꝓ hoc est glo.singularis in.l.fina.C.de pact.cõuẽ. vbi dr ꝙ ex quo marit⁹ hʒ penes se instrumẽtũ bonoꝝ parafernaliũ vxoris/ p̃sumitur esse ei⁹ ꝓcurator factus. Ita notãt Doct.ibi.ꝓ hoc facit qđ citat Bar.in.l.vulgo.in fine ff.de admi.tuto.vbi dicit/ ꝙ si quis habet ĩstrumẽtũ cause penes se/p̃sumit̃ esse ꝓcurator:qđ intellige verũ scđm modificationẽ traditã/ibi ꝑ Alex.de Imol.in addi.ad eũ/ ⁊ latius ꝑ Roma.cõsi.ccccxlvj.numer.x.⁊ sequen.quod sumit initium.Primus preposite. Probus.

17 ❡ Factis.Quibus etiã * ratificatur ⁊ nõ ratificatur:sicut ꝓbis.Alex.cõ.cxxxv.nu.xv.Antho.vol.vj. allegat.l.paulus/als nõ tãtũ.ff.rem rat.haberi/⁊.l.quo em.§.fina. ⁊.l.si indebitum.§.fina.eo.titu. Probus.

❡ Bonifacius Octauus. Cap. xiij.

STatutũ Grego.papę.x.factũ ad declarationẽ constitutionis innocentianę quę prohibet participãtes excõicatis ea participatione, quæ solũ minorẽ inducit maiore excõicatione ligari monitione canonica nõ pręmissa, in suspẽsionis & interdicti sententijs (quę pro huiusmodi participatione plerũqʒ ab ordinarijs vel delegatis iudicibus promulgãtur) pręcipimus inuiolabiliter obseruari. ❡ Decernentes easdem sententias non tenere aliter promulgatas.

STatutũ, Hec decre.cõstitutionẽ Grego.x. s̃. eodẽ/cõstitutionẽ:que declarat cõstitu.Innocẽ.iiij.s̃.eo.statuimus/ad suspensionis/ ⁊ interdicti sententias prorogat seu extendit/et ibi dicta/ hic sufficiant. Ioan.Mo.Car.

❡ Bonifacius Octauus. Cap.xiiij.

LIcet excõicationis sentẽtia post appellationẽ legitimã ꝓmulgata ꝑ negligentiã appellãtis appellationẽ suã minime ꝓsequẽtis non ratificet̃, nec etiã cõualescat. Excõicatus tñ noiatim,vel specialiter & expresse qui post appellationẽ legitimã excõicationis sentẽtiã asserit in se latã, si appellationẽ eãdẽ infra tẽpus ad ipsam prosequẽdã ab hoie, vel a iure statutũ non fuerit (vt debuit) ꝓsecutus, lapso eodẽ tẽpore excõicatus publice nũciari,& nedũ in iudicialibus,sed etiã in extraiudicialibus euitari, ac a legitimis actibus remoueri debebit,quousqʒ quod post appellationẽ legitimã excõicatus fuerit, vel alias de ipsius sententiæ docuerit nullitate.

❡ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Ex quo manet firma sententia super principali:etiam appellatio quo ad hoc est frustratoria.
Presumit̃ pro excõmunicatiõis sñia:donec cõtrariũ ꝓbet̃.
2 Firmato iudicato:ipsum debet habere executionem.
Vitari debet circuitus.
3 Principali suspenso. suspenditur accessorium.

❡ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Sententia excommunicationis suspensa per appellationẽ legitimam non conualescit:licet appellatio sit deserta.
2 Verba vniuersalia restringuntur ⁊ limitantur secundum naturam ⁊ potestatẽ loquentis.
3 Si non tenet principale :nec preceptum garentigie.
4 Iura semper considerant rẽ per prius ⁊ nõ per posterius ⁊ quod principaliter geritur/non quod incidenter venit ⁊ accessorie.
5 Pro eadem re/⁊ eadem occasione/due gabelle non sunt soluende.
6 Vbi apparent due quictantie de soluto/ presumitur de diuersa quantitate/⁊ sic erit locus repetitioni.

LIcet, A diffinitiua est appellatum/ ⁊ appellans post appellationem legitimã excommunicatur:licet appellans nõ fuerit appellationem infra terminum iuris vel hominis proscecutus:excommunicatio non conualescit [a] excommunicatus tamen debebit excõmunicatus denunciari: ⁊ in iudicialibus ⁊ extraiudicialibus / ⁊ ab actibus legitimis euitari: [b] donec docuerit / se post appellationem legitimam excommunicatuʒ/aut alias de dicte excommunicationis nullitate. Et est ratio/ex quo 1 * manet sententia firma super principali : etiam appellatio quo ad hoc est frustratoria.s̃.eo.sepe.⁊.C.de tempo.appellat.l.finali.§.illud:decet presumi pro excommunicationis iustitia:donec contrarium sit probatum [conualescat] [c] hoc no.s̃.de appella.sepe.licet ibi Inno.vacilet.
❡ Sed que potest esse ratio ꝙ sententia firmetur non excõmunicatio tractu temporis/vt no.s̃.eo.quicunqʒ.
❡ Sed quero a sententia est appellatum:⁊ est facta executio in rem super qua est iudicatum/sentẽtia firmata tractu temporis.firma manet executio.ff.de appella.cum ex causa a contrario sensu:Sed quare non sic in executione Solu.si iudicatum a quo est appellatum sit executioni mandatum in directa iudicati executione:sicut in missione in possessionem/vel solutione iudicati:cum est appellationi prescriptum/tollitur suspensio vel extinctio iudicati indulta per appellationem:quod si quidem iudicatum non prodesset si executioni non mandaretur/vt supra de re iudica.cuʒ aliquibus/ vñ dicta executio que de iure tunc fieri non debuit.supra.hoc libro de appella.non solum. ⁊.C.de appellatio.l.appellatione.nec rata manet:quia illam vna via tollere esset:statim eam concedere : nam 2 * firmato iudicato ipsum debet habere executionem. Et ideo vt vitetur [d] circuitus(qui vitandus est.ff.de conditio. indebi.l. dominus testamento. et.supra. hoc libro. de re iudic. abbate.§.fina.)executio iuris:rigore inspecto ex exordio inualidam validā firmato iudicato. Et sic 3 * principali suspenso suspenditur accessorium [e] .ff.de distract.pigno.cum soluende. Ergo firmato principali [f] firmatur accessorium sequens ad illud :secus est in excõicatiõe que nõ est executio directa iudicati:licet propter illud feratur/vt ad executionem iudicati deueniatur/ nec est mirum si citius conualescat sequela directa principali firmato q̃ sequela non directa:⁊ ex propinquitate maiori aliquid tenet quod remotius non teneret.C.de vsur. per retentionem.C. de pactis/ petens. Et isti modi executionis habentur supra.vt lite non contestatue. Et primus est ad rem iudicatam propter ipsam rem: sed secundus est in personam propter iudicatuʒ. Et sic ista secunda executio non est ita vicina iudicato/sicut prima:⁊ ideo prima conualescit non secunda.
❡ Item dato ꝙ hic probetur ꝙ excommunicatio lata post appellationẽ legitimã nõ ꝓpter hoc rescindit̃ iudicatũ qđ firmatum manet negligentia appellantis appellationem

non proſequentis/vt debuit/ꝛ excõicari de nouo poterit ſi nõ pareat iudicatis/vnde qđ fuit tũc malefactũ/modo be= g ne fiet/nõ ſic tñ directa executio que manet: ne bis idẽ ſ h iteretur vt predixi:qđ locum h nõ habet in excõicatione/ vel qđ nõ fiet ſecũdo/qꝛ forſan parebit/vel eius actus pre teriti excõicatione lata habiti nõ ledẽtur. Unde ſi hec ꝓba tio excõicato ꝓdeſt: ꝛ habenti ſententiã nõ obeſt/ eſt faciẽ dum.ff.de euictio.l.in creditorem. Et hec maxime cõpetit perſonis eccleſiaſticis.s̃.de poſtul.ca.fina. ꝛ ꝓpter pericu lũ anime/cui eſt magis fauendũ/ꝛ preſertim vbi nihil depe rit rei iudicate: ꝓ cuius ſtatu ꝛ firmatione multe preſcri= ptiones ſunt inducte.C.de tẽpo.appell.l.fina.§.illud. s̃.de re iudica.ſuborta/ꝛ.c.inter monaſteriũ. s̃.de appella.per= ſonas/ꝛ.c.cũ ſit Romana/ꝛ.C.de appellatio.auten. hodie. ij.q.vj.§.tempus [eodẽ tẽpore]iuris vel hoĩs: de quo ha= betur.s̃.de appella.cum ſit Romana/ꝛ.c.oblate/ ꝛ.ca.per= ſonas [nullitate] quod poteſt contingere multis modis qui tanguntur.s̃.eo.preſenti. Joan.Mona.Cardi.

a 1 NOn cõualeſcit. Lapus in propoſito alle= ga.xlviij.magiſter hoſpitalis/ dicit ꝙ ſen tẽtia excõicationis * ſuſpẽſa ꝑ appella= tionem legitimam: non conualeſcit : licet appellatio ſit deſerta. Quia ſentẽtia ex= cõmunicationis/aut ſtatim ligat/aut ſta= tim non ligat. Probus.

b ❡ Euitari. Uide que pro intento text.noſtri citat Domi. in cõſi.xcix.ſuper primo queſito/ vbi circa finem ponit re= medium ne poſſit obijci excõmunicatio ad finem/ vt euite= tur in iudicijs/ꝛ alijs actibus/ etiã extraiudicialibus iux= ta diſpoſitioem tex.noſtri : debet enim inchoare iudicium nullitatis: dicendo qualiter fuit excommunicatus poſt ap pellationem legitimam : quam excommunicationem dicat de iure nullam: quare petat ſe declarari non ligatum. Et in hoc iudicio poterit probare cauſam nullitatis/ ꝛ illa ꝓ= bata declarabitur ſententia nulla:ꝛ poterit iſtud iudicium 2 fieri coram quocunq; iudice:dico competenti / non coram alio:prout in ſimili dicitur / ꝙ verba * vniuerſalia reſtrin= guntur ꝛ limitantur ſcđm naturam et poteſtatem loquen= tis:ꝛ non vltra.glo.in capitu.primo.s̃.de conſtitu.in verb. ab omnibus. Domi.in conſil.xcvj.col.iij. pro huius.

❡ Nec obſtat intento / ſi dicatur ꝙ de meritis appellatio= nis ſolus iudex ad quem cognoſcere debet. capi. dilectus filius.ad finem.s̃.de reſcript. cum ſimilibus: fateor quan= do appellatio proſequeretur principaliter : ſecus ſi non principaliter. Quia ſi deducitur appellatio incidenter in iudicium/ad finem probandi nullitatem geſtorum: tũc po= teſt corã quocũq; alio iudice idoneo:etiã poſt deſertã ap= pellationem/vt patet in fine text.nr̃i / ꝛ in.c.ex parte.G. vbi eſt caſus de hoc ſcđm vnum intellectum. Probus.

c ❡ Uacillet. Uide quod in ſimili notat Domi.in conſi.xciij. col.penul. Clemẽs.ibi eſt vna triſtiſſima maxima in rota/ꝛ in auribus meis.xvj.annis rotaui. Probus.

d ❡ Uitetur circuitus. Card.conſil.cv.nume.xxxvij. ſuper e premiſſo caſu. Probus.

3 ❡ Acceſſoriũ. Adde ꝙ in ſimili dicitur ꝙ ſi * nõ tenet prin cipale / nec etiam preceptum garantigie quod eſt acceſſo= rium. Bal.in.l.ſi abſentis in vlti.col.C.ſi cert.peta.allegat tex.ſingularem ſcđm eum in.l.prima.ff.de cõſtitu.pecunia. no.idem Bal.in.l.etiam/col.j.C.de executio.rei iudica. et in.l.ſi non ſortem.§.indebitũ.ff.de conditio.indebi.refert ꝛ ſequitur Alex.cõſi.cxcvj.nu.viij.perſpectis narratis/vol. vj.ꝛ cõſi.lxxxj.nu.xj.lecto.vol.iij. Idem Alex.in cõſi.xxxij col.j.opportune/volu.ij. vbi dicit ꝙ ſi inſtrumentũ non va= let/principale nõ tenet etiã confeſſio garantigiata acceſſo ria ſup ea/nec etiã preceptũ garantigie. Probus.

f ❡ Principali. Petr.de Ancha.cõſi.clxxxiij.col.j.ꝓ clario= 4 ri dicit in ſimili ꝙ iura * ſemꝑ cõſyderant rem per prius/ꝛ non per poſterius/ꝛ quod principaliter geritur: non quod venit incidenter ꝛ acceſſorie/vt.l.prima.ff.de aucto.tuto.ꝛ l.quotiens.C.de iudic.ca.ſuꝑ eo.de preben. s̃.hoc libro.

❡ Uide que in eodem ſimili tradit Alex.in cõſi.penul. vol. ij. vbi tractat an legata domo/veniat ortus/vel domuncu= g la acceſſoria/vel quid ſimile. Probus.

❡ Bis idem. Uide quod in ſimili voluit Alex.cõſil.cxlviij. 5 nu.xiij.viſis que in themate/volu.vj. ꝙ pro * eadem re et eadem occaſione due collecte/eodẽ tẽpore nõ ſunt ſoluen= de ꝓ eadẽ re:vna ab eo qui alienauit/alia ab eo qui acqui= ſiuit:adducit glo.ꝛ Docto.in.l.j. C.de mulie. ꝛ in quo loco glo.in.l.honorem ſuſtinenti.ff.de muneri.ꝛ honori. Innoc. in cap.cum non ſit.s̃.de decimis. Barto.ꝛ Docto.in.l.fina. §.quotiẽs.ff.de publica. Bal.in.l.j.§.quibus.in.ij.q. princi pali.ff.ꝙ cuiuſq; vniuer. Petrus de Ancha.in cle. preſen= ti.de cenſib. ❡ Iſtud late firmat idem Alex.con.cxliij.nu. v.viſo titulo queſtionis.vol.predicto:ad quem tamen attẽ de in conſi.iiij.col.ij.volu.j.vbi dicit ꝙ vbi in vna ſcriptura ſeu inſtrumento vel diſpoſitione(ſicut etiã per eaſdez ꝑſo= nas)facta eſt mentio de alia ſumma preſumitur eſſe diuer ſa a prima:ꝛ ſic preſumitur ſumma dupliciter data:licet de vtraq; confeſſio eſſet vniformis/vt probatur in.l.quinqua= ginta.ff.de proba.not.in.l.plane.el.j.§.j.de lega.j. vbi An gel. dicit ꝙ ſi duo appareãt inſtrumenta mutui de quin= quaginta aureis intelligitur ſumma duplicata:idem ſi re= periantur due quantitates oſtendentes/diuerſis tempori bus facte eodem tempore:intelliguntur due ſumme ſecun dũ eum per.d.l.quinquaginta.

❡ Idem tenet Jo.Imol.in.d.l.plane.ſaltem quãdo diuer= ſo tẽpore facte fuerũt dicte ſcripture.idez Imol.poſt Bal. in.l.Sempronio proculo.de lega.ſecundo.

❡ Pro premiſſis attende ad glo.ij.l.ij.de concuſſo.lib.x.C. 6 quam ibi ſingu.dicit Jo.de pla.ꝙ vbi * apparent due qui ctantie de ſoluto:preſumitur de diuerſa quãtitate/ꝛ ſic nõ erit locus repetitioni. Probus.

h ❡ Locum non habet. Adde que dixi in capitu. vnico. poſt Jo.Mo.s̃.de his que vi.ꝛc. Probus.

❡ Bonifacius Octauus. Cap. xv.

SI clericos tuæ iuriſditio ni ſubiectos propter cõ= miſſos exceſſus,

❡ Etiam per laicos capi facias,& eos (ne fugiãt) in carcere pœna debita poſtea caſtigãdos inclu= das,te vel capientes eoſ dem(licet nondum appareat incorrigibiles il= los eſſe)nulla credimus excõmunicatione no= dari. ❡ Cum in his(niſi alias ex propoſito ex= cedatur in ipſis) temeritas vel iniuria nequeat deprehendi. ❡ Eoſdem quoque clericos ſi de paredo iuri tibi fideiuſſoriam dederint cautio nem detinere non debes.

❡ Niſi exceſſus enormitas vel alia cauſa ratio= nabilis eos ſuaſerit detinendos.

❡ Summarium Domini Ioan= nis Monachi Cardinalis.

1 Clericus detẽtus ſi velit fideiuſſores dare/nõ eſt retinen dus.niſi exceſſus ſit enormis/vel alia ſubſit cã legitima.

❡ Summarium Domini Phi lippi Probi.

1 Seuientibus imponenda eſt freni temperies.
2 Multis modis dicitur iniici manus in clericum.
3 Sub velamine iuſtitie ſepe fit iniquitas.

SI clericos, Duo dicit. Primo epũs ꝑ laicos fa= cit capi clericos etiã in carcere de= tineri:licet adhuc non appareant incorrigibiles: iſti,capientes non ſunt excommunicati:niſi in ip= a ſis captis ex propoſito excedatur a Secũdo in.§.[eoſdez] 1 clericus * detẽtus ſi velit fideiuſſores dare : non eſt reti= nendus niſi exceſſus ſit enormis/vel alia ſubſit cauſa legi tima[nodari] Contra.s̃.eo.vniuerſitatis. Sol. illa in abba te in quo certa forma datur in.d.c.quã trãſgredi nõ liceat hic in epiſcopo cuius maior eſt poteſtas ꝗ agit vt dñs fun dans intentionem ſuam de iure communi.xj.q.j.de ꝑſona.

❡ Uel dic illa decreta.vniuerſitatis loquitur in verbera= b tione que eſt grauior captione. Sed hic in captione b non diſtingues an mandãs vtat iure cõmuni/vel puilegio/vel

consuetudine in babenda iurisditione [detinendos] simile per omnia.ff.de custo.reor.l.diuus.j. Ioā.Mo.Car.

a 1 Excedatur. Quia scdm glo. hic imponenda * est seuētibus freni tēperies.l.ij.in fine/ de custo. reo.C. Ipsa glo.ponit exemplum excessus: vt qz clericus captus quiete se duci permittit/ et ducentes euz non resistentem calce pugno / vel alio modo percutiunt. Idem dic si spuciam vel aquā in eum effunderent/ vel vestimētuz rumperent. Inno.et Ioan. And. 2 in ca.nuper.s.hoc titu. Quia tunc dicitur in clericū * manus violentas inijcere: et ratione hac incidūt in canonē/ si 3 quis suadente diabolo:nō enim * sub velamine iustitie facienda est iniquitas/ licet sepissime fiat. glo. in.l.prima/ in ver.mandari.ff.de iurisdi.om.iudic. ¶ Istud dirigitur ad quosdaz iudices iniquos/ et eorum seruientes:vt testatur experientia rerum magistra/ quia hi sunt qui omnia mala nouerunt/ et de his voluit verbū facere glo. in.l.ab anastasio. C.manda.nouerunt quidam et operantur. Probus.

b ¶ In captione. Solu. Ioan.Mo.hic placet docto. et glo.q̄ addit q olim Io.Mo.aliō tenuit sz nō dicit vbi. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xvj.

SI sententia interdicti p feratur in clerū, non intelligitur. (Nisi aliud sit expressum in ea) interdictus populus, nec etiam econuerso. ¶ Vnde vno īterdicto ipsorū, alius licite admititur ad diuina. ¶ Ceterum cum propter delictum dn̄i vel rectoris est ciuitas interdicta, ciues eiusdē. (Qui culpabiles nō existūt. Dūmodo & ipsi propter dn̄m vel rectorē puniendum in eis non fuerint interdicti) possunt extra ipsam licite interesse diuinis. ¶ Cum vero alicuius terrę populus interdicto nodatur, singulares ex eo personę quas interdictas esse constat. (Ne sententia effectu careat cum diuinorū auditio & sacramentorū perceptio populo, vt vniuersis non competant) non debent alicubi (casibus expressis a iure duntaxat exceptis) audire diuina, vel ecclesiastica recipere sacramenta.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Pena vni inflicta/ aliū nō cōtigit q̄ est arctāda nō laxāda.
2 Res intelligenda est/vt valeat non vt pereat.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Omne verbum(etiā minimum)positum in lege/ vel statuto/vel instrumento debet aliquid operari.
2 Maritus faciēs pactū cū socero/vt sibi sex p quolibet cētenario soluāt dōec fuerit dos soluta an dicat vsurari9.
3 Actus in dubio nō debet iudicari vsurarius.
4 Dispositio testamēti debet interpretari ne quid absurdū/ durum/impium/et iniquum contineat / etiam si a propria verborum significatione recedere oporteat.
5 Prohibitio alienationis indicta a lege/ concurrēs cū prohibitione hominis operatur vt hic.
6 Feudum prohibitum alienari/ an possit per vassallum infeudari.
7 Quando aliud verba sonant/et aliud clamat intentio/ verba intentioni:non verbis intentio debent esse subiecta. Verba sunt ad extraneum sensum trahenda: vbi res aliter salua esse non potest.
8 Quando dispositum est possibile et executio impossibilis: fit vt hic.
9 Ad casum verisimilē omissum extenditur stipulatio ad certum tempus modificata.
10 Factum dubium quando potest trahi ad delictum et non delictum/fit vt hic.
11 Verba statuti impropriantur vt hic.
12 Licet offendere verba statuti/vt deseruiatur menti:vt cesset absonus intellectus.
13 Vna dictio sepe pro alia ponitur.
14 Verba instrumenti interpretātur ne sibi contradicant/idē de verbis libelli.

SI sententia, Hec decretal. tria dicit que sunt plana. Secundū.§.[ceterū] Tertium.§.[cum vero]ad [diuina]cū enim ista sint dispersa et diuisa.xij.q.j. duo/ et 1 ideo pena * vni afflicta alium non attingit: que est arctanda non laxanda de penitē.di.j.§.proxstinc.prima.pene.[interdicti]tunc nō possent.arg.j.§.proximo. Quia si esset ciuitas interdicta et nō ciues / ipsi alibi possent audire diuina vt hic: sed ciuibus in penam domini interdictis/ipsi audire diuina nequeant/ vt hic.et.j.§. seq. 2 Et hec est ratio.d.§.[ipsam]ciuitatē[careat]. Nota res * a est intelligenda vt valeat/non vt pereat a.ff.de verb.obliga.l.cum qui calendis.et.l.quotiens.ff.de reb.dub. [non cōpetit] Quia ista sunt anime rationalis et persone vere/ nō representate/ vt no.s.eo.Romana.§. in vniuersitatem [exceptis].s.de priuilegi.§.illud.et.j.eo.c.si.et not.s.eo.presenti. Io.Mo.Card.

a NOn vt pereat.tex.in.l. fundus. qui locatus cum sequen.ff. de fundo instruct. instrucqz. lega.;vbi legato fundo cum instrumento in genere/non venit instrumentuz coloni:sed domini/nisi dominus nullū haberet. Fely.in capitul. sedes: in.vij.declara.s.de rescrip.facit in proposito:quia o1 mne * minimum verbum positum in lege vel statuto / vel instrumento/debet aliquid operari. Bald.in rubr. de contrah.empt.C.in.ix.q.late Ipoly.in consi.nono.numero.vj. anima me domine: Alex.in consi.cxcv.versi.secundo probatur.perspectis instrumentis) volumi.sexto.et con.lxviij.nu.iiij.visis et opportune.volumine.v.vide que late Domi.tradit consilio.cxxij.quia reuerende pater.

¶ In proposito thematis habes quod no.Ioā.Imol.in.l. 2 insulam.§.vsuras.ff.solu.matri.vbi vult q si maritus * facit pactum cum socero q donec soluatur sibi dos/dentur sibi sex pro centenario: q̄uis non exprimatur in contractu: q illa sex dentur pro alimentis seu pro oneribus matrimonij:debet in dubio intelligi et interpretari q dicta promissio fuit facta pro alimentis potius q̄ nomine vsurarum:vt sic actus potius valeat q̄ pereat arg.c.abbate.s. de verb.signifi.quod placet Alex.consi.cc.col.ij.perspectis narra3 tis/vol.vij.vbi vnum subdit, q in dubio * actus non debz iudicari vsurarius. Bald.in.l.rogasti.§. si tibi / in fine.ff.si cert.peta.per.l.si ea pactione/cum ibi.no.C. de vsur.facit.c.in ciuitate.s.eo.

4 ¶ Item in proposito dispositio * testamēti debet interpretari:ne quid absurdum/durum/impium/aut iniquum contineat:etiam si a propria verborū significatione recedere oporteat.l.vxorem.§.codicillis.cuz glo.in ver.pietatis.et in §.concubine/ et ibi no.de lega.iij.notat Alex.consi.xvij.numero.vj.circunspectis verbis.volu.vij.et consi.liij.col.ij.in causa et lite vertente inter lucam.eo.volu.vij.

5 ¶ Item quando cum prohibitione * alienationis inducta a lege/concurrit etiam prohibitio partium paciscentiuz q res non possit alienari:operabitur plusq̄ sola prohibitio legalis vt singulariter no. Bald.in.c.primo.§.preterea.in R. quero/si est appositum pactum de capi.cor. vbi dicit q si p 6 * pactū fuit expresse actum/ q feudum nō possit alienari: no poterit a vassalo infeudari:licet alias de iure cōi posset infeudari:q̄uis etiam ius cōmune prohiberet alienationē vt pactū aliquid operet/allegat in simili no.p glo. in.l.iiij.

§.quesitū.ff.si q̇s cautio.ꝛ qδ not. Doct.in.l.j.§.nūciatio ff.de no.oper.nūcia.ad idem bene facit id qδ not.doc. maxime.Jo.de imol.in.l.filiusfa.§.diui.col.ij.de lega.prīo.ꝑ l.ij.C.de vsucap.ꝑ empt.ſm Alex.in cō.xciij.nu.viij.repetitus in causa.volumi.vij.

¶Per p̄missa poteris ꝯprobare q̄stionē quā discutit Pet. ancha.con.ccxix.mirū prima facie ꝙ si testator reliquit vxori sue.ccc. si nuberet ꝑ totum mēsez Januarij.tūc sequentē:ꝙ si nō moriatur testator vt illa nubere possit infra illū mēsem:ꝙ nihilomin⁹ debet legatū/cū non fuerit ītētiōis testatoris vt ipsa nō haberet legatū / ꝛ minus ꝙ nuberet añ ei⁹ mortē.Et sic ī pūcto hoc hȝ locū regula/ꝙ vbi aliud 7 * ꝟba sonāt/ꝛ aliud clamat intētio verba intētioni nō ꝟbis itētio debēt esse subiecta.c.intelligētia de ver.signi.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excu.tuto.quodq̧ verba sunt ad extraneū sensum trahēda vbi res aliter salua esse nō potest l.cū q̇dam.C.de ver.signi.in ꝑposito q̄stionis/ testator in mēte gessit se infra dictū mēsem moriturū:ergo si aliter cōtigerit/q: vixit vltra:debet de legato remoueri id qδ est impossibile:ideo legatū validū debet remanere/ ꝑ regulā 8 cōem ꝙ qñ * dispositū est possibile:sed executio impossibilis ꝑpter tp̄is angustias: hec sola executio remouet.l.si mihi/ꝛ tibi ꝛ.l.si quis seruos de lega. primo:ꝛ.l. insulam.§. fina. ff. loca.

¶Item q̇s dubitat: ꝙ si testator fuisset interrogat⁹ casu quo nō decederet infra dictū mēsem Januarij sed post ea tunc nubēte/vis eā habere legatū:credendū/ac verissimile est ꝙ respōdisset volo:q: ita subest causa ꝛ ratio mouēs eū ad legādum post mēsem:sicut ante: pro hoc facit q: ad 9 casum * verissimilē omissum extenditur stipulatio ad certum tēpus modificata.no.in.l.tale pactū.§.fi.ff.de pact.et l.si extraneus.ff.de ꝯditio.ob causam.

10 ¶Et redeūdo ad thema habeo ꝓ eo/ꝙ vbi * factū dubiū potest trahi/ꝙ sit delictū ꝛ nō delictū:in dubio debet iudicari nō delictū:glo.in.c.absit.xj.q.iij.Innoc.in.c.dudū: el ij.s̄.de electio.vbi hoc dicit verū qñ nō apparent alie presumptiōes ꝓbabiles q̄ repellerēt animum iudicis in aliaȝ partē.tradit Domi.in cōsi.xvj.geminianus.

¶Moderare etiā nisi fauor aīe in cōtrarium se habeat ꝑ ea que diximus in.c.fi.in ver.aīe vtriusq̧.s̄.de hereti.

¶Premissis:adde que citat Alex.in con.lv.nu.viij.viso titulo:vol.ij.ꝙ qñ institutio fieri nō potest sine aliqua restrictione seu impropriatione verborū:sunt impropriandaverba tex.quem ad hoc ponderat Antho.de Butrio.ꝛ Joā. de imol.in nota.in.c.cum dilect⁹.s̄. de cōsuetu. facit.l.in ambigua.ff.de legib.quod repetijt idē Alex.in cō.lxxxiij 11 col.ij.visa.eo.vol.ij.ibi nam verba * statuti debent impropriari:si impropriando minus ledūt ius tertij/ ꝛ minus derogant iuri cōmuni/q̄ꝫ ꝑprie ꝛ stricte intelligēdo.d.c.cum dilectus.Et sic debent intelligi vt aliquid operent.Decius con.ccccciij.nu.vj.ex duobus.

¶Ultra p̄missa attende ad ea que etiā tradit idem Alex. in cōsi.cxvj.col.iij.ꝛ sequen.animaduersis/eo.volu.ij. vbi 12 inter alia ꝯprobat ꝙ licet * offendere verba statuti vt deseruiatur mēti vt cesset absonus intellectus.l. scire oportet.§.aliud.ff.de excu.tuto.Bar.ꝛ Bald. in.l.non dubium in ver.amplexus.C.de legib.ꝛ in.l.ābigua.ff.de legi. Ang. in con.lxviij.col.j.martinus Joānis : ꝛ ibi latius quodq̧ 13 vna * dictio sepe ponitur pro alia.l.iubemus nulli.§. economus versi.imo.ꝛ ibi glo.C.de sacrosanct.eccle. l. si titio fundus.ff.de vsufru.lega.l.fina.C.de codicil.l.verbum amplius.cum ibi no.ff.de ver.signifi.

14 ¶Item verba * instrumenti q̄ contraria videntur:debēt ita interpretari si fieri potest ne sibi contradicāt.c.inter dilectos.§.ceterum.s̄.de fide instru.Bar.in.l.fina.§.idem q̄sijt ver.circa p̄dictā clausulā.ff.de cond.indeb.vbi inquit ꝙ in contractib⁹ verba debent intelligi ꝛ adiuuari ne repugnātiam cōtineant.ar.§.in quibus in prima cōstitu. C. qδ ꝯprobat latius Deci.con.ccccc.nu.vij.in cā que mātue.

¶Idem dic de verbis libelli cui⁹ verba impropriātur: vt saluetur.c.auditis/ꝛ.c.cum venissent iuncta glo.de restitu. in integ.quod procedit maxime/qñ fit per partē libellātē aliqua declaratio.no. Neapoli. in decisio. lxxvij. nu. viij. fuit satis excitatum quos vide ad vnū in proposito. decisione.cclxxv.nu.iiij.testator:vbi dicunt ꝙ ratione impossibilitatis vitande verba impropriātur. Bar. in.l. si titio de vsuf.lega.vbi ꝯiuncta resoluitur in disiunctam ratione impossibilitatis.Probus.

¶Bonifacius Octauus. Cap.xvij.

Si ciuitas castrum aut villa subijciatur ecclesiastico interdicto, illorum suburbia & continentia ædificia eo ipso intelligi volumus interdicta. ¶Nam licet prędicta videantur alias murorum ambitu terminari, hoc tamen casu ne vilipendi valeat sententia interdicti(quod fieret si posset in ipsorū suburbijs ve continentibus ædificijs licite celebrari vt prius)expedit interpretationem fieri latiorē. ¶Ratione quoque simili si sit ecclesia interdicto supposita vel subiecta,nec in capella eius celebrari,nec in cœmiterio ipsius eidem ecclesię contiguis poterit sepeliri ¶Secus si ei contigua non existant.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Differentia inter ciuitatem ꝛ vrbem;videtur hic.
2 Urbare est aratro diffinire.
3 Castrū dicitur a castrando:vel a casa alta:vel casa stricta.
4 Habitatio castri non debet esse diffusa.
5 Uilla dicitur vt hic.
6 Adiectiuum additum substantiuo cōtrahit illud ꝛ arctat.
7 Uerba propter materiam in qua ponuntur/ sepius extenduntur.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Ciuitatis ornamentum est populi numerositas.
2 Pueri/mulieres/ꝛ forenses statutum municipale non faciunt: prout nec legem.
Nomen ciues est nomen status hominis/qui non potest diuidi:sicut nec ipse homo diuiditur.
3 Quis non potest esse in duplici statu contrario.
4 Ciuitas dicitur vt hic.
5 Castrum dicitur vt hic.
6 Naturam extensionis ꝛ adequationis vide hic.
7 Extensio non fit de persona in personam.
8 Uerba contra naturam suam interpretantur late/ quando dispositio redderetur alias de facili illusoria.
9 Ars que prohibetur exerceri in ciuitate/prohibet in suburbijs exerceri.
10 Quando dispositio emanat sub verbis extensiuis in futurum/extenditur ad subiecta superuenientia.
11 Priuilegia realia concessa super vna re/ extendūtur ad rē augmentatam.
12 Uerba interpretantur secundum naturam rei de qua agit.
13 Quando vnum extremū equiparatur alteri quo ad omnia id quod diximus de vno idem dicendum est de altero.
14 Eadem contiguatio coniungit diuersa ꝛ facit vnū censeri.

Si ciuitas, Hec decretalis duo habet que sunt plana. Secundum in.§.[Ratione] Et est differentia 1 * inter ciuitatem ꝛ vrbem:nam primum personas respicit: vnde ciuitas [a] ciuium [b] vnitas [c] sed vrbs menia/ vnde dicta ab vrba. nam 2 * vrbare est aratro diffinire quod cōsueuit in condenda vrbe adhibi.ff. de verbo.significa.l.pupillus.§.vrbs. Et inde est ꝙ vrbs nomen strictius patet que solū muris clauditur/preterq̧ Roma/que etiam edificia continentia cōprehendit.ff. de ver. signifi.l.ij.ꝛ.l.edificia [castrum [d]]dictum est 3 * a castrando.nam in castris castratur licentia habitantium ne passiz eis vagari liceat/ne pateant hostibus contra preceptum

magistri militũ: alias si rem prospere agerent ex quo facerent ɔtra pceptum magistri/capitis pena punirentur. ff. de re milita. l. iij. §. in bello.

4 ¶ Vel dic castrum casa alta/vel casa stricta: q2 * habitatio castri nõ debet esse diffusa: vt tãta custodia nõ egeat [vil-

5 la] a vallis dicta * q2 nõ munitione vt castrũ/sed vallis & pallis est minuta seu vallata. ¶ Sed quero cum ciuitas interdicitur/aut dicit ciuitas tantũ & tunc roma intelligit insti. de iure natura. gen. & ciuili. §. ij. aut viterbiũ seu roma & sic non est opus extẽsione pñti cum hoc importet nomẽ roma vel viterbiũ: vt. d. iuribus/&. ff. de ver. signi. alphen9 &. l. quod in ɔtinentibus/ aut ciuitas romana & hec appellatio videt arctior omnib9 pdictis q2 additio ad aditũ qd ɔtrahit vt homo albus/minus importat q̃ homo/ q2 adie-

c 6 ctiuum c additum * substãtiuo ɔtrahit illud/& arctat.

¶ Sol. dicẽdo ciuitatẽ si ex pcedẽtibus vel sequẽtib9 liqueret de qua re vi verboꝝ nõ ɔprehenderet/nisi ambit9 muroꝝ: vt hic & dictis iuribus.

¶ Itẽ de idem interdici vrbem/& vrbem romam. ff. de penis. l. nã quod liquide. §. si ita: q2 appositiua cõstructio est hic vrbs roma: vel ciuitas viterbium.

¶ Nec obstat q obijcitur de adiectiuo quia hic vere non est cõtradictio quo ad qualitatẽ: sed quo ad locũ qui apponitur qui ɔtrahit nomẽ vrbis. Et ideo idẽ supponit/ et vrbs roma/& vrbs: vt hic animal: homo apposita simul / et

f homo idẽ supponũt & ob hoc in casu isto fit extẽtio f ne cõ

7 tingat vilipẽdi interdicta: nec mir. Nã verba * pter ma-

g teriã in qua ponũtur sepi9 extenduntur g. ff. loca. l. ex cõducto. §. papinianus alias est lex si vno. ff. de ver. oblig. stipulatio ista. §. hec quoq stipulatio.

¶ Et verbũ beneficium qd dignitatem nõ importet. S. de pben. c. fi. propter fauorẽ materie in qua ponitur dignitatem amplectitur. j. titu. pxi. tua.

¶ Nec obstat pdictis. ff. de stipula. seruo. l. si cõis seru9: q2 ibi nõ erat appositio in substãtia vel in loco: vt in pdictis exẽplis. Sed qualitas pcedens vel subsequẽs/q̃ ɔtrahit stipulationẽ qñq ad virilẽ/qñq ad vnicã portionẽ ex causis ibi positis/& in dubio cẽsetur stipulatio pro virib9 si p pria nomina proponãtur/alias p dominicis [contiguis] i.

h vicinis seu proximis: vnde dom9 dicuntur cõtigue h quia vna alteram contingit vicinitate vel proximitate. Joan. Mona. Cardinalis.

a 1 Ciuitas. Cuius * ornamentũ est populi numerositas/ teste homero quez refert Maria. Sozi. cõ. xxxv. col. j. circa predictã/q maximum esset ciuitatis ornamẽtũ turres inquit/& pueri: p pueris numerositatez populi significãs

2 hi * eñ mulieres & forenses nõ ɔpatiuntur cũ ciuib9: q2 legem vel statutũ nõ faciunt municipale. no. idem Maria. Sozi. con. vij col. penul. nũc quesitorum.

¶ Pro primo dicto vide eũdẽ Sozi. con. cxxix. col. penul. prestantissimi. Probus.

b ¶ Ciuium. Istud nomẽ ciues ẽst nomeñ stat9 hominis q̃ non potest diuidi sicut nec ipse homo diuiditur. ff. de var. & extraordi. cogni. l. cognitionũ post princi. ibi illese dignitatis status Paul. de castro con. cccvij. videtur q nõ: in. ij.

3 parte q̃ in pposito subdit: q quis * non potest esse in duplici statu ɔtrario: puta quo ad quedã liber: & quo ad q̃daz seruus. l. si pariter. i fi. ff. de libera causa. & l. j. §. j. ibi quas eñ patiatur. C. de lati. liber. tollen. vel qd in quibusdaz sit legitimus & in quibusdã non sit legitimus/q2 esset mõstrosum. no. in. c. per venerabilẽ. S. qui fil. sint legi. glo. fi. in. c. cum inhibitio. S. de clande. despõsa. Domi. in. c. fina. in prima oppo. S. de fili. presby. Fely. in. c. iuij. in prin. S. de re-

c 4 script. Probus.

¶ Vnitas. Vel dic: * ciuitas est hoĩm multitudo societatis vinculo adunata: vel est coĩtas constituta ex pluribus viris habens in se terminum omnis sufficientie ad vitam & hec est diffinitio Philo. primo politicoꝝ precedens vero

d ysidori. xv. ethimo. not. Car. in cle. dudum. §. extra ciuita-

5 tes. q. prima de sepultu. Probus.

¶ Castrum. Paul. de cast. con. ccccvj. nu. iiij. satisfaciendo in prima parte dicit q castrum * est quedam vniuersitas ɔtinẽs in se iurisditionem altã & bassam: que cum ipsa vniuersitate trãsit. l. in modicis. C. de cõtrah. empt. no Inno.

e in. c. ex literis. S. de iure patro. Probus.

¶ Adiectiuum. Adde que citat Alex. in consi. cxv. nu. x. eterni. vol. ij. Probus.

f 6 ¶ Extẽtio. De cuius * natura & adequatiõis est: vt omnia seruentur in adequato que erant disposita in casu ad quem fit adequatio/notat ɔprobando Do. in con. lxvij. in prin. licet copiose/& in con. lxxxv. col. ij. super primo dubio/dum dicit q adequatum alteri extremo: assumit naturã illius cui adequatur. de verbo sig. c. olim & de consti. trãsla-

7 to. idem Do. in con. xcij. col. ij. in causa/nõ tñ * fit ipsa extensio de ɔsona in ɔsonã. not. Deci. consi. ccccl xv. nu. xvj. ɔscrutatis/ quẽ vide an fiat extensio in priuilegijs. consi. ccccxvj. in fine quoniam causa.

8 ¶ Preterea in materia extẽsiõis dic q verba * ɔtra naturam suã late interpretantur/qñ alias dispositio redderet de facili elusoria: nisi dicta interpretatio sumetur/& hunc tex. Panor. in. c. fi. circa finem. S. de pben. dicit facere q si

9 statutum dictaret * q in ciuitate nõ possit exerceri certa ars: ad effectum vt ciues sint intenti alijs artibus q non poterit exerceri in suburbijs: q2 de facili ciues defraudarent dictã legem/eũdo ad suburbia p quo. c. sup specula. S. de priuileg. vbi interdicitur ne leges legant hic parisi9/ vel in locis vicinis: p hoc dicto vide Jaso. in. l. si is q̃ pro emptore: nu. ccclx vj. ff. de vsucapio.

¶ Pro intento facit qd no. Decius. con. cclxxviij. nu. v. nõ leuis pplexitas / & Alex. cõ. cxv. nu. iiij. visa scriptura. vol. vij. cuius doctrinã extendã in apostilla seq.

10 ¶ Itẽ habes aliud notãdũ in pposito/q qñ dispositio emanat * sub verbis extensiuis in futurũ: extenditur ad subiecta postea superuenientia. Bar. in. l. si ita. nu. ij. ff. de auro & argen. leg. allegat. l. talis scriptura in princi. coniuncto. §. fi. cum. l. seq. de leg. primo.

¶ Hinc est q Jo. and. in. c. licet de priuile. & in. c. fi. de ver.

11 signifi. & in reg. q̃ sentit hoc lib. dicit q priuilegia realia * ɔcessa sup vna re/extendi ad rẽ augmentatã. Probus.

g ¶ Extendunt/firmat Calder. con. xix. titu. de iure patro.

12 vbi post Jo. mo. hic dicit q verba interptant * pm naturã rei/de qua agitur: & verba debent intelligi & interptari ne ɔtradicãt. c. inter dilectos. §. ceteꝝ. S. de fide instru. Bar. in. l. fi. §. idem quesijt. ff. de ɔditio. indebi. Bal. in. l. cum falsa. in fi. C. de iur. & fact. igno. cum similibus/tradit Alex. in l. j. in prin. ff. ne quis eum.

¶ Et in qualibet materia habet locum vt cõtrarietas per distinctionem remoueatur/late diximus in capi. primo. in ver. eos saluemus. S. de constitu. Alex. con. cxlj. viso testamento in. ij. volu. facit ad hoc quia vbi duo proponuntur q̃ videntur contraria & simul stare non possunt: conditionaliter proposita videntur: vnum in defectum alterius. no. Innocen. in capitulo auditis. S. de prescriptio. vbi Panor. tradit Decius. consi. ccclj. numero. vij. viso puncto.

¶ Item quatenus verborum proprietas extenditur fit lata interpretatio/etiam in materia odiosa. Areti. in. l. cũ lege. de testa. ff. per illum tex. & Cald. in consi. primo. in titu. de consang. & affinita. tradit Decius consilio. ccclxiiij. applaudent. ¶ De extensione autem facienda in statutis: vide q̃ late cõgerit Ma. So. cõ. 30. Quis. & Alex. cõ. cxv. nu. iiij. visa scriptura. volu. septi. vbi ponit nota. theoricã in materia extensionis post Joannem And. in capitu. fina. vlti. col. S. de consuetudi. videlicet q quando tractatur de extẽsione facienda de vno casu ad alium. ex identitate vel similitudine rationis: iuxta. l. non possunt. & l. de quibus/ cum ibi no. ff. de legib. & in. l. prima. C. que sit long. consuet. & dubitetur vtrum recurrendum sit ad simile legis/ an ad simile consuetudinis: debet considerari an casus occurrẽs sit de materia consuetudinis/& tunc recurretur ad simile cõsuetudinis: aut est de materia iuris communis: & tunc recurretur ad simile legis. arg. l. sed cũ patrono. ff. de bono. possess. titulo generali. idẽ tenet Bald. in. d. l. de quibus alleg. in argu. l. certa forma. C. de iure fisci lib. x. & Joã. de Jmol. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. in penul. col.

13 ¶ In hoc puncto reperio Domi. in con. lvj. col. tertia/inter sanctissimum. q vbi * vnum extremum equiparatur alteri quo ad omnia: id quod diximus de vno dicendum est de altero. cle. vnica de offi. vica. Et priuilegium extensum de vno genere personaruz ad aliud: eandem vim habet in illo ad quem fit extensio/quam habebat in primo capitulo. miramur. S. de ser. non ordinan. & de eta. & quali. c. a multis.

¶ Prosequendo hunc punctum extensionis: facit in simili/ quia vt actus valeat recedimus a proprio sensu verborum tex. cum glo. in ver. nõ communicari. in. l. & puto. ff. familiercisc. quam Bald. in capitulo fina. circa finem. S. de transla. episco. & Angel. in. §. primo. col. viij. insti. de actio. dicũt sim-

gulariter ad hoc/ꝙ verba sententie intelliguntur ꝛ impropriantur secundum subiectam materiam: de quo per Alex. consi.liij.nu.v.in causa ꝛ lite vertente inter lucã.vol.vij.
¶Uide Do.in con.xxix.in fi.licet subtiliter: vbi dicit ꝙ licet verba vniuersalia sint vniuersaliter intelligenda tñ debent restringi ẽm naturã subiecte materie.no.glo.in.c.j.§. de ꝯstitu.ꝛ glo.in.c.dilecto.§.hoc titu.ꝛ lib.vide etiã que pro hoc tradit Alex.con.cxxvj.col.ij.in hac hesitatiõe.vo lu.iiij.ad idem qđ not.Domi.in con.lxxiij.in fine qꝛ subtiliter/ꝙ statutũ extendens suã dispositionem loquentem de vno genere personaꝝ/ad aliud genus ꝑsonaꝝ mãdans ꝙ in genere ad quod fit extensio seruetur: idem quod seruari mandatur in primo genere: intelligitur ꝙ ẽm genus seruet quo ad illa que congruunt / tex.in. c. fina. ad finem.§. de stat.regula.
¶In simili etiam facit quod idem Do.citat in con . lxxvij. col.prima: qꝛ super/ꝙ verba statuti q̃ possunt trahi ad materiam sibi subiectam/ꝛ ad materiã nõ subiectã : debent intelligi ẽm potestatem statuentis/ ꝛ ꝙ statuens sic voluerit ꝛ non vltra.c.fina.§.de reb.eccle.non alienã.c.a nobis el.j.§.de senten.excõ.c.j.§.de ꝯstitu.hoc lib. Probus.
b 14 ¶Contigue. Petrus de Ancha.cõ.clx.ver.in contrarium presupponitur/dicit ꝙ eadem * contiguatio coniungit diuersa/ꝛ facit vnum censeri: vt.l.quod cõclaue.ff.de dam.infecto.hinc citat ꝙ cõnexa cõmode non diuisibilia/ habentur pro vno tantũ: merito dicitur ꝙ poluta ecclesia cimiterium contiguum est polutum.c. primo de cõsecra. ecclesie vel alta.ꝛ fugiens ad porticum ecclesie/gaudet immunitate.c.si quis cõtumax.xvij.q.iiij. ꝛ hec oĩa operatur connexitas. Philippus Probus.

Bonifacius Octauus. Cap. xviij

S qui in ecclesia sanguinis aut seminis effusione polluta, vel qui præsentibus maiori excommunicatione nodatis scienter celebrare præsumit, licet ĩ hoc temerarie agat irregularitatis tamen. (Cum id non sit expressum in iure) laqueum non incurrit ¶Is vero qui scienter in loco celebrat supposito interdicto (nisi super hoc priuilegiatus existat, aut a iure sit concessum eidem) irregularitatem incurrit, a qua nequit per alium quam per romanum põtificem liberari, & adeo efficitur ineligibilis quod nec ad eligendũ cum alijs debebit admitti.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 In ecclesia sanguine / vel semine polluta diuine laudis organa suspenduntur.
2 Pena irregularitatis ad casum non expressum nõ extenditur.
3 Pene sunt arctande non laxande.
Irregularitatis dispensatio sedi apostolice reseruatur.
4 Qui repellit̃ ab eligẽdo actiue magis repellitur passiue.
Aliqui eligere possunt/qui eligi non valent.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Temere excludit recte: vel rite aut vtrunqꝫ.
2 In foro penitentiali/tutior via est eligẽda: prout ꝛ in quasi foro penitentiali/licet illa sit durior.

3 Pena priuationis nunq̃ imponitur: nisi expresse a iure caueatur.
4 Mulier an ratione basiorum vel tactus mammillarum perdat dotem.
5 Uxor est magis astricta seruare honestatem marito/ q̃ sit vassallus domino.
6 Propter introitum balneorum cõmuniũ cũ viris : vxor ꝑdit dotem/prout illa que ignorante vel inuito marito ad cõuiuia virorum/vel ad theatra/vel emphiteatra accesserit spectandi gratia.
7 Ex maioritate rationis licita est extensio / etiam in penalibus.
8 Pene nõ sunt imponende ex opinionibꝰ magistroꝝ: sed in casibus a iure expressis.
9 Actus per quem causatur irregularitas : habet tractum successiuum.
10 Ingressus religionis tollit irregularitatem illegitimitatis/quoad ordines/non quo ad dignitatis promotionẽ.
Omnis irregularitas/surgit a causa graui

a 1 S qui, Duo dicit que patẽt. Scdm in §. is vero [temerarie] a qꝛ in * ecclesia sãguine/seu semine polluta diuine laudis organa suspendũtur.§.de cõsecra.eccle.vel alta.c.ꝓposuisti.ꝛ.c.fi. Et ideo est temerariũ inibi celebrare. Idem presente ex cõmunicato: quando scitur ligatus maior: cum si quidem cum tali participiũ denegatur exceptis certis per-
b 2 sonis.no.§.eo.statuimus [in iure] ergo b pena * irregularitatis ad casum in iure non expressũ c non extendam d
c d quia pene sunt artande nõ laxande.ff.de penis. l.interpretatione [existat].§.de priuileg.vt priuilegia.§.illud [a iure].§.eo.permittimus.j.eo.ca.fi.§.in festiuitatibus [liberari] sic * irregularitatis e dispẽsatio f sedi aplĩce reser-
f g 3 uatur.§.eo.cũ medicinalis in fi.§.hoc lib.de re iudica.cuꝫ eterni [admitti] Et sic non cadit.in istum eligere nec eligi/ qꝛ cum repellatur ab eligendo actiue vt hic: magis passi-
4 ue. Nam aliqui eligere * possunt: qui eligi nõ possunt.§. hoc lib.de electio.nullus: ꝛ.c.ex eo.in fine ꝛ.§.de cler. excommu.ministr.si celebrat. Io.Mo.Card.

a 1 Temerarie. Temerarie * siue temere excludit recte vel rite aut vtrunqꝫ/ꝛ potest conueni re parti vel iudici.no.in.l. eum quem temere.ff.de iudic. ꝛ inst.de pena teme.litig. capitu. ex literis.§.de diuort.capitulo.tuaruꝫ.§.de priuileg. ita refert Prouincia. cartha mihi. xxvij.vbi subdit ꝙ cancellaria in rescriptis sepiꝰ vtitur hoc verbo temere: vide pro hoc capitulũ.inuentum.xvj.q.septima.c. finali.de for. compet.§. hoc lib.c.penul.§.ne cler.vel mona.hoc lib. Probus.
b ¶Ergo pena. Uide Petrum de Ancha.in.c.pe.col.ij.ver. in contrarium.§.ne cler.vel mona. Probus.
c ¶Non expressum. Io.de Ana.in capitulo. ad audientiam. col.secunda.§.de homicid. dicit id fore verum in foro con-
2 tentioso: secus in foro penitentiali/in quo pars tutior * est eligenda: licet videatur durior: quia nullum periculum est in illa parte/pro quo bene facit text.in.c. significasti.§. de homicid.glo in.c.vnico.§.de scruti.iuxta illud/quia bonarum est mẽtium ibi timere culpam vbi culpa non reperitur capitu.ij.§.de obserua.ieiu.
¶Idem dicas in quasi foro penitentiali: puta quando non agitur ad penitentiam propriam: sed vt ab altaris ministerio abstineat/vel ab actu matrimonij vel ab alio actu: in quo exercendo posset esse peccatum: tunc enim debemus interpretari in parteꝫ mitiorẽ licet sit durior/pro quo tex. in capitu.iuuenis.§.de desponsa.ꝛ quod no. Inno.in.c.cuꝫ tu.§.de testib. Probus.
d ¶Non extendã. Pro intento facit glo.vulgatissima.in.c.fi.
3 §.de iure patro. Ex quo resultat ꝙ nũq̃ iudex * debet imponere penã priuatiõis iuris sui alicui delinquẽti/ nisi expresse iure caueatur : pro quo est tex.in.l.at si quis.§.diuꝰ. ff.de religio.ꝛ sumpt.fune.allegatur etiam.c. inuentũ.xvj. q.vij.tex.in auten.de non eligen.sec.nubent.§.si autem.ibi nec quelibet est lex aliquid tale dicens glos. in summa.xv.

q.viij. vide que dixi in.c.fina.s̄.de cogna.spiritua.quod facit ad questionem apud nos ⁊ etiam iuris cesarei peritos motam ꝙ vxor propter adulterium perdit dotem.c. plerūqꝫ.vbi glo.⁊ scriben.s̄.de dona.inter. vir.⁊ vxo. ⁊ multas penas patitur prout citatur per scriben. post tex.in autē. sed hodie.C.de adulte.

4 ¶Sed quid sentiēdum * de muliere osculum luxuriosuz vel mammillaruz tactum a iuuene scholari aut alio ipsius iuuenilis etatis baccalario(more picardie patrie Jo.mo. loquendo)patiente pro parte negatiua habeo que.s̄. proxime diximus/quibus astipulatur id quod citat Alexā.in l.sororem.C.de his quib.vt indig.vbi dicit ꝙ lex consensu C.de repud.⁊.d.c.plerunqꝫ non habēt locum in vidua cōmittente stuprū:qꝛ in penis non fit extentio: cū ergo illa iura loquantur in adulterio vero:locū non habent in presumpto/quod videtur istud iuxta vulgatū per glo. tactuz post tex.in.l.quod ait.ff.de adulter.visus ⁊ alloquium/tactus/post oscula factum/tex.in.c.ne aliqua.xxvij.q.j.

¶Item ex probationibus presumptiuis non debet vxor priuari dote:cum istud descendat ex crimine in quo ⁊ appendiijs clare debent probationes adesse iuribus vulgatis/⁊ in hac sententia stat Deci.in rub.de iudic.colum. prima. ⁊ est de mente Petri de ancha.consi.ccccviij.nu.iij. probata tanti viri seuitia.

¶Item osculū dicit Archi.in.c.vnico.col.ij.de spōsa. hoc lib.nullam parit propinquitatem/quia nullam facit sanguinis commixtionem:prout nec tactus.

¶Contrariam tamē sententiam tenet Bal. in.c. tue .nu. iiij. s̄. de procura. vbi dicit ꝙ si mulier pudicitiam violauit luxurioso osculo / vel manibus positis ad mammillas causa adulterij committendi/eo quia ista matrimoniū diffamant ⁊ lacerant:agi potest a thori separationem dotisqꝫ amissionem:mouetur per.c.primū.§.primo/quib.mod. feud.amitta.quem tex.domi.meus de ripa in.d.rub.de iu-

5 dic.nu.xvj.stringit inducendo a fortiori:vxor * est magis astricta seruare honestatem marito.quam sit vassallus domino/probatur(dicit)quia vxor ad hoc tenetur de iure diuino.glo.prima in fine.l.ij.§.si non propter.ff.si quis cautio.⁊ ꝗtum ad hoc vxor serua dicitur mariti.c.hec imago. ⁊.c.manifestissimi.xxxiij.q.v. si ergo vassallus minus astrictus propter osculum vel tactum mamillarum domine sue perdit feudum:cur non idem dicemus in vxore vt perdat dotem:comprobat istud per tex.in.l.fina.C.de repudi. vbi

6 propter * introitū balneorum communium cum viris: vxor perdit dotem/ergo pari modo propter tactum ⁊ osculum que sunt magis propinqua adulterio.

¶Item dupliciter inducendo.d.l.ex consensu. C.de repud. Primo,sic dicitur/ꝙ si vxor ignorante vel inuito marito accesserit ad conuiuia virorum / vel ad theatra: vel emphiteatra spectandi gratia/ꝙ perdit dotem:ergo argumē.a maioritate rationis si libidinis causa passa fuerit ꝑ tractationem māmillarum/ vel osculum luxuriosum debet perdere dotem.

¶Secundo dicitur ibi ꝙ si vxor interdicta attentauerit: perdat dotem: sed osculum ⁊ tactus lubrici sunt interdicta.d.l.quod ait.⁊.d.c.ne aliqua quia preludia veneris secundum Feli.in.c.preterea. nume.iij.s̄.de testib. qui huic opinioni adherere videtur/ ⁊ post eum.do.meus in.d.rub. qui subdit in hoc non fieri extentionem.d.l.consensu: ⁊ ibi

7 reperietur fieri adhuc de iure procederet.cum ex * maioritate rationis secundum magis communem sententiam licita est extensio/ etiam in penalibus/ secundum Panor. in.c.fina.s̄.de rescrip.Feli.in prohe.Grego.⁊ Jaso. in.l.fina.ff.de in ius vocan.

¶Et sic habes ꝙ ex solo osculo vel tactu vxor dote priuatur/quod nō placet per ea que ꝓ parte negatiua deduximus:qꝛ iure cautū non reperitur:ergo nec nos dicere debemus. Jo.mo.⁊ ibi dixi.s̄.de cogna.spiritua.d.c. ꝗuis.iura enim solum loquuntur de adulterio: item tex.in.d.§.j. quib.mod.feud.amitta.super quo fit principale fundamentum/loquitur in feudo vbi non agitur de damno / sed potius de perdendo lucrum.

¶Item vassallus generaliter priuari debet feudo / si domino grauem offensionem intulerit.c.primo §. porro vers. predictis modis/que fuit prima causa.bene.amitten. ⁊ ista videtur grauis offensa:merito priuat̄.nō sic videt̄ in vxore/que non priuatur dote propter grauem offensam: sed ꝑcise propter adulteriū:quod in solo osculo non verificat̄ difficillimū enim esset diiudicare ꝙ osculū sit luxuriosum ⁊ vel solus tactus/cum istud iudicium possit esse fallax:quia id super quo fit procedit ab interioribus:videlicet animo ⁊ mente:⁊ ex his non potest iudicari deprauatio animi et dolus/eo maxime/quia plurimum fiunt oscula ratione amicitie/⁊ familiaritatis/ac cōsnetudinis patrie prout in Auinione in quo scripsit tunc do. meus: volens forte propter vxorem suam(non tamen satis pulchram) consuetudinem a partibus tollere/⁊ sic tanqꝫ suspecto(prout nec Bal.etiā iuri maritali ascripto) venit credendum:suspecti eīn sunt maxime Itali nō dicam lombardi:vt patet experientia rerum magistra:eorum causa agitur merito eorum opinioni non astipulatur quilibet sane mentis nostre professionis ecclesiastice. Tum quia in hoc versatur incommodum eo maxime quia clauditur via libertati hominis quod non est dicendum: tum quia si aliquando contingeret virum ecclesiasticum vxorem alicuius(forte causa amicitie aut alias vt prediximus)deosculari/talis diffamatus reperiretur tanqꝫ particiceps criminis apud bonos ⁊ graues ac plebeios quod esset infame ⁊ statū cleri denigrationē.

¶Facit postremo pro intento qđ in simili videbis citatum per Domi.Bar.de Chassa.consi. xj.§.pro decisiōe versi. ⁊ in eandem opinionem/ le cas est tel.

8 ¶Et sic habemus ꝙ pene * non sunt imponēde ex opinionibus magistrorum: sed in casibus a iure expressis vt in text.nostro dicitur: not.Domi.in.consi.cvj. colum.iij. super dicto dubio. Probus.

e ¶Irregularitatis. Cuius probatio non requirit ꝙ testes

9 conueniant in eodem momento temporis:quia * actus ꝑ quem causatur irregularitas habet tractum successiuum pone volo probare clericum irregularem: quia excōmunicatus celebrauit:produco testes duos qui sunt concordes de die celebrationis:sed vnus dicit se audiuisse principiū misse alter finem:isti probant/qꝛ missa habet tractum successiuum secus si actus esset momentaneus/vt emittere ꝓfessionem que fit vnico constructu verborum/ ⁊ eodem momento tp̄is:sicut etiam contract⁹ matrimonij / electio prelati/⁊ similia/quia tunc oportet quod testes sint contestes in eodem momento tp̄is:alias nō ꝓbant.no.Domi.con.iiij col.fi.in causa dn̄i Philip. Probus.

f ¶Dispensatio. Que aliquando nō requirit̄ ꝓpter supueniēs hominis ministeriū:puta propter religionis ingres-

10 sum: quia ingressus ille * tollit irregularitatem illegimitatis:quo ad ordines nō dignitatis promotionem:no.in.c. primo: ⁊ fina. s̄.de fili.presby.

¶Pro intento dispensationis super irregularitate/ attende ad vnum quod dicit Lapus allega.xiij.ꝙ omnis irregularitas surgit a causa graui immediata: sed remota potest esse leuis:quod inducit facilitatem dispensationis / ponit exemplum in religioso. Probus.

¶Bonifacius Octauus. Cap. xix.

QVoniam in baptismo & confirmatione(quæ nedum pueris sed & adultis ꝓpter morę periculū exhiberi possunt)licite tempore interdicti,chrismatis vtimur vnctione, posse(licet terra interdicta existat)chrisma die cœnæ domini confici,dubium non existit.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Concesso vno ⁊ illa per que venitur ad illud concessa dicuntur.

QVoniam, Casus patet/ ⁊ ratio ei⁹ est: nam concesso aliquo / vt baptismo/⁊ confirmatione / etiam tempore generalis interdicti.s̄.de desponsa. non est.s̄.eo responso §.primo. Et illa quib⁹ perueniatur ad illud cōceduntur.s̄.de officio delega.preterea.⁊.ff.de procura. ad rē mobilem.⁊.l.mobilem.⁊.l.ad legatum. Ino

existit] sed.nunquid campanis pulsatis/ z alta voce.arg.ꝯ sic.j.eo.alma.§.in festiuitatibus Contradic.s.eo.c.perpē dimus que hic non exprimuntur. Jo. Mo. Car.

¶Bonifacius Octauus. Cap.xx.

IS cui est ecclesiæ interdictus ingressus (cum sibi per consequens censeatur in ipsa diuinorum celebratio interdicta) irregularis efficitur, si contra interdictum huiusmodi diuinis in ea se ingerat / in suo agens officio sicut prius. ¶ Talis quoque si hoc interdicto durante decedat, non debet ecclesia vel cœmiterio ecclesiastico (nisi pœnituerit) sepeliri. ¶ Sane sicut excommunicatio, sic ab officio vel ab ingressu ecclesię lata suspensio aut ipsius effectus per appellationem sequentem minime suspenduntur.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Grauius est puniendum: vbi est grauius delictum.
2 Bonum circunstantionatum/est maius seipso non circunstantionato.
3 Appellatio non est inuenta vt sit vinculū iniquitatis/put nec iuramentum.
4 Diffinitiua quandoq; extinguitur/quandoq; suspenditur
5 Excommunicatio suam statim habet executionem: ideo non suspenditur/nec extinguitur per appellationem.
6 Judicati effect⁹ est/vt ipsum iudicatū habeat executionē.
7 Jo.mona.hic testatur se fuisse vicecancellarium curie romane.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Quis dicatur plus delinquere/vide hic.
2 Bonum est quod sui ipsius gratia est expectandum. Bonum summū est animi operatio secundum virtutē optimā z perfectissimam in vita perfecta.
3 Qualitas agrauatiua delicti superueniens / operatur: vt hic.
4 Malum scire/an sit bonum.
5 Appellatio omnia reponit in pristinum statum/ vt hic intelligi datur.
6 Declaratio operatur vt hic.
7 Sententia absolutoria incontinenti secum trahit executionem absq; aliquo nouo facto iudicis.
8 Ubi facta est executio ipso iure: non est locus purgationi more.
9 Executio de iure communi: die feriato in honorem dei fieri non potest.
10 Executio alicuius/est min⁹ nobilis quam illud cuius est executio.
11 Nobilior est doctor iuris ciuilis/ꝙ miles. Nobili⁹ est quod disponit/ꝙ illud quod implet dispositū. Nobilius est quod regit/z de eo primo habenda est ratio: ꝙ de illo quod regitur.
12 Ministerium legale/regit ministerium militare.
13 Executio instrumenti non habet instantiam.
14 Licet ab executione non possit appellari: secus tamen est in pronunciatione et exequendo.
15 In curia romana vicecancellarius est maior post papam. Uicecancellarius dicitur princeps iusticie/z regulas cācellarie regere.
16 Uicecancellarius curie romane/olim vocabatur cancellarius/rationem diuersitatis vide hic.
17 Cancellarius Frācie presidet in omnibus parlamentis regni.
Papa dicitur dei cancellarius.
18 Officium cancellarij hic describitur.
19 Cancellarius dicitur: vt hic.
20 Quicquid cancellarius dictat princeps pronunciare videtur.
21 Jacobus de aretio fuit in Frācia cancellarius / prout et Petrus de bella pertica.
22 Joseph fuit cancellarius apud pharaonem regem egiptiorum.

IS cui, Hec decretalis dicit tria. Secundum: in.§. talis Tertium in.§.sane. Et de primo dictū est. s.eo dem cum medicinalis [sepeliri] sed videtur eos plus debere aggrauari s.hoc lib..de priuileg.epozum. ¶Solu.ibi * est grauius [a] delictū z ideo grauius est puniendum [b] ꝙ sic probo: hic erat malum non circūstantionatum: ibi simile malum circunstantionatum scʒ defensum priuilegio: quod se ad hoc non extendebat: vt ibi. Et sicut [c] bonum * circunstantionatum est maius [d] seipso non circunstantionato: ergo peius [e] erit malum circunstantionatum seipso non circunstātionato/vt probant regule philosophi.

¶Unde sicut appellatio * nō est inuēta: vt sit vinculū iniquitatis.s.de appella.c.cum speciali.§.porro/nec iuramētum.s.hoc lib.de iureiur. contingit: z.s.de iureiur.quinta uallis: ita nec priuilegiū. Et ob hoc vtēs eo ad malū in duobus peccat: z in ipso malo [f] quod facit/ z in bono quo abutitur: vt in.d.c. quintaualllis [suspēduntur] argu.s. de appella.ad hec quoniam.

¶Sed quero sententia * diffinitiua quandoq; suspenditur/z extinguitur [g] quandoq;.ff.ad turpillia.l.prima in fine: z.C.quor.appella.non recip. ab executore/ z per appellationem sequentem quare non idem in excommunicatione z suspensione/vt hic.

¶Sol. * excommunicatio statim habet suam executionem [h] .s.eo.pastoralis: z ideo non suspenditur/ [i] nec extinguitur [k] per appellationem/vt.d.l.prima ad turpillia.z.ff. de penis.l.ij.sed ipsa quandoq; rata maneat.C.de tempo. appel.l.fina.§.illud: hoc est fictione iuris/propter autoritatem iudicati: sed ipsa sentētia dicitur suspēdi proprie quo ad effectum executionis.nam iudicati * effectus est/vt ipsum iudicatum habeat executionem.s.de appella.cum aliquibus.qui impeditur appellatione pendente.C.de appella.l.si quando.z.ff.nil noua.appella.penden.l.prima.§.integrum.z per totum: z sic loquitur.s.de offi.delega.pastoralis.§.preterea. in fine.

¶Ergo cum excommunicatio statim habeat executioneʒ vt predixi: ideo ipsa non suspenditur per appellationem sequentem: quod est verum vbi esset lata pure; secus si sub conditione.s.de appella.preterea.ij.etiam si fuerit appellatum post.x.dies/vt no.s.eo.quicunq;.

¶Et idem dico in suspensione/vt hic.

¶Sed quid de interdicto lato ante appellationem: videt aliud ꝙ hic dicatur cū nihil hic exprimatur de interdicto.

¶Contra dic z est casus.s.de appella.ad hec quoniam/ et quia erat expressum in iure de excommunicatione z interdicto/vt dictis iuribus.c. pastoralis.c.ad hec.non sic de suspensione hic posita: ideo ponitur hic ius nouum de suspēsione. ¶Et quod est dictum de excommunicatione: non est ius nouum / sed iuris antiqui repetitio vt ad sibi similem/ sicut est suspensio.

¶Sed contra.s.hoc lib.de appella.c.non solum. Solu.ibi non censetur iudicatum ante decendium.ff.de penis.l.ij. in fine. Cum beneficium iuris isti qui adhuc appellare potest/auferatur quod esse non debet.xxvij. distinct. de his Et ob hoc contra hoc attentatum reuocatur ante omnia/ vt hic. ¶Sic dico si esset sententiatum z excommunicatio lata/z tandem infra decendium a die sententie appellatum a sententia/crederem totum suspendi: quia factum esset in preiudicium deliberationis pendentis.argu.d. capitu.non solum. Sed vbi esset iudicatum z excommunicatio

lata: ⁊ tandem appellatum non a iudicato: sed ab executione excommunicatio non suspenditur per appellationē sequentem/ ⁊ sic loquitur hic. Et est ratio/ ex quo est iudicatum ⁊ est executum directo vel indirecto: vt not. supra. eodē. licet/ ex quo non est appellatum a iudicato: et iudicatū * non suspensum debeat habere suam executionem m appellare ab executione directa vel indirecta regulariter nihil est: quia non tangit id a quo habet ortum executio: vnde taliter appellans dat antecedens ad executionem liberum/ ⁊ negat cōsequens ad illud: scilicet executionem iudicati: ⁊ sic loquitur. §. de appella. constitutis/ vbi decanus non appellauit a conformatiōe sed executione confirmationis: vnde appellatio fuit repulsa n vt ipse appellans non admittatur via exceptionis: sed si velit denunciet vel accuset. ⁊ secundum hec ego * tunc vicecancellarius o multas literas cassaui: in quibus narrabatur appellatum/ non a prouisione sed prouisionis executione. Joan. Mona. Cardinalis.

a Bi est grau⁹. Glo. in. d. c. episcoporum/ que est fina. refert doctri. Jo. mo. hic. Probus.

b ¶ Puniendum. Verificatur istud per dictum vulgare ꝙ qui plus deliquit/ plus puniri dʒ. l. q̄cunqꝫ. C. de ser. fugiti. l. agraria. C. de eroga. milita. anno. ⁊ l. creditor. ff. de appella.

1 ¶ Et si queras quis plus dicat delinq̄re * dic ꝙ ille qui delinquit in se ⁊ in alio plus delinquit/ q̄ꝫ ille qui deliquit tantum in se. l. athletas. §. ait pretor. ff. de his qui no. infa. ⁊ l. quicunqꝫ. §. fina. C. de heretic. Probus.

c ¶ Sicut bonum. Dic secundum philosophum. j. rheto. ꝙ 2 bonum * est quod suipsius gratia est expectandum. ⁊ primo ethico. Bonum summū est animi operatio secundū virtutem optimam ⁊ perfectissimam in vita perfecta.

¶ Et quanto cōmunius eo melius: ideo dicit tex. i. l. prima ff. de iusti. ⁊ iure ius est ars boni ⁊ equi cui⁹ merito q̄s nos sacerdotes appellat: iusticiam namqꝫ colimus: boni ⁊ equi noticiam profitemur.

¶ In proposito Jo. mo. videtur facere: ꝙ ille qui operat̄ bonum in se ⁊ in alio: magis meretur/ q̄ꝫ ille qui tantum in se. l. nuper. C. de natur. resti.

¶ Facit a contrario id quod in apostilla precedenti diximus. Probus.

d ¶ Est malus. Idem Joan. Mo. in rub. de vsur. vbi aliqua dixi. Probus.

e ¶ Peius erit. Vide ea q̄ citat Domi. de qualitate aggrauatiua delicti in consi. cvj. colū. ij. super dicto dubio ꝙ qua 3 litas * aggrauatiua delicti superueniēs/ priuat habētem potestatē absoluendi vel dispēsandi super delicto nō aggrauato illa qualitate vt est casus in. c. tua nos. §. hoc titulo vbi episcopus absoluit incendiarium ante denuntiationē: sed si denuncietur cū ex ista qualitate diffametur: ⁊ sic aggrauetur/ postea non absoluit. Probus.

f 4 ¶ Malo. Quod * scire non est malum sed operari: quod intellige verum quod non est malum/ inquantum quis scit vel per instinctum nature/ vel per altitudinem sui intellectus. Secus si illud malum ab alio discere studuit: vt in arte magica/ que non potest adisci vel doceri: ita citat Jo. de ana. in. c. penul. in fi. §. de heretic. Probus.

g 5 ¶ Et extinguitur. Et sic * appellatio reponit omnia in pristinum statuʒ. l. per hanc. C. de tempo. appella. ⁊ l. furti. §. primo. ff. de his qui no. infa. quod est verum quantum ad concernentia negocium principale vel eius determinationem: non quantum ad exceptiones seu allegationes dilatorias non concernentes determinationem negocij principalis: quia in illis nō reponit in pristinū statū per omnia. l. in illum qui erat a principio litis/ imo si lapsus erat terminus eas proponendi in prima instantia/ ⁊ sic erat via preclusa opponendi. durat idem lapsus termini/ ⁊ remanet adhuc via preclusa in causa appellationis: casus est in. l. ita demum. C. de procurato. vbi litiscontestatio que erat terminus dilatoriarum proponendarum ⁊ eius effectus scilꝫ exclusio ab eis ꝓponē. durat adhuc i causa appellatiōis.

¶ Et idem est in quocunqꝫ alio termino exclusorio taliū exceptionum secundum Bal. ibi qui dicit rationem esse q: appellatio rescindit grauamen illatum a iudice: non illud quod quis intulit sibi ipsi negligendo tales exceptiones ⁊ propositiones facere infra terminum statutum a iure. ꝓ hoc faciunt que in simili citat Paulus de castro cō. cccxx. col. j. ꝙ in causa appellationis/ in prima parte: vide que dixi in rub. de appel. §. Probus.

h 6 ¶ Executionem. Etiam * ante denunciationem vel declarationem. d. c. pastoralis facit tex. in. c. cum non ab homine. in princi. §. hoc titu. Et ideo excommunicat⁹ statim repelletur a communione/ ⁊ celebratione/ ⁊ ab alijs que excommunicatis prohibita sunt/ ratio potest esse: quia super pena imposita ipso iure non requiritur declaratoria quo ad effectus qui trahunt secum executionem: ⁊ de sui natura non expectant aliam extrinsecam executionē: ideo irrogata ipso iure infamia ante declarationem: quis redditur intestabilis not. Domi. in capi. felicis. supra de heretic. hoc libro.

¶ Et similiter si pena sit que auferat libertateʒ/ ille statim efficitur intestabilis. not. Inno. in. c. qualiter: el. ij. ver. iteʒ nota. §. de accusatio. Secus est quo ad effectum horum in quibus ministerium iudicis requiritur in exequendo. pro ut loquitur text. in. c. cum secundum de heretic. supra vbi Domi. ⁊ Bald. in. l. que sub conditione. §. fina. circa finem. ff. de condi. institu.

¶ Pro his vide que no. Decius consi. cccxxvij. colum. iij. viso casu proposito vbi idem dicit/ ꝙ quis sit infamis: vel intestabilis.

¶ Quod autem diximus de excōmunicatione/ quia hec in facto nō cōsistūt/ ⁊ ministerium aliquod non requiritur: secus si in facto consistant aliqua/ ⁊ ministerium requirant prout in confiscatione bonorum. c. cum secūdum leges. §. de heretic. hoc lib. vel quod quis cancelletur a libro bānitorum: quia hec ⁊ similia non trahunt secum executionem sed expectant executionem post se. Bal. in. l. que sub cōditione. §. fi. circa finem. ff. de condi. institu.

¶ Et attende ad cancellationem prout notat Alex. in cōsi. lix. colum. ij. viso processu: vol. ij. vbi requiri dicit: ꝙ similis adhibeatur solennitas prout in principali cancellato: vt ibi late comprobat.

7 ¶ Item aliam reperio sententiam trahere secum executionem videlicet sententiam * absolutoriam quia illa incontinenti trahit secum executionem absqꝫ aliquo nouo facto iudicis. glo. ⁊ Doct. in. c. pastoralis. §. de appel. Innocen. in. c. cum in nostris. §. de concessio. preben. Bar. in. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudic. Sequitur Alex. in con. xciij. nu. iiij. in causa. vol. ij. Probus.

i ¶ Non suspenditur. licet ipsa sententia non suspēdatur: secus tñ est in declaratoria excōicatiōis: q: sunt diuersa. no. Hierony. de tortis. con. suo/ col. aspe. ꝙ repies post consi. Antho. de Butrio quod videtur de mēte Jo. mo. hic. Pro.

k ¶ Nec extinguitur. Vide in simile que notat Alex. in con. lvij. numero. xiiij. prospectis. volumine secundo. ꝙ vbi fa 8 cta * est executio ipso iure: non est locus purgationi more. l. si his. de lega. secundo. l. qui ob rem. ff. de cōdi. indebi. idem Alex. post Bar. ⁊ alios in. l. insulam. ff. de verbo. obliga. Probus.

l 9 ¶ Executione. Que de * iure communi die feriato in honorem dei fieri non potest: ⁊ ista est communis conclusio secundum Alexan. consi. liij. nu. x. queritur an stante nullitate/ volumi. quinto. ratio potest esse/ quia indicatum die feriato fieri non valet/ ergo nec executio regulā iuris ꝙ exe 10 cutio alicuius * minus est nobilis quam illud cuius est executio: quod probatur in. l. iustitia cum sua glo. ff. de iust. ⁊ iure. ⁊ l. si vt proponis. ⁊ l. executioneʒ. C. de re iudi. quā adducit Signo. de homed. in consi. xxiij. post prin. pro verificatione/ ꝙ nobilior est doctor iuris ciuilis q̄ꝫ miles: quia militare ministerium est ⁊ executio legis/ vt. l. qui restituere. ff. de rei vendica. ⁊ l. tertia. ne fiat ei ⁊c. ⁊ l. prima. ff. de offi. prefecti preto. ⁊ l. si quis in hoc genus. C. de episcopis ⁊ cler. ⁊ l. ij. C. de his qui latro. occid.

11 ¶ Et nobilius * est quod disponit/ q̄ꝫ illud qui adimplet dispositum: cum ex implemēto dicitur aliquis effectus omnino: quia riri. ¶ Item regens recte est preferendus omnino: quia nobilius est quod regit/ ⁊ de eo est primo habenda ratio: q̄ꝫ de illo quod regitur. l. conditionibus. in prin. ff. de cōdi. et demonstra. ⁊ l. cum multa. C. de bonisqꝫ liber. ⁊ l. queris. de nata. restitu. ff. ⁊ l. iubemus. in fina. C. de episcopis ⁊ cleri. 12 ⁊ l. secunda. §. si preses. ff. quis ordo in bono. possess. Sed * ministerium legale regit ministerium militare. l. leges. C. de legib. ⁊ auten. habita. C. ne fil. pro patre.

¶ Item qui est iustitie constitutus proprietarius: debet ei⁹ ratio ante haberi q̄ꝫ ille qui illius iuris habet exercitium: quod facit/ quia doctor ex libri iustitie traditione dū

promouetur est effectus illius proprietarius ⁊ possessor/ vt.l.prima.C.de euictio.⁊.l.clauibus/de cōtrah.emp.⁊ vēdi.⁊.l.qui ratione.§.Item si quis.ff.de acquir.rer.domi.⁊.l.mortis.§.titia/de do.causa mor.⁊.l.chirographū/de lega.ȝ ⁊ hec traditio non fit militi.auten. de manda.princi.§.fina. col.iij. Sed exercitationem tantū iustitie habet.l.in noīe dñi/ver.hoc autē nō solū. C.de offi.prefec.p̄to. Probus.

m 13 ¶ Executionē. Que * executio(dico instrumēti)nō habet instantiam:quia lis non contestatur/ ita Barto.dicit se de facto respondisse in.l.litibus.nume.xj. de agricol.⁊ censit. lib.xj. C.cum Barto. transit simpliciter Bald.in repeti.l. tale pactuȝ.§.qui prouocauit/in.x.quest.in fine.ff.de pact. maxime quando imploratur officium iudicis: prout notat Bald.in.l.consentaneuȝ/ad finem.vbi concordat cū Bar. C.quomodo/⁊ quando iudex. Bald.in.l.prima.§.primo. ff. si quis ius dicen.non obtēper.⁊ in.l.ij.in.iiij.col. C.de executio.rei iudica.quos ⁊ Ludo.Roma.in rubri.de arbitr. ff. refert/⁊ sequitur Maria.Sozi.consilio.xcv.col.prima/capiēdo primum/vbi subdit Angel.de Aretio/in.l.ab executore/in.vj.col.ff.de appellatio. ita tenere. ⁊ sic non interuenire peremptionem instantie: cuȝ priuatio presupponat habitum iuribus vulgatis: faciunt ea que late citaui/in capitu.primo/in ver. non entis.s̄.de confes.

¶ Hanc opinionem dic procedere: quando est fienda mera executio: quia tunc non datur instantia: vel quando nihil est a iudice pronunciandum: secus si sit pronunciandū/ ⁊ non sit sola mera executio: quia tunc habet executio instantiam: ⁊ hoc iuuatur pluribus autoritatibus / ⁊ vrgentioribus rationibus. Ideo tenendum: per ea que citaui.s̄. in capi.primo/in ver.validioribus.de constitu.vna est quia citius terminari debent.cle.sepe: ⁊ id concernit rem publicam ⁊ illius vtilitatem. l.properandum. C. de iudic.id firmat latius Maria.Sozi. vbi.s̄.adducens Roma. dicētem ꝙ ista cōclusio est vera sicut deus est/⁊ sicut ipse est in mūdo. ¶ Uide Alexand.consilio.cxxj. volu.vj.in causa et lite vertente/inter Petrum. Probus.

n 14 ¶ Fuit repulsa. Alexand.consi.xcvij.nu.vj.viso themate/ vol.vj.dicit/ꝙ * licet ab executione nō possit appellari: secus tamen est in pronunciatione de exequendo.

¶ Uide ꝓ intēto Ioā.Mo.Aureolū in addi.ad Guiller.in c.a collatiōe.s̄.de appel.hoc lib. Domi.in cōsi.xcix. sup primo quesito.latius Alex.cōsi.xcv.visis.volu.ij. Probus.

o 15 ¶ Uicecācellarius. Istud citat Domi.cōsi.xcix. col.ij. sup primo quesito/ cui adde ꝙ in curia Romana hodiernis tēporibus: vicecācellarius * maior est post papā/ testatur Car. in cle.ne Romani.§.eo ipso.q.iiij.de electio. Merito glo.in regu.cācella.proe. col.antepe. dicit vicecācellariū principem iustitie: ⁊ regulas cācellarie regere: ⁊ ad eius dispositionē dari in curia ⁊ extra eā/ cū subscriptionibus duoruȝ abbreuatorum. Et est iudex in pertinētibus ad expeditiōes iuridicas bullarum. Cōprobat Panor. in.c.cū dilecta.post glo.in ver.nostrā. s̄.de rescrip.ꝙ scd̄m stillū hodiernū curie: nō est necesse ꝓ literis iustitie recurrere ad papā: sȝ ad vicecācellariū/ qui tamē scribit noīe pape ⁊ apponitur bulla pape. ¶ In ꝓposito Bellamera deci.602.cācellaria/ꝙ cācellaria potest omnes causas que sunt de cōi iustitia cōmittere: ⁊ in hoc verificatur dictū Domi.in.c.statutū.s̄.de rescrip.ꝙ sufficit scientia cācellarij: que equiparatur scientie cōcedentis: ⁊ hec sufficit quo ad hoc vt impetrās non iudicetur falsarius: licet vt valeāt litere requiratur scien-

16 tia principis. ¶ Olim * enim vocabatur cācellarius: sed quia quandoqꝫ certabat cum papa quasi de papatu. Ideo sublatuȝ est nomen cancellarij: testatur Guiller. de monte Laudu.in.d.cle.ne Romani/col.ij.⁊ ibi Card.in.d.§.eo ipso. Cōcordat Bar.de Chasse. in catalo.iiij.parte/ nu.xiij. dicens ex eo ꝙ est preses iustitie dicitur sedere: ⁊ stare po-

17 test cū auditoribus causarū rote: etiā in presentia pape: sicut videmus * in cācellario Frācie/qui tanꝗ̄ primus post Regē presidet in oībus parlamētis regni: ꝓut Moyses in regno ⁊ synagoga iudeorum ꝓ deo verus cancellarius fuit: sic papa in ecclesia dei cācellarius vocatur: cuius ⁊ dei vnū/ ⁊ idē dicitur esse cōsistoriū. Hostien.in.cap.q̄to.s̄.de trāsla.prela.dixi.s̄.in proe.in ver.interiectio.

18 ¶ Loco enim vicecācellarii/ apud Galliam habemus hoc nomen cācellarius: ad cuius etiā officium * spectat/ne de cācellaria principis exeāt litere male formate/ imperfecte/ aut minus solēnes. Ita dicit Bal. post text.in.l.vniuersa. C.de diuer.rescri.vbi glo.in iure vnica/in ver.questor.q̄ dicit questor.i.cācellarius: deinde subijcit. Nota ꝙ in fine rescripti debet esse subscriptio questoris qua contineatur / inter quos/⁊ ad quē iudicē/⁊ per quā ꝑsonā fuerit directa.

tex.in auten.vt diui.iussio.§.nam presenti.col.viij. Idem Bal.in.l.ij.in.iij.no.de peti.bono.subla.libr.x.C.vbi dicit ꝙ sunt tres questores/vnus qui sedet ad latus principis ⁊ hic est illustris: ⁊ ad eius officium pertinet subscribere se in rescriptis/⁊ respōdere viua voce aliquid explorantibus: pro hoc facit glo.prohe.reg.cancel.ꝙ vicecancellarius curie Romane in bullis ponit vnū.L.magnū ante bullā/ qd̄ significat ꝙ bulla est lecta/⁊ postea ponit ex alia parte vnum.R.magnum/quod signat nomē suum: quia vocatur Rodericus/vel mādat ꝙ registretur. ¶ Nunc autē in Gallia secretarij regis ad subleuamem cācellarij tum propter multitudinem negociorum in cancellaria ⁊ curia regis affluētiū has subscriptiones faciunt. vt videre licet. ¶ Premissa possumus verificare argumento ab ethimologia vocabuli(quod in iure nostro dicitur validum.no. in.l.j.de le

19 gat.j.)dicitur enim cancellarius * a cancellus cancelli/ prout significat aulam palatij principis: q: ibi fere omni tempore oportet cancellarium adesse/vt principi cōsulat/ vel scd̄m aliam significationem inquantū denotat interstitium muraliū tractū a prouincia Palestina/in qua epistole misse ad populum in dicto interstitio seu cācello recitabātur: ita in proposito cancellarius epistolas ⁊ legationes ad principem directas/eidem explicat: ⁊ pro eo(cum aliorum procerum cōsilio)respōsionē facit/ ꝓut intuenti curiali apparet. ¶ Uel dicitur prout alijs placet: vt conueniat dicto Io.Mo.hic a cācellando: hoc est rūpēdo ⁊ lacerādo: q: vt citat Lucas de pēna. in.l.neminē.col.ij.de decur.lib.x.C. rescripta ⁊ ꝑuilegia sigillo regio muniēda (qd̄ apd̄ se est) ꝑusqꝫ muniant̄/ corrigit ⁊ cācellat.facit.l.cācellauerat.ff. de his q̄ in testa.delē.glo.post tex.in.l.inductū.C. de sol. q: literas patentes de iustitia vel grā sibi presentatas ob malā earum ditationē/scripturā/vel iniustitiā ꝓprijs manibus destruere dȝ.arg.l.j.cū glo.in ver.libellis.ff.de offi. assess.quā ibi sequūt̄ Bar. Ang.⁊ Ias.qui late in hoc extēdit fimbrias/allegat inter alia Innoc.in.c.j.s̄.de offi.vica. glo.in.c.sacerdotibus.xj.q.j. ¶ Potest etiā dici cācellarius a cancellis(hac ratione)q: sicut per cancellos clare videmus q̄ intus existunt absqꝫ ianue ingressu. Sic princeps per sui cācellarij discretionem ⁊ eminentē literarū scientiam clare intelligit que agenda ⁊ cauenda sunt: propter quē ⁊ alios de consilio continue suo lateri assistentes/censetur iuris presumptione omnia iura in sui scrinio pectoris habere.l.omniū.C.de testa.c.j.s̄.de cōsti.hoc lib. vbi dixi. De cācellario quippe dici potest qd̄ est in principe.⁊ princeps in eo: sicut de ecclia cathedrali ⁊ episcopo dr̄.c. scire.

20 vij.q.j. ¶ Et q̇cquid cancellarius * dictat: rex siue princeps pronuntiare videtur.hinc est ꝙ cācellarius noīe regio cūcta expedit/prout ⁊ curie supreme: ideo q̄ntū ad exercitiū iustitie vna persona representatur. ¶ Hinc Lucas de pēna. in.d.l.neminē.hos versus subdit: Hic est qui leges reguȝ cācellat iniquas/⁊ mādata pij principis equa facit. Si q̇d obest populo vel legibus est inimicū: Quicquid obest: ꝑ eū desinit esse nocens. ¶ Uide ad propositum q̄ lōgo sermone citat do.Guil.Bened.in repe.c. Raynutius. nu. 489. cum seq.s̄.de testa.vbi dicit ꝙ olim vocabatur Gallorum patricius/prout apparet ex suprascriptione.c.j.s̄.de donati. q̄quidē dignitas eū liberat a patria ptāte.§.ij.insti.q̇b. mo. ius.pat.potest.sol. ¶ ¶ Quo officio in Frācia(vt fertur)

21 decoratus fuit Iacobus * de Aretio q̄ fuerat doctor regens Tholosanus ſm Bar.in.l.j.C.de senten.q̄ pro eo ꝙ inter.ꝓfer. Etiā Petrus de bella pertica: vt legit̄ in eius epithaphio/in choro ecclie Parisieñ. ¶ Apud aūt Israelistas Moyses fuit cācellarius dei/vt legit̄ Exod. 18.c.circa finē. ¶ Iosaphat vero legit̄ cācellarius Dauid prophete ⁊ regis.primo Regū.c.8.in fi.que dignitas eo tunc vocabatur a cōmentarijs quod est nomē indeclinabile/ significans idem ꝙ cancellarius scd̄m glo.ibi: cuius officium est scd̄m eum dictandi leges.⁊ in hebreo habetur recordator: ꝙ officium eius erat repetere seu recordari casus varios qui venerant ad Dauid/vt per ordinem expedirentur: si

22 primus primo: ⁊ secūdus secūdo: ⁊ sic de alijs. ¶ Ioseph * enim primus huius dignitatis infulas apud Pharaonē regē Egyptū ꝯsecrauit. ¶ Itē Seneca vir sapiētissimus Neronis imꝑatoris fuit cācellarius/vt placet Luce de pēna. in rub.de questo.⁊ mag.offi.col.j.li.xij.C. ¶ Aliquibus etiā placet ꝙ Ulpianus Alexan.imperatoris fuit cancellarius: de quibus sic scribitur secundum Guil.Benedi. vbi.s̄.nume.494. Alexā.habuit matrem christianā nomine Manicas: cū qua Origenem presbyterum audire curauit: hic fuit iuuenis virtuosissimus/qui rem pub.salubriter gubernauit cōsilio Ulpiani vsus: q̄ fuit legalis sciētie princeps.

¶ Pro his facit in arg. l. iiij. iuncta suprascriptiõe. C. de loca. & cõduc. vbi idem Alex. vocat ipsum Ulpianũ prefectũ pretorio/& parentem suum/ vbi glo. parẽtem/scientia & etate/& vt placet etiam aliquibus cancellarius vocatur prefectus pretorio simpliciter dictus/per excellentiam: eo quia in omnibus prefertur alijs prefectis pretorio quocũqz loco fuerint. Ex quo videmus vt dixi cancellariũ in Gallia/ in quocunqz parlamẽto regni sedere primo loco: & primus post regẽ. ad idẽ. l. iiij. C. de cõtra. & cõmit. stipula. ibi Domitij vlpiani pfecti annone iurisconsulti amici mei/& istud respicit secundum genus questoris. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xxj.

RElígioso quí manus violentas in clericũ secularem iniecit (ne hoc pretextu habeat materiam euagãdi) poterit ab epo eo casu absolutionis beneficiũ exhiberi, quo seculari clerico posset/ si aliũ clericũ percussisset. ¶ Quãuis autẽ is qui religionẽ ingreditur, religiosus censeri cũ effectu non possit, donec sit tacite vel expresse pfessus, si quis tamen violentas manus in eum iniiciat excommunicationis latę a canone vinculum non euadit.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Equitas prefertur rigori.
2 Dominium legati acquiritur a die mortis testatoris: commutabiliter tamen.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Cessante equitate/cessat fictio.
2 Lex q̃ loquit de equitate/corrigit legẽ q̃ loquit de rigore.
3 Judei in fauorabilib⁹: dicũtur nõ esse sub lege municipali. Persone odiose non comprehenduntur sub beneficijs generaliter concessis.
4 Equitas scripta/necessitatem importat.

REligioso, Duo dicit hec decreta. que sunt clara [secularẽ] etiam post monachatum. Nã iure antiquo distinguebãt doctores vtruz ante monachatũ esset facta iniectio/vel nõ. Sed hodie indistincte est verũ q vbi secularis clericus percutiens clericũ posset absolui per epm/ vt in modica seu leui iniectione. s. eo. puenit. Idem in monacho percutiente clericũ secularẽ: vt vagandi materia religiosis substrahatur/& sic hic corrigatur. s. eo. cũ illorũ. §. si vero claustralis. ij. respõ. vbi loquitur de rigore: hic de equitate a * q̃ prefertur b rigori. C. de iudic. l. placuit [nõ possit]. Est tamen interim religiosus: sicut video legatur mihi stichus: dominiũ * mihi acquiritur morte testatoris. ff. de lega. ij. l. cũ pater. §. surdo/ tamẽ cõmutabiliter/& sic nõ cũ effectu: qz ipsum legatum si volo possum repudiare. ff. de lega. j. l. si ita legatũ. §. j. sic hic: qz post annũ sum pfessus tacite/& ante regulariter si facio pfessionẽ expressam. s. de regula. c. statuimus. & c. vidua. xx. q. j. & pgenitores. & s. hoc lib. eo. titu. nõ solũ/& c. seq. s. hoc lib. de electio. nullus. & c. ex eo. in fine [non euadit] hoc decisum olim fuit/vt no. Hostien. & Innocen. s. eo. cap. ij. Ioan. Mona. Cardi.

a 1 EQuitate qua * cessante cessat fictio. Sozi. consi. 207. col. 4. in causa dñe. Probus.
b 2 ¶ Prefertur rigori/per id dic verificari cõclusionẽ iuris/q vbicũqz * due sunt leges: vna que procedit de equitate/alia de rigore: lex que loquitur de equitate corrigit legem que loquitur de rigore. ¶ Ex quo infertur q si lex cõmunis & statutum ciuitatis differant in penarum dispositione: ita q mitior sit pena statuti/pena vero legis cõmunis rigorosior. Et reperiatur iudeus qui in ciuitate deliquerit/q pena iuris siue legis cõmunis mulctabit nõ statuti: que reperitur fauorabilior siue mitior. Ratio quia iu3 dei * dicũtur in fauorabilibus non esse sub lege municipali. quia sunt persone odiose/que non cõprehenduntur sub beneficijs generaliter concessis. l. Lucius Titius. el. ij. in. §. lucius titius damã. de lega. ij. quod sint persone odiose satis apparet: quia insultantes fidei nostre dicuntur. l. si post princi. C. de iudeis. non mireris. igitur si cõtra iudeũ seruetur rigor scripture & non equitas scripta: qz licet lex quãtũcunqz magis rigorosa corrigatur a lege min⁹ rigorosa que ptinet equitatem: tamen lex magis rigorosa correcta contra iudeos seruatur: ita pcludit Sozi. consil. 62. col. penul. psilijs nostris trinus deus. ¶ Et dic * q equi4 tas scripta necessitatem importat. l. si me & Titiũ. ff. si certa peta. no. Bertran. Carpen. consi. 352. nume. 6. licet episcopi. parte prima. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xxij.

COs quí a sententía canonis vel hominis, (cũ ad illũ a quo alias de iure fuerãt absoluendi, nequeũt propter imminentis mortis articulũ, aut aliud impedimentũ legitimũ p absolutiõis bñficio habere recursum) ab alio absoluũtur, si cessante postea periculo vel impedimento huiusmodi se illi a quo his cessantibus absolui debebant quam cito cõmode poterunt contẽpserint psentare, mandatũ ipsius super illis pro quibus excõicati fuerant humiliter recepturi & satisfacturi prout iustitia suadebit decernimus (ne sic cẽsurę illudãt ecclesiasticę) in eandem sentẽtiã recidere ipso iure. ¶ Idẽ statuimus de his quibus (cũ a sede apostolica vel a legatis ipsius absolutionis beneficium a quibusuis sentẽtijs cõsequuntur) iniungitur vt ordinariorum suorum vel aliorum quorumlibet suscepturi pœnitentiam ab eisdem se conspectui repræsentent, & passis iniuriam, seu his quibus propter hoc obligati existunt satisfactionem exhibeant cõpetẽtem, si hæc cum primum commode poterunt, non curauerint adimplere.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Obligatus ad factum tenetur illud adimplere/ qz cito cõmode poterit.
2 Ab excõicatione hominis sedes apostolica seu legatus eius non absoluit: sed excõmunicatum absoluendum ad excommunicatorem de stilo curie remittit.

3 Capitulū sede vacāte potest excōicatum absoluere.
Capitulum est successor episcopi/sede vacante.
Regula semper est tenenda:nisi inueniatur vitiata.

Summarium Domini Philippi Probi.

1 Ciuitas quā imperator defendere nō potest / nec de hoc est spes ꝓxima:potest alteri se submittere eo irrequisito.
2 Tutela sui corporis vnicuiq; est permissa.
Papa mortuo/ quare eius potestas non deuoluitur ad dominos cardinales.
3 Absentia longua/ꝛ mors equiparantur.
4 Regule iuris sunt tenaciter obseruande/nisi in contrariū appareat exceptio vel dispositio specialis.

Eos qui, Casus patet [absolutur] .s.eo.c.decetero/ ꝛ.c.ea noscitur. s.de sepultu. ca. fina.[ipso iure]. Cōtrariū est notatum.d.c.decetero/ ꝛ ꝓ illo tempore glo.bene dicit / quia tūc nō erat excōicatus ipo iure/sed reducendus ab homine in excōicationis sententiā.s.de offi.ordin. ad reprimēdā/in fine [in eandē] s.de appella.questioni. Et dic eandem in genere/nō in numero/ꝛ in pristinam.s.eo.sacro.ver.verum/sed contra. ¶ Et dic pristinam.i.cōsimilem pristine. Sed ista tria.c.loquuntur in excōicatione hoīs ꝛ absolutione. Sed hec decrete.decetero ꝛ eius glo. loquūtur in excōicatione iuris/ quā homo nō fert:sed ius/ꝛ ob hoc sicut etiā in dictis tribus.c.homo excōicans absoluit/ꝛ absolutum nō parentem in excōicationē reducit: ꝛ sic decuit vt ius excōicans/absolutū talem reduceret in eādē sententiā/vt hic: vnde hic est sententia iuris:nō hominis. Et ob hoc ante hūc canonem(quem solus papa ferre poterat). Iste non erat excōmunicatus/ꝛ mādādo ꝙ reduceretur in eādem sententiaꝫ res haberet longum tractū: qꝛ hoc fieri nō posset sine cause cognitione. Et ideo decuit/ vt ꝓuideretur huic sinchomati per sentētiam canonis: secus in sententias hominis. Nam homo excōmunicat/ꝛ absoluit iuratoria cautione recepta.ca.ad reprimēdaꝫ: ꝛ iste nō paret/iam non versatur cause cognitio.vel non tanta / vt sententia iuris relaxata reducenda in pristinū statum. Nam iudex qui hoc fecit debet esse certus de facto suo non deferens iuranti cōtra iuramentū ꝓpriū.s.de rescrip.ab excōicato/ꝛ.d.c.questioni. ¶ Et ratio potest esse huius primi.§.sequen. per iuramentū prestitum in absolutione quod prestatur de cōsuetudine ecclesie.s.eo.cū desideres/primo respō. Iste absolutus tenetur ad factū sibi iniūctum per iuramentum:et obligatus * ad factū tenetur illud adimplere q̄ꝫ cito cōmode poterit.ff.de ver.obliga.l.cōtinuus.§.cū ita.ff.de oper.liber.cū patronus.§.fina.ꝛ.l.si libertus. Ita in dicto iniūcto per iuramentū non expleto:ipse iurans in eandē reincidit sententiā ipso iure/alias censure ecclesiastice illuderetur/vel illa in dispendium illoꝝ quos res tangit differretur : si de hoc reducendo in pristinam sententiā cause cognitio mandaretur/quoꝝ quelibet vitari debet[sententijs]iuris/ nō hominis. Nā ab excōicatione hominis * sedes apostolica/ seu legatus eius non absoluit. Sed excōicatū absoluendū ad excōicatorē de stilo curie remittit:fallit tamen vbi excōicator absoluere nō posset/ vt.s.de offi.deleg. querenti: vel vbi est scriptum sub nomine ꝓprio alicui: ꝛ est mortuus/ꝛ successorē tunc non habet. Et vidi fieri idem vbi est cōmissio facta sub noīe dignitatis / ꝛ mortuus est habens dignitatē:nec speratur a de successore festiuo/propter litem/vel aliam causam. Et hec sunt vera in delegato/nam si esset ordinarius/ vt epūs/capitulū * sede vacāte posset absoluere.xj.q.iij.si epūs ante. Nā capitulum est successor episcopi sede vacante.s.de heretic.ad abolendam.j.respō.s.de consuetudi.cum olim.s.hoc lib.de maior.ꝛ obedi.cap.vno. ¶ Sed nunquid in predictis casibus delegatoruꝫ si contingat ꝙ excommunicatus absolutus non pareat / vt iurauit/erit reductio in pristinam sententiam ipso iure/vel per sententiam hominis:per rationem ante dictam. Quia regula * semper est tenenda b: nisi inueniatur vitiata. ff. de regu.iuris.l.prima/arg.C.de appella.precipimus/in fine. Ioan.Mona.Cardi.

a Nec speratur/vide quē in simili citat Bal. in.c.j.nūe.ix.in.ij.lectu.s.de iudic. ꝙ * ciuitas quā imperator defendere nō potest:nec de hoc est spes proxima/pōt alteri se subijcere eo irreq̄sito : qꝛ tutela sui corporis vnicuiq; est permissa.l.vt vim.ff. de iusti.ꝛ iur. secus si est spes que sit in aliquo apparatu.refert ꝛ sequitur Fely.in cap.cum contingat.col.fi.s.de for.cōpet. ¶ Pro intento vide Pet.de ancha.consi. 409.col.penul.viso ꝛ diligēter:vbi dicit ꝙ * licet mortuo papa eius potestas non deuoluatur ad dominos Cardinales propter verisimilem breuem vacationem : secus vbi vacat per scisma inueteratum : qꝛ hoc casu nō est spes breuis vacationis:adducit aliud exemplum de iudice/qui si deficiat de iure vel de facto : vel adiri non possit excercitiū iurisdictionis sue ad aliū deuoluitur etiā inhabilem.c.eos.de tempo.ordi.hoc lib. ꝛ.l. ait pretor.§.si debitorē.ff.de his que in fraudē credi. Idem q̄d nc.Car. consi.liiij.nume. vj.lite in causarū/ ꝙ absentia longa * et mors equiparantur ad hoc vt quis censeatur impeditus: pro hoc adducit iura que videbis si placet. Probus.
b ¶ Est tenenda. Facit.c.ad decimas.in fi.s.de resti. spolia. hoc lib.ꝛ.l.suus quoq;.§.puto.in fi.ff.de hered.insti. Et dicit Bal.in.l.si tutor.in fi.C.de ser.pigno.dat.manu.ꝙ * regule iuris sunt tenaciter obseruande/nisi in contrariū appareat exceptio/vel dispositio specialis: refert Iason in.l. fi.sub.nu.4.C.de testa.Probus.

Bonifacius Octauus. Cap.xxiij.

Cum quis absque tuo mādato manꝰ inijciat in clericum tuo nomine violentas si hoc ratū habueris, excommunicationē latam a canone incūctāter incurris. Cum ratihabitio retrotrahatur, & mādato debeat cōparari. ¶ Si vero iniectio eadē tuo noīe nō sit facta, tūc licet pecces ratā habendo eādē, nō tamē ꝓpter hoc excōicatiōis vlliꝰ vīculo innodaris. Cū quis ratū habere nequeat, quod eius nomine non est gestum.

Summariū D.Io.Monachi Cardina.

1 Iam factū ab alio me adhuc non obligato me nō obligat.
Mādans a quo tēpore:an a tempore mādati vel facti mādati/executione obligetur.
Sine culpa/pena non infligitur.
2 Gestū nomine meo per me nō purgatū cum scio/illud mādare videor/ꝛ hec est ratihabitio presumpta.
3 Ratihabitio obligat:vt hic.
4 Licet in obligatione conditionali non sit debitum/ est tamen in debitum iri.
In cōtractibus initium contractus est considerandum.
5 Lex loquens in delictis nūq̄ꝫ posuit verba de retrotrahi/ sed posuit verba de mandato cōparari.
6 Incunctanter dicitur.i.sine mora.

Summarium D.Philippi Probi.

1 Regula ratihabitio/habet etiam locum vbi speciale requiritur mandatum.
2 Ratihabitio valet etiam parte absente/prout confessio procedens ex mera voluntate.
3 Excōmunicatorū participatio quando sit permissa.
4 In iuramento semper excipitur legitima causa.
5 In male promissis restringe fidem/ et in turpi voto muta propositum.
6 Excōmunicato an possit aut debeat solui quod sibi est debitum: vide hic.
7 Participans videtur socius criminis.
Confessio socij criminis/an sit sufficiens ad torturam.
8 Ut testis faciat semiplenā probationem/ quid requiratur.
9 Ratihabitio retrotrahitur ad principium.
10 Uolēs agere ratione cōtractꝰ reciproci:facit/vt hic dr.

Vm quis, Ista decret. duo dicit/quorũ quodlibet euidenter probatur. j. hoc lib. de reg. iur. ca. ratũ. ⁊ ca. rati. [absq₃] magis cum mandato. s. eo. mulieres. §. fina. vbi indistincte no. quod hic distinguitur [incurris]. Sed a quo tẽpore: videtur propter literam sequentem/ cum rati a ⁊c. ⁊ ꝓpter verbũ incũctanter quod a tẽpore iniectionis. Dic contra vt non teneatur nisi a tẽpore ratihabitionis b vere vel presumpte/ ⁊ hoc liquet ex litera precedenti si hoc ratum ⁊c. que est factum cũ aliis/ ex quo iuris responsio datur: sed litera que sequitur cum rati ⁊c. non mutat factum/ ex quo ius redditur: sed dicta litera ad ius iam conditum est argumentum seu color. argu. ff. de offi. proconsul. ⁊ lega. l. obseruare. §. vltimo. ⁊ ff. mãda. l. si vero. §. si post. Quia * iam factum ab alio (me adhuc nõ obligato) me non obligat/ vt. j. respon. d. §. sed si illud mandem esse meo periculo iam suꝫ astrictus nõ ex primo actu/ sed secundo/ vt. ij. respon. d. §. Sic ⁊ hic ille qui verberat sine mandato meo / non obligat me inuitum/ vnde demũ me ratum habente obligor ad id quod mandare potui / vt. d. l. obseruare/ in fine. ¶ Et constat ꝙ ante ratihabitionẽ iste ratum habens non est obligatus maleficio: ergo nec pena excõmunicationis que debetur propter malefactum. Nam non potest esse excõmunicatus sententia iuris : nisi ꝓpter maleficium precedens: alias sine culpa infligeretur: quod esse non debet. s. de constitu. cognoscentes / ⁊ hoc liquet in hac materia. ¶ Participo cum. p. excommunicato sine maleficio: vt quia ipsum ad correctionem induco: ⁊ verba salutis sibi predico: nõ suꝫ ligatus c. s. eo. j. respõ. in prin. ⁊ cap. cũ volũtate. j. respõ. ¶ Sed quare tenetur iste ipsa ratihabitione: dic ꝙ videtur participare d criminoso in crimine/ factum eius nomine gestum approbando. argu. s. eo. nuper. §. j. ⁊ C. de incest. nup. l. cũ ancillis/ ⁊ . C. de deserto. ⁊ occult. eo. l. j. lib. xij. ⁊ hec iura sunt arg. cõtra. §. sequen. ¶ Sed dic vbi procurator meus faceret/ licet ad hoc nõ haberet mandatum ex quo scio/ ⁊ non purgo teneor. arg. s. de offi. delega. cum olim. j. ⁊ s. vt lite non contesta. cap. j. in fine/ ⁊. d. l. j. de deserto. ⁊. d. l. cum ancillis. Quia * gestum nomine meo/ per me non purgatum cum scio illud mandare videor/ ⁊ hec est ratihabitio presumpta/ vt. ij. q. j. nomen/ ⁊. d. ca. cum olim. ¶ Idem vbi prohibere possum iniectionem/ ⁊ non prohibeo. s. eo. quanto/ etiam si non sum in potestate constitutus/ vt. s. eo. dilecto. Idem si ratum habeo nomine meo gestum/ vt hic. Et sic fuit diffinitũ in facto archiepiscopi Lugdunen. contra regem Dacie. Sed si non est gestũ nomine meo/ nõ astringor/ vt in. d. c. nuper/ ⁊. c. si concubine/ ille principalis noĩe suo cõmiserat nõ alieno/ propter quod est ligatus excõicatione: vnde participãs isti in crimine: crimen auget/ ⁊ ꝑ cõsequens penã. Sed ratũ habendo simpliciter nõ augeret crimen ꝑ cõsiliũ/ auxiliũ/ vel fauorem: licet excõicationes multiplicet argu. ff. de vi ⁊ vi arma. l. prima. §. quotiens. C. de accusa. nõ ideo. ¶ Et dic ad argumentũ ratihabitio ⁊c. verũ est ꝙ ratihabitio retrotrahitur: vt ratum habens obligetur non * ex tunc quod delictum est perpetratum per facientem. Sed ex e nũc q̃d incipit ratum habere vere vel presumpte : vnde non sic est in obligatione conditionali: in qua est perinde conditione existente/ ac si ab initio esset pure cõtractum. ff. qui potio. in pigno. hab. l. potior. Et est ratio in obligatiõe * cõditionali: licet non sit debitum: est tamen species in debitum iri Insti. de verb. oblig. §. ex cõditionali. vnde nõ est mirũ si reducatur ad tẽpus quo obligatio facta est: cũ in cõtractib⁹ ipsiꝫ initiũ actus sit cõsyderandũ. ff. de verb. oblig. continuus. §. cũ quis. ¶ Sed vbi aliquis aliũ nomine meo verberat non sum aliquomodo obligatus tẽpore iniectionis: sed tempore quo ratum habeo/ tũc demũ obligari incipio. Et ideo ĩcipio ꝑ nũc f nõ ꝑ tũc g arg. ff. de nego. gest. si ego. ¶ Uñ qñ est in ꝑcedẽtib⁹ aliquale p̃sagiũ obligationis quoquo iure: dico ratihabitionẽ retro trahi/ vt video ĩ obligatiõe cõditionali: (vt est dictũ) seu in ꝓrogatiõe de re ad rẽ/ vt in. c. cũ olim/ ibi em̃ iã nata actio poterat ꝓrogari: sic loquit. C. ad maced. l. filius/ ⁊. C. de dõatio. inter vir. ⁊ vxo. donatiões/ vbi est expressus tex. Nã iure cõi inspecto tenebat quod fiebat: licet consideratione personarum contrahentium habita speciali ꝓuisione aliud sit inductum. ¶ Sicut video in iuramento prestito super alienatione dotis/ ꝙ inueniens ius commune in quo sistat: licet inspectis terminis cõtractus sit reprobus: valet quod agitur. s. de iureiur. cum contingat: secus est in presenti casu. In quo tempore iniectionis nullo iure vel modo ego post ratum habẽs sum ligatus. ¶ Et ob hoc lex loquẽs in delictis: * nunq̃ posuit verba de retro trahi/ sed posuit verba mãdato comparari: vt in. §. quotiens. in quo ratum habens post tempus delectionis nullo iure vel modo erat astrict⁹: vnde videtur ꝙ dicta verba male fuerunt posita: possunt tamen saluari vt dicatur ratihabitio retrotrahi vt ratihabitio sequuta a primo gestum nomine meo/ mandato comparetur vt hec duo copulata mandato equiparentur: non pro tunc/ sed ꝑ nunc: ⁊ ista copulata me non artãt vt. ij. respõ. ¶ Uel dic ratihabitionẽ retrotrahi/ vt ratificatio respiciens gestionẽ nomine meo factam precedere: hic respectus habitus de ratificatione ad gestionem precedentem operatur vt me ratificantem obliget/ scꝫ pro nunc/ non ꝑ tũc. ¶ Et per hoc respõdeo ad verbum incunctãter: vnde dic incũctanter post ratihabitionem veram vel presumptam. Et dic * incũctãter. i. sine mora. arg. ff. de admi. tuto. l. qui repertoriũ. §. j: vel indubitãter/ q² cũctari/ idẽ est ꝙ morari vel dubitare/ ⁊ vtroq₃ modo accipi potest. ix. distin. noli. s. de his que fiũt a maior. parte capi. c. j. Jo. Mo. Car.

Um rati. Regula * hec habꝫ etiã locum in casibus in quib⁹ requiritur speciale mãdatũ/ vt in tex. nostro comprobat Alexan. consi. cxlvj. col. j. in causa et lite. volu. v. ⁊ ibi vide que latissime tractat de ratihabitione/ etiam in matrimonio. Probus.

¶ Ratihabitionis. Ualet etiã * ꝑte absente. ꝓbat glo. vbi Bart. in. l. Pompo. la prima. in ver. pendeat. in fi. ff. de nego. gest. que glo. reputatur singul. secundum Lanfranc. in. c. qm̃ contra. de proba. ꝙ quando confessio dependet ex mera voluntate loquẽtis valet/ facta etiã parte absente: intentum firmat Alex. consi. cxxxvj. in fine viso instrumento. volu. vj. Probus.

¶ Non sum ligat⁹. Dic ꝙ * hoc in casu ⁊ aliis. in. c. cũ desideres notatis. per scrib. s. hoc titu. ⁊ in. c. quoniam multos. xj. q. iij. permissa est excommunicatorum participatio. alias regulariter non: quia eis cõmunicare non debemus: sed eos vitare: vt habetur. ij. Reg. c. xiij. eiice vniuersos. scilicet excõmunicatos a me. et ibidem eiice hanc a me foras/ ⁊ claude hostium post hanc. ¶ Et si fabulose loqui liceat sicut vulcanus facie turpis/ e celo in terram fuit proiectus. Ouid. lib. iiij. Metha. Sic excõmunicatus a celo in infernum deiicitur. ¶ Adde preterea casum notabilem in quo licet cum excõmunicato cõmunicare/ videlicet si quis iurauit soluere cuipiam ad diem/ ⁊ añ diei euentum creditor excommunicetur: eo non obstante debet soluere excõmunicato in termino debitum / licet is non possit agere. c. pia. s. de exceptio. hoc lib. ⁊ hoc vt euitetur periuriũ. Ista fuit sententia Innocen. ⁊ Abbat. antiqui. in. c. inter alia. s. hoc titu. ⁊ Innocen. in. c. veritatis. col. ij. s. de dolo ⁊ contu. dicens quod si aliter diceretur/ sequeretur ꝙ ecclesia machinaretur fraudes vel mendacium/ quod esset absurdum ⁊ ꝙ alius puniretur q̃ excommunicatus / quia incurreret periuriũ. ¶ Panor. tamẽ in. d. c. inter alia dicit ꝙ hoc in casu debet deponi pecunia in edem sacram: tamẽ idẽ Inno. in. c. fi. s. de hereti. sibi ꝯtrarius dicit posse dici nullũ debitũ ei solui posse. ¶ Hãc ꝯtrariã ꝑtẽ ꝙ nõ debeat solui cõprobare possum⁹/ ⁊ ꝙ ꝓpterea nõ incurrat piuriũ. Primo q² * ĩ iuramẽto semp excipit legitima causa. l. fi. ff. q̃ satisd. cog. sed hoc in casu suꝑuenit legitima cã iuris/ vcꝫ interdictio de nõ participãdo. ¶ Itẽ dꝫ intelligi si res ĩ eodẽ statu ꝑmãserit. c. queadmodũ. s. de iureiu. sꝫ excõicat⁹ se reddit talẽ/ vt licite sibi nõ possit soluere. ergo res in eo statu nõ ꝑseuerat / ⁊ in hoc residet Panor. in. d. c. Pitas. nũe. 39. dicens id ꝓcedere etiã si ꝑmissio fuerit facta durante excõicatione/ etiã cũ iuramẽto: q² illud fuit illicitũ si cogitauit se soluere illo tẽpore: q² obligat se ad peccatum/ scꝫ ad cõionem iure ꝓhibitã. Hinc dic succedere vulgatum * in malis ꝓmissis rescinde fidẽ/ ⁊ in turpi voto muta ꝓpositũ: impia em̃ est ꝓmissio q̃ scelere adimplet. 22. q. 4. In malis ꝓmissis / facit. c. j. de iureiu. s. hoc lib. ¶ Fatet tñ idẽ Panor. vbi. s. id nõ ꝓcedere qñ excõicat⁹ multũ indigeret: q² tunc cum possumus * ei dare eleemosynam causa humanitatis: multo fortius quod sibi debitum est soluere. ¶ Non procedit etiam quando dilatio et suspensio solutionis redundaret in damnum debitoris : q² hoc casu fit soluto cũ ipa excõicatio debeat soli excõicato nocere nõ tertio

z in sui odiũ subtrahitur cõio/z nõ tertij. Idẽ Panor.cõsi.lx.in prima pte/qđ exordiẽ/qm̃ satis habũde. Probus.

¶ Participare. Et sic * videẽ socius criminis/de quo vide p Alex.in cõsi.89.col.2.viso themate/ vol.3.vbi querit an cõfessio socij criminis sit sufficiẽs indiciũ ad torturã cõtra socios/z arguit ad partes cõcludẽs nõ sufficere hãc solã cõfessionem:qz nõ facit semiplenã ꝓbationẽ:que ad minus requiritur vt possit procedi ad torturã. ¶ Quod nõ faciat notũ est: qz vt * testis in ciuilibus faciat semiplenã ꝓbationẽ requiritur qꝫ iuratus deposuerit/z citata parte de cuius preiudicio tractatur.l.iurisiurãdi/z.l.si quãdo.C.de testib.z qđ sit omi exceptione maior Bar.in.l.admonẽdi/ver.venio ad tertiũ.ff.de iureiur.allegat no.per glo.in l.etiam matris/de proba.ff.z cap.fina.ẽ.de iureiuran.

¶ Sed socius criminis nõ est maior omni exceptione:quãdo agitur criminaliter/glo.in.l.si filiũ.C.de liber.causa.ꝓbatur in ca.primo de testib.hoc lib.vbi dixi. Et sic solũ facit presumptionẽ:seu speciem ꝓbationis/ quẽ appellamus indicatiuã/que dr esse minꝰ qꝫ semiplena ꝓbatio. Probus.

¶ Ex nũc. Uide que in simili de legitimatione dicit Sozi.cõ.ccxxvj.col.pe.qđ incipit qstio p̃sentis cõsulta. z istđ est cõtra regulã hãc qz ratihabitio * trahiẽ retro ad principiũ l.fina.C.ad macedo.l.licet.ff.de iudic. tñ etiã fallit qñ tempore ipsiꝰ principij nõ potuisset ipse actus explicari: sꝫ bñ potuisset explicari tpe ratihabitiõis:qz tũc ratihabitio bñ facit actũ valere ex tũc/sed nõ trahiẽ retro ad principium tpis/quo actus ille explicari nõ potuisset. Ita ꝓbatur in.l.obseruare.§.fi.ff.de offi.ꝓcõsul.p quẽ tex. istã doctrinã colligũt Iacob.Butriga.Bar.z Bal. Ibidẽ quos sequiẽ et refert Alex.cõsi.232.nu.6.põderatis his/vol.6. Probus.

¶ Pro tunc. Uide de clausula ex nũc prout ex tũc zc.per Alexan.cõsil.lxxxiij.col.iij.visa.volu.ij. Probus.

¶ Pro nũc. In simili põt poni exẽplũ/videlicet in cõtractibus reciprocis/qz vt * priusqꝫ in eis audiaẽ/z dicãtur nate actiones/oportet primo qꝫ volens agere/ ex pte sua impleat/z illud qđ oportet offerat cõtrahẽti secũ.l.iulianus §.offerri.ff.de actio.emp. Et hac de causa teneẽ ire ad domũ creditoris/z realiter offerre:vt sic sibi ex pte sua cõpetat actionis exercitiuꝫ/vel ipsa actio nascaẽ.l.j.C.de cõdi.inserti.no.Bar.in.l.Itẽ illa.ff.de cõsti.pecu.z si recusat recipere:tũc debet corã testibus obtestari/ z demũ adire iudicem/ z pecuniã deponere z cõsignare.l.acceptam. C.de vsur.z.l.qui.x.z.l.si soluturus. ff.de solutio.no.in.d.§.offerri.Et sic nõ sufficit dicere paratus sum soluere. Qz actus realis vel reali ꝓximꝰ nõ debet esse remotꝰ a re. Ideo talis vboꝝ ꝓlatio nõ hꝫ vim solutiõis vel oblatiõis/nisi res sit in cõspectu.l.si prius. ff.de distractio.pigno. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. xxiiij.

ALma mater ecclesia,plęrũqꝫ nõnulla rationabiliter ordinat,& consulte quæ suadente subiectorũ vtilitate postmodum consultius, ac rationabilius reuocat in meliusve cõmutat. ¶ Sane a nostris dudũ fuit prędecessoribus cõstitutũ, vt in terris seu locis ecclesiastico suppositis interdicto nulla (certis casibus & sacramentis exceptis)diuina celebrantur officia, vel ministrantur ecclesiastica sacramenta.

¶ Quia vero ex districtione huiusmodi statutorũ excrescit indeuotio populi. pullulant hęreses & infinita pericula animarũ insurgũt, ac ecclesijs sine culpa earũ debita obsequia subtrahũtur cũ fratribus nostris deliberatione habita super his diligenti cõcedimus, quod tẽpore interdicti ab hoie vel a iure prolati,nõ tantũmodo moriẽtes, sed etiam viuentes, tam sani etiã quã infirmi ad pœnitentiam (quę propter pronitatem & facilitatem hominum ad peccandũ summe necessaria est)licite admittãtur,dum tamen excommunicati non fuerint quos admitti (præterquã in mortis articulo)nolumus ad eandem. ¶ Illis etiam propter quorum culpam, dolum,vel fraudem lata est sententia interdicti,vel ad perpetrandum delictum(cuius occasione ipsum interdictum est latum)præbuerunt auxilium,consilium vel fauorẽ,nisi de ipso delicto(si sint tales quod id facere valeant) prius satisfecerint,vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem,aut si satisfacere nequeũt,vel huiusmodi cautionẽ præstare iurauerit,quod cũ poterunt satisfacient,& ad satisfactionem huiusmodi per eum vel per eos qui facere ipsam debent & possunt præstandam dabunt consilium & auxilium,ac iuxta posse suum fideliter laborabunt.non est pœnitentiæ beneficium aliquatenus cõcedendum.Nec tunc etiã quo ad istos vel alios,qui circa hoc minime deliquerũt(vbi ciuitas vel locus alius seu vniuersitas interdicti existunt)faciẽda est relaxatio interdicti,sed est eis solummodo iniũgenda pœnitẽtia salutaris.

¶ Adijcimus præterea quod singulis diebus in ecclesijs & monasterijs missæ celebrentur. Et alia dicantur diuina officia sicut prius. submissa tñ voce & ianuis clausis excõicatis ac ĩterdictis exclusis & campanis etiã nõ pulsatis,& tam canonici quã clerici ecclesiarũ,in quibꝰ distributiones quotidianę illis qui horis intersunt canonicis tribuũtur.Si ad officia nõ venerint supradicta distributiões easdẽ amittãt, sicut interdicto ꝑderẽt,nõ extãte si diuinis officijs nõ adessent.

¶ In festiuitatibus vero natalis domini paschę ac pentecostes,& assumptionis virginis gloriosæ cãpanæ pulsentur,& ianuis apertis alta voce diuina officia solenniter celebrẽtur excommunicatis prorsus exclusis,sed ĩterdictis admissis,quibus ob reuerentiam dictarum solennitatum , vt ipsi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præfatis diebus participationẽ permittimus diuinorum,sic tamen quod illi propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum altari nullatenus appropinquent.

¶ Cæteris quæ circa obseruationem interdictorum a nostris sunt prædecessoribus instituta in suo robore duraturis,non obstantibus quibusuis præuilegijs ecclesijs, monasterijs, ordinibus,

religionibus, ſeu perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus vel regularibus, exemptis, & non exemptis, ſub quauis forma vel expreſſione verborum ab apoſto.ſede conceſſis,quę contra tenorem pręſentis conſtitutionis nulli volumus ſuffragari, cũ quibuſlibet, tã ſecularibus quã regularib⁹ ſufficere debeat,vt tẽpore interdicti modo pręmiſſo diebus cęlebrent ſupradictis.

¶Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Natura humana quodãmodo labitur ad delicta.
Omnis etas ab adoleſcentia prona eſt ad malum.
Mortis articulus dicitur ſemper exceptus.
2 De eo in quo aliqui cõmiſerunt/ fructũ habere nõ debent.
3 Qui nõ intereſt officio:ſtipendium non recipit.
4 A qua hora dies inchoatur.
5 Dies dicitur vt hic.
6 Generale verbum/artatur propter regulam.
7 Celebrans in eccleſia interdicta a iure vel ab homine: irregularitatem incurrit.
8 Priuilegiũ cõceſſum religioſis:eſt datum collegio/ ꝛ non ſingulis.
9 Gratia generaliter facta minoratur ſecundum quod perſone quibus eſt facta gratia meruerunt minorem.
10 Gratia effuſa plus ꝛ minus affluet/ prout ſubiectum gratie plus ꝛ minus rei affluenti ſe aptabit.
11 Recipiens de diuinis munificentijs / vberius diuinis beneplacitis ſe coaptet.

¶Summarium Domini Philippi Probi.

1 Quãtũ plus creſcit puella/tãtũ plus in ea eſt impẽdẽdũ.
Sacrilegij genus eſt maius/ꝙto perſona paſſa maior eſt.
2 Omnis iuſtitia eſt equalitas.
3 Secũdũ ꝙtitatem cõtẽtus/ mẽſuramus ꝙtitatẽ reatus.
4 Quanto quis eſt maior/tanto debet eſſe virtuoſior.
5 Inſordeſcẽtes qua pena veniant puniendi/vide hic.
6 Perſeuerãtia quãdo faciat quem de crimine conuictum.
7 Clauſula vt criminoſus nõ poſſit beneficia reſignare/ hic deſcribitur.
8 Impetrantur beneficia que ſymoniaci et heretici obtinebant/priuſꝙ fiat ſententia declaratoria.
9 Inſordeſcenti literas apoſtolicas impetrãti/non opitulatur clauſula deſcribi ſolita in bullis apoſtolicis / teꝙ a quibuſuis excommunicationis ꝛc.
10 Dolus vel malicia iudicis/non obeſt partibus.
11 Dictio/per/continuationem denotat.
12 Annus poſſeſſionis debet eſſe cõtinuus/nõ ĩterpellatus.
13 Uxor excommunicati poteſt dotem repetere/ſi cum eo nõ vult cohabitare.
14 Quãto quis pſeuerat in peccato:tãto magis eſt puniẽd⁹.
Pluries delinquens in eadem muliere/ tenetur ex multiplici fornicatione.
15 Pena capitis pro adulterio imponitur.

ALma, Hec decre. habet.vij.partes. Primo pmittit proemiũ ad dicenda.Scdo.§.[Sane] cõcedit ſacramentũ penitentie tẽpore gñalis interdicti:tã ſanis ꝙ infirmis in ſubſidiũ humane fragilitatis exhiberi: excõicatis exceptiſ. Tertio ꝛ Quarto.§.[illis] ꝛ.§.[nec tũc] dictũ precedens artat. Quito.§.[adijcimus] dat modũ celebrãdi in eccleſijs ꝛ monaſterijs tpe gñalis interdicti.Sexto in.§.[in feſtiuitatibus] quib⁹ feſtiuitatib⁹ liceat celebrare:acſi nõ eſſet poſitũ interdictũ.Septimo.§.[ceteris] mandat omnia circa obſeruationẽ interdictoꝝ a ſuis pdeceſſorib⁹ inſtituta in ſuo robore pdurare/ quouis priuilegio nõ obſtante [cõmutat] lxiij.diſtinct.§.verũ.ſ.de decimis/ſuggeſtũ.ff.de vulga.ꝛ pupil.ſubſti.l.ex facto.§.j.ꝛ.ij.

[interdicto]generali de quo habetur.ĩ.titu.proximo.cuꝫ in partibus [exceptis]ſicut baptiſma paruulorum/ penitẽtie morientium/confirmationes puerorũ/conſecratio corpous Chriſti certis dieb⁹.ſ.de ſpõſa.nõ eſt.ſ.eo. reſpõ.§.j.ꝛ.c.permittimus.ꝛ.c.quoniam[homine].ſ. de ſponſa.non eſt[a iure].ſ.hoc lib.de vſur.c.j.ſ.hoc lib.de penis.c.vlti.in fine.[ſed etam viuentes]nouum ius[ad peccandũ]
1 humana natura * quodammodo labitur ad delicta.auten.de mona.§.ſi vero is.colla.prima.
¶Et omnis etas ab adoleſcentia prona eſt in malum.xij.q.j.omnis etas[mortis articulo]hic caſus ſemper debet eſſe exceptus ſ.eo.eos qui[concedendum] nam de eo * in
2 quo cõmiſerunt fructum habere nõ debent.ff.ſolu.matri.l.ſi ab hoſtibus.§.j.ꝛ.ſ.hoc lib.de heretic.vt cõmiſſi.in fine.ꝛ.c.decernit.[interdicti] quia propter iſtos non eſt interdictum poſitum:vnde eis ſufficere debet iniunctio penitentie ſalutaris vt ſubijcit[non adeſſent]nam * ſi modico nõ
3 poſſunt ſuſtinere:officio intereſſendo/dignuꝫ eſt ſtipendiũ non recipiant:quod datur propter officium.ſ. de appella.
4 c.paſtoralis[celebrentur]ſed quero a qua hora * dies inchoatur/ꝛ videtur ꝙ a veſpera in veſperam.ſ.de fer.c.primo.ꝛ ſecundo.
¶Dic contra quia infra dicitur prefatis diebus:ꝛ ſic verbuꝫ feſtiuitatibus precedẽs ad dies predictos refertur: ꝛ
5 dies dictus a dia * quod eſt clarum/mane ꝛ veſperum cõprehendit/iuxta illud/factũ eſt veſpere ꝛ mane dies vnus.ſ.de offi.delega.conſuluit.auten.de iudicib.§.ſedebũt.colla.vj. ¶Et dic ad argumentuꝫ contra/ quod illud habet locum regulariter/vt quando quis habet ordinem/ꝛ ordinis executionem:ſed hic habens ordinem non habet ordinis executionem:propter interdictum ꝛ laxando interdictum vt hic/non dicam laxatum niſi expreſſe ſublatũ ꝛ ge
6 nerale verbum * artabo:propter regulam que eſt contra.C.de appella.l.precipimus.in fine.ſ.hoc lib.de preben.is cui.ff.de reg.iur.l.j.ꝛ.ſ.de priuileg.vt priuilegia.§.illud.
¶Sed pone ꝙ monachus celebrat miſſam peculiarem in vna eccleſia interdicta:nunquid eſt irregularis: dic ꝙ ſic:
7 quia regula eſt ꝙ celebrans in eccleſia interdicta * a iure
a vel ab homine/irregularitatem incurrit [a] .ſ.hoc lib.de priuileg.epiſcoporum.ꝛ.c.cum inter.ſ.de conſuetud.Sed fallit in caſibus hoc.c.expreſſis ꝛ notatis.
¶Nec obſtat hoc.c.quod loquitur in miſſa conuentuali nõ peculiari:quod apparet per diſtributiones/que hic mandã
8 tur dari/vñ priuilegiũ * conceſſuꝫ religioſis eſt datum collegio non ſingulis:ſed illud ad epiſcopos eſt extenſum.ſ.de priuileg.nonnullis.ꝛ.d.titu.hoc lib.c.vlti.ꝛ.d.c.perpendimus/eſt ſpeciale in hoc caſu ibi expreſſo:ergo contrariuꝫ erit ius commune.ſ.de electio.licet/in fine.ꝛ.d.titu.hoc libro.c.ĩdẽnitatib⁹.in fine.ff.ad municipa.l.prima [excluſis] iſti non debent intereſſe diuinis.ſ.eo.c.is qui [admiſſis]. Sed contra.ſ.eo.§.proximo.hic eſt maior relaxatio ꝙ ibi vt ibi liquet ex tex.vtriuſꝙ.§. [appropinquent] Ex predi
9 ctis ergo nota ꝙ gratia * generaliter facta/minoratur ſecundum quod perſone quibus eſt facta gratia meruerunt minorem/ergo a contrario:gratia generaliter facta magis in perſonis dignioribus abundabit.
10 ¶Et eſt ratio premiſſorum/ gratia * effuſa plus ꝛ minus
b affluet:prout ſubiectum [b] gratie plus ꝛ minus rei affluenti ſe aptabit.arg.ff.de dona.filiuſfa.§.j.ff.de vſu ꝛ habita.l.plenum.§.j.ꝛ.§.equitij.ꝛ de lega.primo ſi ſeruus pluriuꝫ.in fine.ff.de iudic.l.ſed ꝛ ſi ſuſceperit.ꝛ.ff.de auro ꝛ arg.lega.l.titia.§.fina.no.xvj.q.j.c.poſſeſſiones.
11 ¶Plus igitur capiens * de diuinis munificẽtijs:vberius
c diuinis bñplacitis ſe coaptet [c] [ceteris] hoc.§. multa priuilegia ſunt caſſata. Jo.Mo.Card.

a INcurrit. Que ſi incurratur ex contemptu clauium:ſiue ſurgat/ eſt maxima ꝛ grauis que non tollitur quãtumcunꝙ irregularitas ſit occulta: ſed neceſſaria eſt diſpenſatio pape Freder.con.ccxx.col.ij. veritatis amica. Probus.
b ¶Subiectum. Pro quo glo. fina. in l.cum vnus.ff.de alimen.ꝛ ciba.lega.
1 ꝙ quantum plus * creſcit puella tãto plus eſt in ea impendendũ. vide Jo.Mo.ſ.in.c. felicis.de penis/ vbi dicit ꝙ ſacrilegij genus eſt maius ꝙto pſona paſſa maior eſt.l.ij.ꝛ.iiij.ff.de re milita.
¶Pro his facit etiã quod notat idẽ Jo.Mo.in.d.c.felicis.dum dicit ꝙ ſpecies diſtributiua iuſtitie ſit ſecundum di

2 gnitatem illorum quibus distribuitur: quia * omnis iustitia est equalitas.

¶ Itē mēsura ⁊ mensuratū debēt esse equalia sicut relatiua que posita se ponūt ⁊ perēpta se ꝑimūt/testat idem Jo. Mo. vbi. s. ad idem Jo. de Ana. c. sicut. col. j. de homici. dū
3 dicit ꝙ secundum quantitatem * contemptus mensuramꝰ quantitatē reatus: pro quo glo. magistra ꝼm Barba. in. c. sane. ij. s. ꝺ off. ꝺleg. in. c. cū q̇dā. i ꝓ. dignitate. s. ꝺ iureiur.
4 ¶ Quanto * em̄ quis est maior: tanto debet esse virtuosior. l. digna vox. C. de legibꝰ. Barba. in ꝓposito. con. j. col. vij. in primo volu. Uide hostien. in. c. ea que: col. ij. s. de statu regula.

¶ Et priusquā egrediar punctū rubri: habeo finaliter discutere vnū satis frequens. videlicet de insordescentibus. i. de his qui per annum ⁊ vltra ex-
5 communicationis sententiam sustinent ⁊ qua * pena veniāt puniēdi. breuiter dicito hos varia pena multari siue infligi. Primo habeo ꝙ talis insordescēs ratione cōtumacie sup crimine heretice prauitatis aut alio priuationem ipso iure inducēte: beneficijs cēsetur priuatus. arg. no. in. c. excõicamus. j. §. qui aūt in ver. ꝯdemnētur. s. de heretic. in antiq. glo. in. c. cum contumacia. ver. vehemētem: eo. hoc lib. vbi Fran. post alios allegat glo. in. c. rursus. xj. q. iij. in ver. rursus in fine que dicit illud. c. habere locum in criminali: quod etiam fatetur glo. in. c. contingit. in ver. nō potest. s. de dolo ⁊ contu. firmat Car. in. c. perpendimꝰ in repe. sub nu. xxvj. ver. quero incidēter. s. hoc titu. ⁊ latius in ꝓposito. in. d. c. rursus. col. ij. dum dicit distinguendū ꝙ aut causa pro qua excõicatur est digna priuatiōe bn̄ficij ipso iure ⁊ perseuerātia in excõmunicatione ꝑ annum erit priuatus ipso iure.

¶ Aut est digna priuatione ꝑ sentētiā ⁊ tunc per lapsum anni non erit priuatꝰ ipso facto: sed opus est sentētia.

¶ Aut illud delictum pro quo fuit excõicatus nō inducit priuationē ipso facto/nec dat facultatē priuādi: qꝛ paruū est respectu priuationis: ⁊ tūc nō erit priuatꝰ ꝑ lapsum anni: nec priuari debet: sed imponet pena arbitria ac si vere fuisset ꝯfessus: ex quo noua pena ꝓ isto delicto nō est in iure expressa alias si expressa est iniure: illa imponetur. arg. nota. ꝑ Jo. mo. in. c. cupientes. sub. nu. lxxiiij. ⁊ ibi dixi. s. de electio. facit glo. vulga. in. c. fi. s. de iure patro.

¶ Et attende ad Archidia. in. d. c. rursus/vbi dicit ꝙ ea q̄ diximus in excõmunicatione: habēt etiam locū in suspensione arg. c. cū bone. s. de eta. ⁊ qualita. intellige si ratione dicti criminis descēdat. Et subdit ibidem ipē Arch. quem sequitur Domi. ⁊ ante eos innoc. in. d. c. cū bone/quem etiā alij cōiter sequūtur ꝙ super beneficijs amplius nō audietur cum ipso iure fuerit priuatus. ꝓbat tex. in. d. c. rursus in fine: ⁊ in. d. c. cum bone ibi aliquatenꝰ retinere: ⁊ ibi spoliare: q̄ sunt verba priuationē denotātia: vt ibi ꝓbant scri-
6 ben. ¶ Et hec perseuerantia * operatur istud: qꝛ habetur ꝓ cōuicto. Car. vbi. s. post glo. ⁊ Doct. in. d. c. cum ꝯtumacia: ⁊ in. d. §. qui autem Panor. in. c. veritatis. nu. iiij. s. de dolo. tex. in auten. gazaros. l. de herecti. C.

¶ Si aūt excõicatio annalis resultaret ex crimine quod priuationē ipso iure non induceret: vt pote homicidiū ⁊ similia. tunc solum habetur pro conuicto ⁊ cōfesso: ⁊ veniret puniendꝰ per sententiam / prout si esset dūtaxat homicidium: vel aliud crimen/⁊ nō excõicatio annalis: vt nō plus operetur additū q̄ȝ id cui additur: quod firmat per. s. prio dicta vbi crimina ipso iure priuant ꝯ beneficijs: ergo ⁊ excōmunicatio q̄ ex ipsis descendit: ⁊ hoc ꝯprobat theorica iuris quam citat Jo. mo. in. c. dispendia. s. de rescrip. ⁊ in c. quanq̄ȝ. s. de electio. ⁊ ibi dixi/ꝙ eadem est ratio principalis ⁊ additamenti/⁊ ante hanc sententiam non poterūt beneficia impetrari: quominus posint resignare ⁊ illis cedere citat late do Bar. de chassa. con. 44. nu. xxij. allegat Feli. in. c. in nostra: col. iij. s. de rescrip. vide tn̄ que dixi in c. ad apłice in ver. depositiōi. s. de re iudica. nisi per papā
7 apponatur clausula ꝓhibitoria/que solet sic cōfici sub corpore supplicationis. Et cū decreto ⁊ declaratione ꝙ * si d. N. metu priuationis ductus postq̄ȝ citatꝰ fuerit parochialē ecclesiā ꝑdictam in alterius q̄ȝ dicti oratoris fauorem etiā in manibus vestris resignauerit: resignatio huiusmodi in fauorē oratoris facta sit ⁊ esse cēseatur: pro quo vide Domi. con. cv. ad supplicationem.

¶ Et attende qꝛ cuilibet petēti nō datur: ideo vanū est impetrare beneficia ꝑ priuationē vacatura nisi obtēta ipsa clausula que etiā nō suffragatur in gallia/qꝛ est reseruatio in corpore iuris non clausa: ideo in gallia nō sumit vires: Put diximus late in. c. presenti. s. de offi. ordi. quod nota.

¶ Quod licet etiam dicamus in crimine heresis sentētiā declaratoriam requiri. c. cū ꝼm leges. s. de hereti. hoc lib. late Feli. in. c. cū nō ab hoīe: col. iiij. s. de iudic. ⁊ in. c. Rodulphꝰ. ver. sȝ declaratoria. s. de rescrip. late tāgit Egid.
8 Bellamera cōclu. 689. ꝓxima cōclusio: attamē in hoc * casu vel in crimine simonie fit impetratio ante declarationem cum hec sententia talē nō dicat eum priuamꝰ sed priuatū ipso iure diximus. facit glo. in ver. iusto. in. c. cōmissa. s. de electio. hoc libro. Doc. in. d. c. cū ꝼm leges: no. Franc. in. c. eū qui. §. insuꝑ. nu. iiij. s. de ꝑbē. Car. in cle. ꝯstitutionem. de electio. tex. ⁊ ibi scribē. in. c. inter ceteras. s. de rescrip. ¶ Si aūt in excõicatione ꝑ annū ratione ꝯtumacie ꝓ causa ciuili incurse stet: nō est priuādꝰ. ꝓbat glo. in. d. c. ꝯtingit reputata sing. ꝑ roma. sing. cccv. de hoc heri fui interrogatus ad idē franc. in. d. c. cū ꝯtumacia. in fine de heretic. hoc lib. qui dicunt etiā si staret ꝑ mille annos: qꝛ nūq̄ȝ habetur ꝓ cōuicto in illa causa ciuili: ergo nō venit priuandus cū illud habeatur ꝓ ratione: vt. s. diximus ⁊ ista est communis.

¶ Cōtra tn̄ istud habes remediū in praxi. qꝛ elapso anno instāte epi ꝓmotore seu fiscali ꝓcuratore insordescens citabitur respōsurus suꝑ quibusdā articulis / fidei negociū tangentibus: ⁊ istud est in specie: ⁊ exꝑsse poni debet in citatione: glo. in. d. c. cū ꝯtumacia ꝙ si nō ꝯpareat sed ꝑ aliū annum adhuc virtute excõicationis huiusce scꝺe contumacie ꝓcedente insorduerit: tunc priuādus est ipso iure vt diximus in primo casu de heretico/qꝛ talis est suspectꝰ de heresi: ⁊ male sentit de fide/ac sacramētis ecclesie/⁊ illius potestate non satisfaciendo eiꝰ ꝑceptis. c. omnis. s. de penitē. ⁊ remiss. ita sentit decisio capel. thol. ccclxv. ⁊ ibi aufre. item in anno domini mille. cccxcvj. Feli. in. c. apostolice. s. de exceptio. ita debet intelligi dictum Cepol. cautela. lxxx. in fine.

¶ Et per hec ⁊ alia q̄ latiꝰ ꝓ intēto deduci possent habeo
9 ꝙ * insordescenti literas apostolicas impetrāti/hoc nō expresso clausula teq̄ȝ a quibusuis excõis suspensionis ⁊ interdicti alijsq̄ȝ ecclesiasticis sententijs censuris ⁊ penis a iure vel ab homine quauis occasione vel cā latis: si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectū presentium dūtaxat cōsequendū harꝫ serie absoluentes ⁊ absolutū fore cēsentes: in aliquo nō suffragat: qꝺ declarauit Inno. viij. in suis regulis qꝺ latius firmat Benedict. in. c. Raynutiꝰ. in ver. mortuo: el primo. nu. ccxc. s. de testa. ratio videt vrgens/qꝛ talis videt peccare sub spe venie ⁊ sic grauiꝰ peccat ideo grauiꝰ puniendꝰ tanq̄ȝ cōmittēs in legem.

¶ Pro quo vide que in simili tradit do. in con. cvj. in col. ij. super dicto dubio.

¶ Ex ꝑmissis etiā habeo requiri ad effectū premissoꝝ / ꝙ hmōi excõis sententia animo indurato ⁊ ꝑtinaci substineatur ꝓbat tex. in. d. c. cum ꝯtumacia ibi ꝑtinaci ꝙ licet ex verbis nō appareret/tn̄ ex mēte principis ⁊ iurium id resultat/a qua sumunt quilibet iuris actus effectum ⁊ ab intentione dixi in. c. j. s. de cōcessio. ꝑbē. maxime excõis snīa/vt etiā late deduci in. c. si. in. iij. quesito. s. de ꝯst. ideo idē dicēdū de ipsa insordescētia ꝑ ea que. s. dixim ꝰ ꝺ additamēto.

¶ Ex quo infero post Fran. in. d. c. cum cōtumacia. ꝙ si intra annum instaret excommunicatus pro habenda absolutione/non haberent locum huiusmodi pene priuationis et aliorum ex insordescentia descendentium.

10 ¶ Hic est * ꝙ si dolo vel malitia iudicis aut partis aduerse tergiuersātis nō potuit suam habere absolutionē intra annum: ei non imputabitur ad penam per ea que not. per scriben. in. c. pastoralis. s. de appell. vide que dixi in. c. pia. in ver. dic ꝙ sic. s. de exceptio.

¶ Etiam infero ⁊ secundo post eundem Franc. ꝙ annus iste debet esse cōtinuatus non ex diuersis ⁊ interpollatis diebus ⁊ mensibus cumulatus: probatur istud ponderan-
11 do dictionē * per/que continuationem denotat omnimodam. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de ver. oblig. l. iiij. ibi permāserint. ff. de conditio. insti. vbi Bal. dicit ꝙ dictio hec per/iuncta tempori tempus continuum esse significat: ita in ꝓposito dicit glo. reg. cancella. xxxiij. col. iij.

¶ Facit in simili quod in iure nostro citatur plerisq̄ȝ in lo-
12 cis a scriben. ꝙ si quis * ingressus religionem stetit per sex menses/a qua postea est ingressus: ⁊ tractu temporis iterum ingreditur in qua remanet per alios sex menses: ꝓpterea non censebitur fecisse professionem tacitam / prout in. c. primo. s. de reg. hoc lib. quia illa duo semestria (vt annum integrum datum nouitijs ad probationem religionis faciant) non coniunguntur. no. Jason in repe. l. admonēdi. numero. cclxvj. ff. de iureiur. idem Jason. post alios. in. l. si

idem.in prin.ff.de iuriſd.omni.iudic.Lapus allegat.xlvij factũ ita ſe habuit.vbi diſcutit de hac dictione/per/dixi in c.conſtitutionẽ.§.de regula.in ver.annum.

¶ Poſtremo ꝓ themate poſſum⁹ adducere q̃ citat Alex. 13 con.xxvj.col.j.viſo ⁊ diligenter:vol.vj.ꝙ * ſi excõicatus in excõicatione ⁊ contumacia ꝑſeuerat/eius vxor nolens ſecũ cohabitare:poteſt dotem repetere/mouetur per. l.j. C.de repud.⁊ ſic q: tunc ſi mulier cũ viro non habitat ꝓcedit a culpa mariti/ideo mulier poteſt dotem repetere de quo meminit idem Alex.con.lxxviij.nu.4. viſo ⁊ diligenter:vol.v.vbi dicit iſtud fore dictũ Ioã. and.in additio.ad ſpecul.titu.de donatio.inter vir.§.fina.Probus.

c ¶ Se coaptet. Adde in ſimili ꝑ contrariũ id quod dici ſolet 14 ꝙ q̃to * plus quis ꝑſeuerat in peccato / tãto magis eſt puniendus qđ probo per ea que ſingulariter dicit glo. in.c.inuitare.vj.q.j.quam ibi inſequũtur Guillel. Andega.theſaurarius.Archi.Domi.⁊ Prepo. ꝙ pluries delinquens cũ eadem muliere tenetur ex multiplici fornicatione:verũ dicas in foro penitẽtie/ ſecus in foro iudiciali cũ 15 pena huius fori non ſit reiterabilis:q: pena * capitis ꝓ adulterio imponit.l.q̃uis.C.de adult.ita dicit Bar. poſt glo.in.l.vulgaris.ff.de furt.Probus.

¶ De verborum ſignificatione. Rubrica.

Ractatu in ſuperioribus de iuribus ante preſentem compilationem extrauagantib⁹ ⁊ de nouo editis expleto.§.hoc lib. in ꝓhemio/q: tamẽ circa iura huiuſmodi quandoq; dubia in verborũ ſignificatiõe emergũt: ideo poſt p̄dicta de verborum ſignificatione annectit.

¶ Et quia iure condito/⁊ ipſo interpretato in verborũ ſignificatione:ex hoc iuris regule eliciũtur.ff.de reg.iur.l.j.ideo poſt hunc titulũ ponitur rub.de regu.iur.⁊ iſte ordo hic ⁊ in antiqua compilatione ⁊.ff.ſeruatur/cetera dic vt Azo. Hoſtien.⁊ Gofre.in ſummis.Io.Mo.Cardi.

¶ Innocentius Quartus. Cap.j.

Eniens & infra. Per illa verba priuilegij,in ſpeciales & proprios eccleſię romanę filios vos recipim⁹ dictos fratres exemptos non intelligi, &ipſos ex illo in proprios eiuſdem eccleſiæ filios fuiſſe receptos quod ab alio quam a Romano Pon.vel legato ab eius latere deſtinato interdici vel excommunicari a quoquam non valeant declaramus. ¶ Illum locum deſertum in pręmiſſis intellligimus qui nõ habitat⁹penitus neque cultus fuerit,vel vltra memoriam hominum ſecũdum indulgentiam Lucij eſt ſub ſarracenorum poteſtate detentus,cenſentes eccleſias in talib⁹ deſertis locis a fratribus ipſis cõſtructas,ſeu etiã conſtruendas in eo plena libertate gaudere, vt ſecundum indulgentiam Lucij nihil ab ipſis legis dioceſanę nomine valeat per epiſcopos exigi,quæ(ſecundum priuilegium Alexan.) non poſſunt interdicto ſeu excommunicationi ſupponi,quas in locis huiuſmodi dicti fratres habeant poteſtatem (petita a ſede apoſto. licentia) conſtruendi,eaſque cum ſuis plebibus per ſuos clericos idoneos gubernent, quę ratione plebiũ examinandi epiſcopis præſententur, vt ab eis curam recipiant animarum cum plebes epiſcopis ſint ſubiectę. ¶ Cęterum dicti fratres decimas de laboribus & noualibus ſuis quos proprijs manibus aut ſumptibus excolunt aut alijs bonis ſibi a deo pręſtitis, conuentibus clericorum ordinis ſui (a quibus quarta vel tertia nullatenus exigatur) cum integritate perſoluant, ſalua moderatione cõcilij generalis.In alijs eorum poſſeſſionibus iure communi ſeu quolibet alio eccleſijs parrochialib⁹ & dioceſano epiſcopo reſeruato. ¶ Per declarationem autem huiuſmodi nolumus defenſionibus alijs ſeu iuribus partium derogari.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 In habentibus ſimbolum vel conuentionem / facilior eſt tranſitus.
2 Papa eſt ſupra ius.
3 Actuũ ſuper vno actu non obeſt in alijs cauſis vel ſpeciebus.
4 Leges frequenti iudiciorum vſu ⁊ longa conſuetudine ꝓbantur:ſicut per diſſuetudinem iura abierunt.
5 Subditus non poteſt contra epiſcopum propriam libertatem preſcribere:bene tamen libertatem alterius/⁊ etiã proprij epiſcopi.
6 Quando vtraq; pars probat intentionem ſuam/iudex habet facere vt hic.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Benignior opinio eſt ſequenda.
2 Priuilegium dicitur lex priuata/⁊ non communis.
3 Reſcriptum dicitur vt hic.
4 In dubio conceſſio facta a principe/intelligitur ſine preiudicio tertij.
5 Verba potius debent impropriari / q̃ ꝙ tertio preiudiciũ inferatur/etiam ſi agatur de iure ad rem.
6 Sine cauſa quis iure ſuo non debet priuari.
7 Priuilegiati ſub diſpoſitione que gñaliter loquitur includuntur.
8 In minus differentibus eſt facilior tranſitus de vno ad aliud.
9 Iura ciuilia ſecundũ leges/⁊ iura canonica ſecundũ canones debẽt interpretari.
Verbum ſacrilegium/ſecundũ que iura debeat interpretari/vide hic.
Statutum poti⁹ recipit declarationem ab alio ſtatuto/ q̃ a iure communi.
10 Monachi preponuntur parochialibus/vt hic.
11 Principes obligantur ex ſuo contractu ſicut priuati.
12 Poſſeſſio probatur vt hic dicitur.
13 Ex poſſeſſione de preſenti/preſumitur in preteritũ.
14 Apparere debet de iure vendentis / etiam quo ad acquiſitionem poſſeſſionis.
15 Quando ius eſt vſitatũ non excuſat/ſecus ſi ſit inuſitatũ.
16 Lex debet conuenire loco ⁊ conſuetudini patrie.
17 Lex debet ſcribi ſecundum idioma populi cui dirigitur.
18 Lex ⁊ conſtitutio ſemper habent quandam implicitã conditionem.
19 Lex vt liget debet recipi ⁊ approbari vt hic.
20 Statutum ante receptionem/nullas vires habet.

21 Quis non potest esse subditus/⁊ non subditus.
Eadem res/prout,eadē ratio:iure diuerso nō debet cēseri
22 A cōmuni opinione aliquādo receditur.
23 Doctores sepe imitantur aues.

VEniens,⁊.ij.Questio vertebatur inter epm Tiberiaden.ex pte vna: ⁊ fratres domus militie ⁊ hospitalis scti Joannis hierosolimitani ex parte altera: super diuersis articulis inter cetera fratres ostēderūt duo priuilegia/ vnū Alex.⁊ aliud Lucij:⁊ primū interpretat.j.R.⁊ ſm hoc hec decreta.habet quatuor partes. Primo ponit factū. Secundo decidit religiosos ptendentes non esse exemptos ex iuribus priuilegij exhibiti: declarādo quid clausula dicti priuilegij allegati opet ibi [per illa] ⁊ in.§.[⁊ ipsos] Tertio diffinit ipsos religiosos certa capitula seu articulos exemptionis habere/ vt in.§. [illum] ⁊ in.§.[censentes] ⁊.§.[ceter] Quarto decidit in alijs p epo ⁊ ecclesijs parrochialibꝰ sup alijs defensionibus ⁊ iuribꝰ partiū cōseruādis ptestādo in.§.in alijs[priuilegij] Alex.nobis ostēsi/⁊ ad defensionem fratrū exhibiti: ⁊ que erāt hec verba sequitur [in speciales] ⁊c. vsq3 ibi [vos recipimus] sed nos papa vos fratres per que dicebant se exemptos esse [declaramus] quod est j.[dictos fratres] sc3 domus militie templi / ⁊ sancti Joannis hierosolimitani[nō intelligi].s̄.hoc lib. de priuile. si papa.§.similiter[ex illo].i.ratione illa sine consideratione:vel quasi dicat hoc est vtilitas ⁊ mens verbo[qd ab alio ⁊c.[latere destinato] quis sit iste ⁊ quibus priuilegijs p ceteris gaudeat no.s̄.hoc lib.de off.leg.c.officij.[nō valeāt].s̄.hoc lib.de priui.c.volētes.§.in eos [hoim] hec clausula determinare potest clausulam precedētē ⁊ sequētem:quasi dicat si esset memoria ꝙ locus cultus fuisset:q̄uis semp fuerit in potestate sarracenorum/non habet locum ꝙ hic dicitur.

¶ Itē si nunq3 cultus fuerit/tamē est memoria ꝙ semper christiani tenuerūt:similiter nō habet locū. Ergo necesse est ꝙ non possit probari nunq3 cultus / vel sub potestate xpianorū fuerit ad hoc locum habet istud priuilegiū:quia hec sunt connexa.s̄.de appella.inquisitioni.potest etiā determinare sequentem clausulam tantum:quasi dicat nō extat memoria ꝙ fuerit sub potestate christiano/ q̄uis cultus fuerit a sarracenis / vltima expositio benignior [a] est respectu priuilegij.s̄.de priuileg.in his.Sed prima iustior:cum per hoc priuilegiū preiudiciū,[b] fiat[cōstruendas] petita tamen licentia a sede apostolica: vt.j.ver.quas in locis[plena] que ad legē diocesanam vt sequit[;diocesane] nō iurisditionis:q2 due sunt leges:vt no.s̄.de offi.ordi. c. dilectus[exigi] ⁊ hoc est primum quod operat priuilegiū hoc[que] sc3 ecclesie[secundū] ⁊c.quo ad loca ⁊ ciues inibi habitātes[interdicto]quo ad loca vel psonas[excōicari]quo ad psonas tm̄:vt no.s̄. hoc lib de sentē.excōi . c .j. §.⁊ hec eadē[supponi] ⁊ hoc est ſm/quod opatur priuilegiū [quas] scil3 ecclesias[potestatem] ⁊ hoc est tertium quod operatur priuilegium:alias cōtra de ɔsecra . distic. j.nemo.⁊ in auten.vt nullus fabri.ora.do.col.v.[petita] q̄ non negabit sicut.s̄.hoc lib.de cēsi.romana.§.ꝙ si forsan ⁊.§.ꝙ si vero [p suos clericos] ⁊ hoc est quartū qd operat priuilegiū/alias ɔtra.s̄.de insti.ad decorē.⁊ de stat. regu. qd dei timorē[idoneos]alias nō debēt recipi : sed poterunt ecclesie(cū exempte nō sint)p epos de alijs clericis idoneis ordinari.s̄.de supp. negl. pla.c.ij.[epis] sc3 diocesanis[ab eis].s.epis:sic.s̄.de priuileg.cū⁊plantare.§.in ecclesijs.s̄.de pben.c.de monachis[plebes] que nō exēpte pbantur/etiā si ecclesie essent exempte [excolūt] de his non tenent dare decimas/ideo videntur in hoc grauari.s̄. de deci.ex parte prima sed statim releuant in alio iuxta regulam.s̄.de parroch.c.j.⁊.ff.de iureiur.l.eū qui in prin.[⁊ alijs bonis] vndecunq3 pueniant: dummodo sint licite acquisita.s̄.de deci.ex transmissa[psoluant] sed in quo sunt [c] isti fratres in hoc priuilegiati [c] si debitum epi vel ecclesie parrochiali(de iure cōmuni.s̄.de deci.qm̄ ⁊.c.dudum,⁊ c.cum in tua.s̄.de p̄scrip.de quarta.s̄.de offi.ordi.c.ɔquerenti)soluāt alij:dico ꝙ imo:q2 saltē epo nō soluūt/vel ecclesie parrochiali:⁊ quia minus est soluere ɔuentibꝰ sui ordinis q2 * in habētibꝰ simbolū vel ɔueniētiā facilior [d] est trāsitus.arg.s̄.de testa.c.requisisti.§.secus aūt est.

¶ Sunt etiā priuilegiati in eo/ꝙ quartā vel tertiā iure sic debitam vi dictis iuribus:etiam dictis conuentibus:non exsoluunt[generalis] . supra de deci.nuper [possessionibus].s. post concilium acquisitis / ⁊ quas ab alijs colendas recipiunt/⁊ sic eorum sunt quo ad fructus : vel quas alijs tradūt colēdas. Nam ⁊ de talibus ecclesijs parrochialibus decime sunt p̄stande.s̄.de deci.dilecti:⁊.c. licet ⁊.ff.de excu.tuto.l.fina[vel alijs] de quibus magni redditus pueniunt/q̄uis noualia sint:ita quod ecclijs parrochialibus(nisi decimas perciperent)graue p̄iudiciū generaret.s̄.eo.qd per nouale[vel alijs] sc3 quas parrochiani possidēt que ⁊ ipso sunt quo ad maius dominium[iure cōmuni] vt.s̄.no.[ecclesijs] parrochialibꝰ [e] [⁊ diocesano] epo sic.s̄.de testa.c.fi.⁊.c.officij [defensionibus].i.p̄scriptione seu exceptionibus[iuribus].s.cōibus vel specialibꝰ puta priuilegijs vel ɔsuetudinibꝰ.s̄.de exces.prela.accidētibus.s̄.hoc lib.de priuileg.c.volētes/in fine.

¶ Sed videt ꝙ hec stare nō possint/siue agatur de defensionibus seu iuribꝰ post sententiam acq̄sitis q̄ non ledunt per iudicatum.supra de exceptio.capit . aduersario. ff. de exceptio.rei iudica.l.⁊ an eadem.§.cum partem ⁊.l.si rem meā:⁊.l.sequē.quod concedo nec etiā hoc stare videt de defensionibus ⁊ iuribꝰ cōpetētibꝰ tp̄e iudicati omissis.C. de transactio.sub p̄textu.j.C de re iudica.sub specie.C.senten.rescindi nō posse.l.ij.in fine.s̄.de re iudi . inter monasterium:⁊ cap.seq.

¶ Sol.iura ⁊ defensiones predicta:iure priuato inspecto/ sunt sublata vt in ɔtrarijs secus iure publico inspecto/et ex causa protestationis hic defensiones ⁊ iura omissa ɔseruantis:arg.ff.de re iudica.impuberes .⁊ dico hic solā ptestationē esse iuris omissi conseruatiuā. Nā papa * qui est 2 supra [f] ius.s̄.de concessio.p̄bē.proposuit sentētie quā tradit seu dat partibꝰ:legē quā vult imponit.arg.ff. de solu. l.j.j.R.⁊.C. eo.titu.l.j.

¶ Uel dic ꝙ hec protestatio nō est hic iuris cōseruatiua sed declaratiua/⁊ hos effectus ⁊ alios habet protestatio: vt.j.titu.primo.in generali.

3 ¶ Unde distinguo:refert * aut est actum sup certo caplo vt hic ⁊ tunc nō obest in alijs causis vel speciebꝰ argu.C. de transac.l.si de certa:⁊ no.s̄.de transactio.c.j.bene tamē obest in alijs probationibus;vt iure cōi videātur excluse vt.d.decreta.inter monasteriū ⁊ alijs iuribus allegatis

¶ Si vero agatur in genere personali actione / vel reali: tunc absolutio obest in omnibꝰ tā causis q̄3 probationibus quia ius suum quodcunq3 ⁊ vndecunq3 videtur in iudicium deduxisse .ff.de exceptio .rei iudica.l.⁊ an eadem.§. attamen in rē.C.de anna.exceptio.l.fi.s̄.hoc lib. de re iudica.abbate. ¶ Sed quero quid incūbit episcopo ⁊ religiosis in hoc casu probare. Solu.eps videre debet diligēter [g] [h] si ius cōmune(quod est pro eo possessione s vsu h vel con- 4 suetudine)iuuetur. Nā * leges firmātur iudiciorū vsu et longa consuetudine probantur/sicut per dissuetudinē iura abierunt.C.de veteri iure enucle.l.j.§.sed si que leges. iiij.distin.§.leges.⁊.§.et si legibꝰ;debet etiam circūspecte videre si priuilegiū inductum abrogat ius cōmune:vel derogat eidem/⁊ hec differunt.ff.eo.tit.derogatur.⁊ hoc capitulo distinguitur. Nā priuilegiū hic productū ius ɔmune prorsus non tollit:sed eidem derogat/certos articulos exemptionis declarans. ¶ Uideat etiam si priuilegium sit prescriptum.s̄.de priui.c.si de terra.⁊.c.accedentibus. Et si pars religiosorum vult se iuuare priuilegio/ sicut titulo dante causam prescribendi/sicut requiritur quando cōsuetudine impugnatur ius cōmune.s̄.hoc lib.de prescrip.c.j. Et religiosus vult excedere metas priuilegij. In excessu rite repellitur. ¶ Uerbi gratia/religiosus allegat priuilegium de libera sepultura:in qua poni semper cōsueuit salua canonica legitima illarum ecclesiarum a quibus corpora assumuntur: vt.s̄.de sepult.c.certificari.si iste se velit iuuare contra canonicam legitimā prescriptione vel consuetudine:quia malam fidem habet in quod excedit/nō p̄scribit.j.de prescrip.veniens.j.tit.proxi.c.ij. ¶ Uideat etiam si priuilegium expresse nō tollit ius commune/⁊ si in alijs possit saluari/et si graue preiudicium affert:q2 tūc nō tollit.arg.C.de appella.l.precipimus.in fi.s̄.de priuileg. pastoralis.⁊.c.in his.⁊.s̄.de decimis.c.suggestum . ¶ Pars etiam religiosorum videat diligenter priuilegiū / etiam si iuuetur consuetudine que quandoq3 interpretatur priuilegium.s̄.de consuetu.c.cum dilectus. Et si priuilegium iuuetur [i] consuetudine firmante priuilegium: vt nota.s̄.de prescrip.veniens.quia tunc prescribitur contra ius ɔmune.s̄.de rescrip.auditis. Nā * licet subditus contra ipsam propriam libertatem prescribere non possit: [k] potest tamē prescribere libertatem alterius/⁊ etiā proprij episcopi: vt 5 d.c.auditis.⁊.c.non liceat.⁊ de quarta. ¶ Sed * quid si vtraq3 pars videatur probasse de intentione sua:dic iudi-

cē ɔsiderare q̄ pars rationes efficaciores adducit/ ⁊ cui⁹ partis testes dicūt ea q̄bus potius lux veritatis assistit 1 vt. s̄. de re iudic. suborta: ⁊. s̄. de testib. in nostra inst. de cō tra. empt. ⁊ vend. §. diuerse. ix. distin. ego. sunt ⁊ alia cōside rāda q̄ habentur. ff. de testi. l. iij. p̄sertim. §. eiusdem. Joan. Mona. Cardi.

1 a Benignior. io sequēda. l. sēp. ff. de reg. iur. Jas. i cō. cvj. col. ij. ꝓponit: vol. iiij. idē i cō. viij col. iiij. volu. iij. ꝓ ista infante. ⁊ con. lxxx. col. penul. com munitas: vol. iij. Probus.

b ¶ Preiudiciū fiat. Istud est quasi de natura priuilegij cū 2 * priuilegiū dicat lex priuata ⁊ nō cōis. c. priuilegia. iij. distin. ⁊ sic priuilegiū dicitur qn̄ aliquid scribit contra ius 3 cōmune per principem. ¶ Rescriptū * vero ꝓprie dicitur qn̄ scribitur ad obseruationē iuris vt qn̄ ɔmittit ꝙ fiat ius l. falso: vbi Bal. C. de diuer. rescrip. Bar. in. l. fi. ff. de cōstit. princi. ¶ Et ideo qn̄ in rescripto ɔceditur aliquid qđ sit cō tra ius cōe mutat nomē rescripti. glo. in ver. noscat. in. c. j. de ɔstitu. hoc lib. ¶ Pro intēto Jo. mo. hic facit theorica 4 trita in iure ꝙ ɔcessio facta * a principe/ in dubio semp in telligit absq; p̄iudicio tertij. c. sup eo. vbi panor. ⁊ alij. s̄. de offi. delega. l. ij. §. merito ⁊. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico: ⁊. c. ex tuarum. s̄. de autoritate ⁊ vsu pallij. c. q̄uis de rescrip. hoc lib. no. Bal. in. l. j. col. j. ff. de constitu. 5 princi. ¶ Ex quo infert ꝙ verba * poti⁹ debēt impropriari q̄ ꝙ tertio p̄iudiciū inferatur. Bal. ⁊. Car. in. d. c. sup eo ꝑ illū tex. etiā si agatur de iure ad rē: nō videt per superiorē iuri tertij derogari. Panor. in. c. in nostra: in. iij. not. s̄. de rescrip. Do. in. c. si motu ꝓprio. s̄. de p̄bē. ⁊ in. c. q̄ sit. de electio. hoc lib. qđ firmat in con. cxix. col. fi. ver. ex p̄missis remanet qđ exorditur sup primo q̄sito. Bal. in. l. si ɔstante C. de dona. ante nup. facit tex. in. l. ij. in fi. ff. de nata. resti.

6 ¶ Pro p̄missis videtur vrgere qđ iure citat/ q̄ * sine causa nō debet q̄s iure suo priuari. c. satis ꝑuersum. lvj. distin. ⁊. c. iniūctū. xvj. q. vlti. facit tex. in. l. sancim⁹. C. de penis: et in. c. q̄siuit. s̄. de his que fiunt a maio. parte capi. Probus.

c 7 ¶ Priuilegiati. Qui * sub dispositione que generaliter loquit includūtur. l. in fraudē. §. fi. in. fi. ff. de testa. milita. ⁊ ibi Bal. Deci. con. cccj. nu. v. in causa q̄ ferrarie. Probus.

d ¶ Facilior est. Jo. and. in. c. ei cui: col. ij. s̄. de p̄ben. hoc lib. 8 ait ꝙ * in minus differentib⁹ est facilior trāsitus de vno ad aliud. Do. ibi: col. j. vide Deci. cō. clj. ꝓpe finē/ maximi ponderis est/ vbi ꝓ hoc allegat. §. item per acceptilationē insti. quib. mod. tolli. obliga. l. in rem. §. quecūq;. ff. de rei vē dica. ⁊. c. cum ab apostolica. s̄. de his q̄ fiunt a prela. idem citat ip̄e Deci. con. clviij. circa mediū qđ incipit ⁊ pro tenui facultate mea ac tp̄is angustia. Petr. de Ancha. con. ccccxxij. in fi. viso pūcto/ allegat. l. sed cū patrono. ff. de cō tratab. ⁊. l. an inutilis. ff. de accep.

¶ Istud dictum Jo. mo. (qđ est) philosophi. Deci. vbi. s̄. 9 Prime inducit ad hoc ꝙ * iura ciuilia ꝓm leges/ ⁊ iura canonica/ ꝓm canōes debēt iterp̄tari: bn̄ facit ꝙ no. Bal. in. l. si nondū. C. de furt. circa finē ver. sed dubitatur. vbi dicit ꝙ si statutū facit mentionē de sacrilegio intelligit de sacrilegio/ ꝓut accipitur de iure ciuili/ q̄ statuta ciuitatis sunt de iure ciuili: sed si esset ɔstitutio ep̄i intelligeret ꝓm ius canonicum: hinc Bal. in. c. cum venissent: nu. ij. supra de eo qui. mit. in posse. dicit ꝙ si rex anglie facit mētionem de iure: intelligitur de suo iure regio.

¶ In ꝓposito vide eundē Deciū con. cccj. nu. x. in causa q̄ ferrarie/ vbi dicit ꝙ poti⁹ statutū recipit declarationē ab alio statuto q̄ a iure cōi. q̄ in habentibus symbolū ⁊c. qđ firmat: con. ccclxxij. sub nu. ix. visis ⁊ diligēter/ pro hoc allegat. l. filiab⁹ in princi. de lega. prio. l. verū. ff. de petit. hered. ⁊ Signo. de homedeis in consi. xxvj. colū. ij. quod inducit ad ɔprobationē/ an donatio facta ecclesie ꝑ cōstantinū imperatorē sit valida/ qđ examinat ibi perpulchre: vt videre licet. Probus.

e 10 ¶ Parrochialib⁹. Ad quas * monachi soli preponi nō debent de iure cōi sed cū dispēsatione episcopi/ ⁊ cum licētia abbatis: suadente necessitate vel vtilitate: no. Alex. con. cj. col. penul. circa primū vol. vj. Probus.

f ¶ Supra ius. ꝙ licet papa ⁊ alius princeps nō recogno 11 scens supiorē sit supra ius: tn̄ * suis pactis obligant/ iuribus vulgatis: hinc Bal. in. c. j. de natu. feud. dicit ꝙ licet deus subegerit imperatori leges/ ⁊ pape canones: nō tn̄ sibi subegit obligationes ⁊ ɔtract⁹ vnde obligatur princeps instar priuati: ⁊ arguit ibi contra celestinum qui de mane vni conferebat gratiam ⁊ de sero auferebat/ ⁊ alteri cōferebat: vnde cardinales licet scirent ꝙ renunciaret per fatuitatem papatui: tamē q̄ erat vnum pecus libenter acceptauerunt refutationem ⁊ creuerunt Boni. viij. cōpilarem hui⁹ libri qui ꝓm emulos ⁊ maliuolos ac detractores depingitur vulpis in introitu/ leo in accubitu/ ⁊ canis in occasu suo. dixi supra in prohe. in verb. vocatus est bonifacius. Probus.

12 g ¶ Possessione. Que probat * probatis tēpoꝝ extremitatibus/ nec est necesse probare mediū Bar. in. l. celsus. ff. de vsucap. Canoni. in. c. causam. s̄. de proba. qđ refert ⁊ sequitur Maria. Sozi. con. lxxxix. col. pen. in causa agitata/ vbi 13 subdit in proposito ꝙ * ex possessione de presenti: presumitur in preteritum si cū de possessione de presenti concurrit aliqua legitima ratio vel presumptio/ per quā possumus arguere ꝙ etiam in preteritū possederim ⁊ tunc presumor possedisse/ etiam in preteritum: ita no. Saly. in. l. ex persona. C. de proba.

¶ Et dic ꝙ hec possessio nō debet fundari super titulo de quo nō ɔstat/ ꝑ ea que no. Alex. con. cviij. col. j. viso proces 14 su: vol. vj. vbi dicit ꝙ * nisi appareat de iure vēdentis/ titulus acquisitus nihil iuris tribuit/ etiā quo ad acquisitionē possessionis ⁊ cause prescribēdi propter incertitudinē Bar. ⁊ alij. in. l. si sic. §. j. in fine de lega. j. per. l. legaui. ff. de liber. lega. ⁊. l. iij. §. incertū. ff. de acquir. posses. probatur in l. quod si in vēditione. cū. l. seq. ff. de heredi. vel actio. vendita vbi Bal. Probus.

h 15 ¶ Usu. Dic ꝙ qn̄ * ius est vsitatum nō excusat regulariter: secus si sit inusitatū. Guil. de mōte lauduno in. c. ignorātia. j. de reg. iur. qđ ibi extēdit procedere etiā qn̄ ius est obfuscatū ⁊ obnubilatum proper diuersas opiniones vt in materia. l. gallus. ista est doctrina Jo. mo. ibi cuius verba tacet ipse Guiller.

16 ¶ Preterea dic in proposito/ ꝙ non est verissimile principem subditos velle ligare/ ex quo sua lex eorum moribus ⁊ vsu nō approbat: ratio potest reddi q̄ * lex cōuenire debet loco/ ⁊ patrie consuetudini: glo. in. c. si quis virorum. xxx. distin. vbi dicit ꝙ transmōtani nō cogūtur vti affibulatis vestibus/ vt Itali: non obstante noua constitutione de vita ⁊ hone. cleri. c. vt clerici. q̄ lex debet conuenire 17 consuetudini. c. erit. 4. distin. ¶ Hinc est ꝙ lex * alicui dirigenda populo/ scribi debet secundum idioma illius populi: vt ibi clare intelligi possit: ⁊ intellecta acceptari aut respui. Roma. in. l. j. §. fin. ff. de verb. oblig. facit. l. sed si pupillus. §. de quo palam: ibi puto fieri secundum loci conditionem. ff. de insti. actio. de hoc vide que latissime dicit Fely. 18 in rub. de consti. nu. vij. ⁊. viij. ¶ Pro intento dic * legem siue vnam quāq; constitutionem habere quādam tacitam ⁊ implicitam conditionem: videlicet si moribus subditorū conueniat: ⁊ per eos recipiatur/ aut eorum vsu tacite acceptetur ⁊ approbetur: ratione cuius lex noua priusq̄ ligat publicatur: tūc a subditis recipiatur vel repellatur. in auten. vt not. fact. constitu. colla. v. doct. in. c. fina. s̄. de constitu. ¶ Hinc Aureli. Augu. in lib. de vera religione. leges 19 inquit: instituuntur * cum promulgantur: firmantur cum moribus vtētium approbātur: tex. in. l. de quibus. ibi nam ip̄e leges nulla alia ex causa nos tenēt q̄ ꝙ iudicio populi recepte sunt: ⁊ in. l. j. ff. de legib. vbi ad esse legis/ scilicet vt vim firmam habeat requiritur reipublice. i. populi subditi cōmunis sponsio ⁊ approbatio/ vnde principes astuti eam ob rem cum leges condere volunt: vt populi consensum habeant de singulis regni partibus proceres a populo exquirunt ⁊ conuocant: quorum consilio leges faciunt ⁊ promulgant/ facit tex. in. §. senatusconsultum. ibi: equū visum est senatum vice populi consuli. instit. de iure natu. gēti. ⁊ ciuili. ¶ Pro premissis habeo quod legit de Licurgo Lacedemoniorum principe sapientissimo: qui leges subditos donec recepte fuerint non ligare discrete cognoscēs cū leges aliquas iustissimas editas Lacedemonijs tradidisset: eosq; difficiles ad acceptādas eas obseruandasq; cognouisset/ finxit se deū Apollinem super earum iustitia aut iniustitia consulturum/ dūmodo vsq; ad eius redditū subditi eas seruare iurarent prout fecerunt: quo facto vt leges illas faceret eternas ad Apollinem profectus exulare/ in patriamq; suam ac regnum nūquam redire maluit ⁊ ne eo mortuo ossa sua in patriam ad violationem iustissimarum legum quasi ipse redijsset reportarētur: illa in mari proijci iussit: ⁊ sic non redeundo subditos leges perpe

tuo seruare ligauit qui alias ligati nõ fuissent/nec eas acceptassent: sed eas forte repulissent.

¶ Facit & vlterius q2 lex etiã a subditis recepta de ꝯsuetudine & vsu contrario abrogari põt: tex. in prohe. insti. et in. §. ex non scripto ver. ea vero. inst. de iure natur. multo fortius pñt non recipi & respui ab initio/& ea de causa licet ecclesia orientalis canones de ꝯtinentia clericoꝝ nõ receperit: tñ ꝓpter hoc nõ incidit in heresim. testãtur Domi. & Prepo. in. c. de libellis: in fine. xx. dist.

¶ In proposito habemus regulã ꝙ illud qđ lege cauetur si nõ est ꝯsuetudine receptũ & omittatur/non vitiat. glo. in l. rem nõ nouã. vbi Jason. post alios. C. de iudic. & in. d. l. de quibus: col. viij. ff. de legib. vltra que habeo: glo. ij. in fi. in c. j. de treuga & pace: quã scribentes ibi maxime Antho. Card. & Jo. de imola reputant singularẽ ad hoc propositum/ꝙ * statutum anteq̃ sit receptum in obseruantiã vel moribus approbatum/nullas vires haber.

¶ Hic Bal. in. c. fi. nu. xix. s̃. de ꝯsuet. dicit ꝙ iura cõia q̃ de ꝯsuetudine nõ seruãtur pro nullis habẽtur. no. in. l. ij. C. de iure do. impe. iuxta illud/l. cauetur: sed ꝯsuetudine nõ habet: vide Alex. in. l. cum ꝓlatis ad finẽ. ff. de re iudi. Prob⁹

¶ Juuetur. Uide Maria. Sozi. cõ. xxxviij. col. iiij. ver. preterea pro decisione. Probus.

¶ Non possit. Uex est prescriptionẽ subditi nõ procedere per subditum remanentẽ subditum: q2 alias resultaret quedã implicatio ꝯtradictiõis: scz ꝙ * esset subditus/et nõ subditus/ꝯtra. l. iudicate. ff. de exceptio. rei iudi. facit. l. eum q̃ edes. ff. de vsucap. itẽ eadẽ res nõ debet diuerso iure censeri prout dicimus in eadẽ oratione Roma. consi. fi. nu. xij. ¶ Intentum ꝯprobo rationibus: proprietatis dñs nõ potest rei fructuarie (etiã vsufructuario ꝯsẽtiẽte) seruitutẽ imponere verũ est vsufructu illeso manente q2 per hoc perit. l. sed & si quid. §. vlti. ff. de vsufru.

¶ Item ꝑtorie stipulationi nihil põt addijci vex est ea manẽte ꝑtoria: q2 per adiectionẽ fit ꝯuẽtionalis. l. in ꝯuentionalib⁹. ff. de ver. obliga. ꝓ hec et alia intẽtũ firmat Oldra. consi. clxxij. nu. v. q2 omnes fere obiect⁹. Probus.

¶ Assistit. Uide Jo. mo. in. c. j. s̃. de ꝯstitu. et ibi late dixi qb⁹ adde ꝙ a cõi etiam * opinione receditur/qñ mulieribus rationibus ꝯuincitur. Jo. and. Panor. et post eos et alios Deci. in. c. j. s̃. de ꝯstitu. qđ firmat idem Deci. consil. clxxvj. sub nu. v. viso themate/et consi. cccclvj. nu. ix. con sului alias/ꝓbat tex. in. l. j. §. sed neq̃ ex multitudine. C. de vete. iure enuc. et. c. appellamus. s̃. de fer. Ratio: dicit idẽ Dec. con. cccclj. in fi. in casu de quo Perusij: q2 * sepenumero ꝯtingit ꝙ doctores nostri imitãtur aues/que qñ vna volat alie sequuntur. et con. ccccxciiij. in fi. qđ supra/et consilio. ccccxcix. nu. xij. in causa q̃ Parpiniani. Probus.

¶ Nicolaus Quartus. Cap. ij.

Constitutionem felicis recordationis gregorij pape prædecessoris nostri editã in cõcilio lugdunẽsi vt si forte inter cętera quæ obijciuntur electo aut postulato seu alias ꝓmouendo ad aliquam dignitatem euidentem scientię vel aliũ personę defectum opponi cõtingat de illo primitus cognoscatur, & si opponentẽ inuentũ fuerit destitui veritate ac causę illius prosecutione totaliter sit exclusus & alias puniatur ac si in obiectorum probatione omnium defecisset in illo qui manifestum, defectum in visu, auditu & alijs corporis sensibus, necnon & in memoria & etiam intellectu opponit electo locũ habere ac quo ad intentionẽ constitutionis ipsius manifestum & euidens idem supponere declaramus. ¶ Cęterum canonicos cuiusuis ecclesiæ qui statutum fecerunt solenniter & iuramento firmauerunt quod ecclesiam suam & se ipsos contra omnes impetrantes canonicatum ipsius ecclesiæ defenderẽt vsque ad ius vel sententiam quãtum possent ad iudicium domini papę vel specialis mandati eiusdem, & quod cõmunibus expensis ac cum procuratorio sigillo capituli sigillato eadẽ defensio fieret, & quod quandiu aliquis de canonicis eiusdem ecclesię defensionem huiusmodi & oppositionem vellet prædicto modo subire, alij canonici nõ possent nec deberent recipere in canonicum/nec habere pro canonico in capitulo vel extra capitulum impetrantem, conspiratores & coniuratores contra sanctam romanam ecclesiam ac libertatem, obedientiam, & autoritatem ipsius decernimus, & eosdẽ tanquam conspiratores ac coniuratores secundum sanctiones canonicas puniendos. ¶ Statutũ quoque ipsũ (quod capitulo prelibato & singulis eius ꝑsonis libertatẽ obediẽtiã eidẽ ecclesię Romanę debitã exhibendi saltem vsque ad sententiã & põtificũ Romanorum iudicium seu speciale mãdatum liquido interdicit promptum futurorum grauaminum & expensarum discrimen ingerens cõtra legitimas sanctiones laudabile votum execrantium lites vetat, iniustam litem mouere cõpellit, iniquę controuersię seu liti cedendo, bonam fidem seu conscientiam agnoscere prohibet & adigit ad peccandum) conspirationem & coniurationem continere contra libertatem & autoritatem sedis aposto. manifeste ac alias detestabile prorsusque illicitum reputamus.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1. Manifestum idem est ꝙ clarum/apertum/seu certũ.
2. Euidens dicitur valde videns/vel extra.
3. Certum dicitur dupliciter/vt hic.
4. Paria sunt quod aliquid sit certum/vel leuiter possit fieri certum.

Constitutionem. hec decre. habet tria dicta. Primo quo ad casum decr. si forte manifestum & euidẽs idẽ supponere declaratur. Secundo in. §. [ceterũ] statutarij statuti ibidem expressi discernuntur tanq̃ conspiratores & coniuratores puniendi. Tertio. §. [statutum] dictum statutum ex multis capitibus detestabile ac illicitũ reputatur [Lugdunen.] s̃. hoc lib. de elec. si forte [fecisset] hucusq̃ sunt verba declarationis presentis constitutionis/ꝙ habetur idem manifestum

1 ꝛ euidens: ꝛ hoc liquet ex vi nominis / vel manifestum * idem est quod clarum apertum / seu certũ. s. de peniten. ꝛ remissio. c. j. ꝛ hoc ꝓbatur ex eius ꝯtrario: arg. s. de coha. cler. ꝛ mulier. vestra.

2 ¶ Item * euidẽs valde videns / vel extra ꝛ hoc est clarum seu apertum de accusatio. c. euidentia. ff. de edili. edicto queritur. §. si nominatim.

¶ Sed quomõ potest dici defectus scientie euidens vel manifestus. 3 ¶ Solu. certum * dicitur dupliciter / aut q̄ ex se apparet: quod / quale / quantum / aut nomine proprio: aut aliã demonstratione. ff. si cer. peta. certum.

¶ Dicitur etiam certum esse promissum dum petitur vnũ quod in horreo est / quod ex apertiõe horrei potest fieri certum: vt. ff. de ver. obliga. vbi autem non apparet. §. sed qui vnam. Sic si compellatur homo loqui scietur q̄d est in horreo cordis reconditum.

4 ¶ Sunt * ergo paria quod aliquid sit certũ: vel leuiter certum. arg. ff. de dã. infecto dãni. §. Sabini. C. de adulter. ꝙuis fieri possit [puniendos] quoꝝ pena habet. xj. q. j. cõiurationum. cũ trib⁹. c. sequẽtib⁹ / ꝛ. iij. q. iiij. conspiratores [sanctiones]. C. de fruct. ꝛ liti. expẽ. l. nõ ignoret. ff. de peti. hered. illud. ff. de lega. ij. l. qui solidũ. §. etiã. ꝛ. ff. de aliena. iud. mutan. cã facta. l. j. j. ꝶ. ꝛ quasi ꝑ totũ [lites]. ff. de aliena. iud. muta. cã fac. l. item si res. in fine [ꝓhibet] quod reprobat. ff. de admi. tuto. l. quotiens. §. sicut [ad peccãdũ] ob hoc nõ valet. ff. de pact. dota. obuenire. Io. Mo. Car.

¶ Nicolaus Quartus. Cap. iij.

EXijt qui seminat seminare semen suum. De sinu patris in mundum veste. s. humanitatis indutus dei fili⁹ Iesus christus verbum euãgelicũ saturus in singulos probos & reprobos insipiẽtes & ignaros, studiosos & desides, & iuxta prophetam colonus futurus, in terra semen suum doctrinam euangelicam sine delectu dispersit in omnes qui omnia tracturus ad se omnes saluare venerat, qui tandem seipsum deo patri pro salute omnium in redemptionis humanę prætium immolauit. Licet autem hoc semẽ in singulos communicatiua dei charitate dispersum alius ceciderit secus viam, super corda scilicet dęmonum suggestionibus peruia, aliud supra petram, corda scilicet nullo fidei vomere penetrata, aliud inter spinas, corda scilicet hominũ diuitiarum sollicitudinibus lacerata. Et ideo vnum prauis effectibus conculcatum, aliud aridum, quia gratię carebat humore, reliquum vero legitur inordinatis sollicitudinibus suffocatum. Aliud tamen mite cor & docile terra bona suscepit, hoc est minorum fratrum mitis & docilis in paupertate ac humilitate per almum christi confessorem Franciscũ radicata religio qui ex illo vero semine germinãs germẽ illud per regulam sparsit in filios, quos sibi & deo ꝑ suum ministerium in obseruatione euãgelij generauit. Isti sunt filij qui docente Iacobo verbum ęternum dei filium insitum humanę naturę in orto virginalis vteri potens saluare animas in mansuetudine susceperũt. Hi sunt illi⁹ sctẽ regulę professores quę euangelico fundatur eloquio, vitę christi roboratur exemplo, fundatoris militantis ecclesię apostolorũ eius sermonibus actibusque firmatur.

¶ Hęc est apud deum & patrem munda & immaculata religio, quę descendens a patre luminum per eius filium exemplariter & verbaliter apostolis tradita, & deinde per spiritũ sanctum beato francisco & eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testimoniũ trinitatis. Hęc est cui (attestante paulo apostolo) nemo decętero debet esse molestus quam christus stigmatibus sup passionis confirmauit, volens institutionem ipsius passionis sug signis notabiliter insigniri.

¶ Sed nec si contra fratres ipsos minores & regulam, hostis antiqui cessauit astutia, quin potius contra eos nitens supseminare zizaniã interdum ęmulatores agitatos inuidia, iracundia & indiscreta inscitia concitauit mordentes fratres & eorum regulã quasi illicitam, inobseruabilem, & discriminosam caninis latratibus lacerantes, non attendentes hanc sanctam regulam (vt prædicitur) præceptis ac monitis salutarib⁹ institutam, apostolicis obseruationibus roboratam, per plures Romanos põtifices approbatã, & etiam per sed. aposto. confirmatam tot diuinis testimonijs cõmunitã, quæ credibilia facta sunt nimis in tot sanctis viris in obseruãtia huius regulæ agẽtibus & finientib⁹ dies suos, quorum nõnullos sanctorum cathalogo sedes eadem ex eorum vita & miraculis fecit asscribi.

¶ Ac nouissime quasi diebus istis per pię memoriæ, Gregorium papam nonum prędecessorem nostrum approbatã esse, & ex euidenti vtilitate quam de ipsa consequitur vniuersalis ecclesia in generali Lugdunensi concilio declaratur. Nec nos minus attendimus imo profundius cogitamus sicut pensare debent subtili⁹ cęteri catholicę fidei professores, quia ipse deus ordinem prædictũ & eius obseruatores inspiciens, sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari subsidio præseruauit, quod nec ipsos fluctus tempestuosus allisit, nec animos in ordine ipso de gentium cõstrauit, quin potius in vigore regulari concrescant & amplientur in suorũ obseruantiam mandatorum. ¶ Veruntamen vt ordo prædictus (quibuslibet præcisis anfractibus) distincta & pura vigeat claritate. & sicut fratres eiusdẽ ordinis nuper in generali capitulo congregati prouiderãt dilectis filijs ge-

nerali,& nõnullis alijs prouincialibus eiuſdem ordinis miniſtris,qui in capitulo ipſo conuenerant in noſtra pręſentia conſtitutis,cum ad plenam obſeruationem regulæ eiuſdem in vigore ſpiritus eorum feruere noſcatur intentio. Viſum eſt nobis (vt mordacibus huiuſmodi mordendi vias pręcluderemus) aliqua quæ in ipſa regula videri poterant dubia declarare,nõ nulla per prædeceſſores noſtros etiam declarata pleniori claritate differere, in aliquibus etiam regulam ipſam contingentibus puritati eorundem conſcientiæ prouidere. Nos autem qui a teneris annis ad ordinem ipſum affectus noſtros ereximus in illis ſuccedendo, cum aliquibus eiuſdem confeſſoris ſocijs, quibus eius vita & conuerſatio nota erat, ſuper ipſa regula, & ſancta ipſius beati Franciſci intentione frequenti collatione tractauimus. Et tandem cardinalis, ac poſtmodum eiuſdem ordinis per prædictam ſedem gubernator, & protector, & corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus in apoſtolatus officio, tam de pia intentione confeſſoris prædicti, quam de his quæ regulam ipſam & eius obſeruantiam contingunt, ex pręđictis longa etiam experientia informati, noſtros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea quæ per eoſdem pręđeceſſores approbata, & declarata eſſe noſcuntur, quã etiam ipſam regulam & eam contingentia, maturitate plena diſcuſſimus. Nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, declarauimus certius approbauimus, approbata confirmauimus, ędidimus, & conceſſimus, plura etiam ordinando ârioſius & clarius, quæ infra ſcriptis articulis plenius exprimuntur.

¶In primis quia (ſicut intelleximus) ab aliquibus hęſitatur, an fratres eiuſdem ordinis, tam ad concilia, quam ad præcepta euangelij teneantur, tum quia in regulæ prædictæ principio habetur, regula & vita minorum fratrum hæc eſt,ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruar, viuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate, tum ex eo quod in eadem regula continetur ſic. Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & regulam obſeruare, tum etiam quia in fine ipſius regulæ continentur hæc verba, paupertatem & humilitatem, ac ſanctum euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus obſeruemus.

¶Licet Fe.re.Gregori⁹ papa nonus pđeceſſor noſter.hunc articulum & nonnullos alios eiuſdem regulæ declarauerit, quia tamen eius declaratio propter aliquorum inſurgentium in fratres,& regulã inordinatos vel mordaces inſultus & multorũ poſtea emergẽtiũ caſuũ cõſiderãdos euẽtus in aliquibus obſcura, in aliquibus ſemiplena,& in multis etiã cõtẽtis in ipſa regula iſufficiẽs videt̃. ¶Nos obſcuritatẽ ac inſufficientiã huiuſmodi pręfatę interp̃tationis declaratione amouere volentes, & cuiuſlibet ambiguitatis ſcrupulum in eiſdem de ſingulorũ mẽtibus plenioris expoſitionis certitudine amputare, dicimus quod cum in principio regulę nõ abſolute, ſed cum quadam modificatione ſeu ſpecificatione ponatur regula, & vita minorũ fratrum hæc eſt, ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare viuẽdo in obediẽtia ſine proprio,& in caſtitate,quę tria eadem regula multum arcte proſequitur,& nihilominus alia nonnulla ſubnectit, præcipiẽdo, prohibendo, conſulendo, monendo, hortãdo, & ſub alijs verbis ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum de intẽtione regulæ liquere valet apertius,vt illud quod in profeſſione quaſi abſolute ſubnecti videtur, promittentes vitam illam ſemper, & regulam obſeruare, & quod in fine ſubiungitur, & ſanctũ Euangelium domini noſtr i Ieſu Chriſti quod firmiter promiſimus obſeruemus, totũ ad ipſi⁹ regulæ modificatum vel determinatũ ſeu ſpecificatum principiũ reducatur, videlicet ad obſeruãtiam Euangelij (vt prædicitur)per ipſam regulam in illis tribus modificatam vel determinatam ſeu ſpecificatam.Cum non ſit veriſimile ipſum ſanctum verbum ab ipſo ſemel cũ quadam modificatione vel determinatiõe ſeu ſpecificatione prolatũ, licet quaſi ſuccinctorie repetitũ voluiſſe in ſui repetitiõe data ſibi per eũ modificatiõe,ſeu ſpecificatiõe ſine certa cauſa carere.Et vtriuſque iuris argumenta nos docẽt ea quæ in principio ad mediũ & ad finẽ,illa vero quæ in medio ad finẽ atque principiũ, & ea quæ in fine ad vtrũque vel eorum alterũ ſępe referri. Et dato quod abſolute diceretur omnino promitto ſanctum Euangelium obſeruare non profeſſor huiuſmodi intenderet ſe ad omnem conciliorum obſeruantiam obligare, quod vix aut nunquam poſſet ad literam obſeruare, propter quod talis promiſſio illaqueare profitentis animum videretur. Clare videtur promiſſionem huiuſmodi ad alium intellectũ

absque intentione promittentis non debere perstringi, nisi vt obseruantia euangelij sic sicut tradita reperitur a Christo; videlicet quod præcepta vt præcepta, & concilia, vt concilia a promittentibus obseruentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse, idem beatus Franciscus in serie sui processus in regula patenter ostendit cum aliqua euangelica concilia indicat, vt concilia sub verbis monitionis, exhortationis, & consilij, nonnulla vero sub prohibitione, ac verbo præcepti, per quod patet quod non fuit loquentis intentio quod fratres ex professione huiusmodi regulę ad omnia consilia sicut ad pręcepta euangelica tenerentur, sed solum ad illa consilia quæ in eadem regula pręceptoriæ vel inhibitorię, seu sub verbis equipollentibus sunt expressa.

¶ Vnde nos ad fratrum eiusdem ordinis conscientias plenariæ serenādas declaramus quod ex professione eiusdem regulæ fratres ipsi ad ea tantum euangelica obseruanda consilia sunt astricti, quæ in ipsa regula pręceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis ęquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla vero alia per euangelium data concilia eo magis secundum exigentiam sui status tenentur plusquam cæteri christiani quo per statum perfectionis, quem per professionem huiusmodi assumpserunt se obtulerunt domino holocaustum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem quæ in ipsa regula continentur, tam præcepta quam concilia, quam cætera ex voto professionis huiusmodi non aliter tenentur, quam eo modo quo in regula ipsa traduntur, vt scilicet teneantur ad eorum obseruantiam, quę in eadem regula ipsis sub verbis obligatorijs indicuntur. Cęterorum vero obseruantiam quæ sub verbis monitorijs, & exhortatorijs, informatorijs, & instructorijs, seu quibuscunque alijs continentur, eatenus magis cō decet de bono & ęquo eos prosequi, quo imitatores tanti patris effecti Christi semitas elegerunt. ¶ Porro cum ipsa regula expresse contineat quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sitque declaratum per eundem prędecesso. no. Greg. ix. & nonnullos alios hoc seruare debere, tam in speciali quam etiam in communi, quam sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata damnauerit astutia, ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus laceretur. dicimus quod abdicatio ꝓprietatis huiusmodi omnium rerum non tam in speciali quam etiam in communi propter deum meritoria est & sancta, quam & Christus viam perfectionis ostendens verbo docuit, & exemplo firmauit, quāque primi fundatores militantis ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere per doctrinæ ac vitę exempla in eos deriuarunt. ¶ Nec his quisquam putet obsistere quod interdum dicitur Christū loculos habuisse, nam sic Iesus Christus cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit quod interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorū infirmas semitas non damnaret, sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis, sic & in nonnullis alijs infirma humanę carnis assumens (prout euangelica testatur historia) non tantum carne, sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit quod in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in proprijs permansit excelsus. Sic & summę charitatis dignatione ad actus quosdam nostræ imperfectioni cōformes inducitur quod a summę perfectionis rectitudine non curuatur. Egit nanque Christus & docuit opera perfectionis, Egit etiam infirma sicut interdum, & in fuga patet & loculis, sed vtrunque perfecte perfectus existens, vt perfectis & imperfectis se viā salutis ostenderet, qui vtrosque saluare venerat qui tandem mori voluit pro vtrisque.

¶ Nec quicquam ex his insurgat erroneum, quod taliter propter deum proprietatem omnium abdicantes tanquam homicidę sui vel tentatores dei viuendi discrimini se committant, sic enim seipsos committant diuinæ prouidentiæ in viuendo vt viam non contēnant prouisionis humanæ, quin vel de his quæ offeruntur liberaliter, vel de his quæ mendicantur humiliter, vel de his quę conquęruntur per laboriciū sustententur, qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expresse.

¶ Profecto si (iuxta promissum saluatoris) nūquam deficiet fides ecclesię, per consequēs nec opera misericordię subtrahentur, ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentię cuiuslibet videtur esse sublata. Et quidē vbi (quod non est aliquatenus pręsumendum) hęc cuncta deficerent, sicut nec cęteris, sic nec ipsis fratribus iure poli in extremę necessitatis articulo ad prouidendum sustentationi naturę via om-

nibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur, cum ab omni lege extrema necessitas sit exempta, nec talem abdicationem proprietatis omnimode renunciationem vsus rerum cuiquam videatur inducere, nam cum in rebus temporalibus sit considerare præcipuum, proprietatem, possessionem, vsumfructum, ius vtendi, & simplicem facti vsum, & vltimo tanquam necessario egeat, licet primis carere possit vita mortalium, nulla prorsus potest esse professio quæ a se vsum necessariç sustentationis excludat, verum condecens fuit ei professioni, quæ sponte deuouit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium, & rerum sibi cõcessarum necessario vsu fore contentam. Nec per hoc quod proprietatem vsus & rei cuiusque dominium a se abdicasse videtur simplici vsui omnis rei renunciasse conuincitur, qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum in vtendo præbet vtentibus nihil iuris, quinimmo necessariarum rerum, tam ad vitæ sustentationem, quam ad officiorum sui status executionem (excepto quod de pecunia infra subiungitur) moderatus vsus, sed secundum eorum regulam & veritatem omnimodam concessus est fratribus, quibus rebus fratres licite vti possent durante concedentis licentia, & iuxta id quod in pręsenti serie continetur.

¶ Nec his obuiare dignoscitur quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humane constituit, videlicet non posse vsum vel vsumfructum a dominio perpetuo separari, quod ne dominium dominis (semper abscedente vsu) redderetur inutile temporalem vtilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit. Retentio nanque dominij talium rerum cum concessione vsus facta pauperibus non est infructuosa domino cum sit meritoria ad æterna & professioni pauperum opportuna, quæ tanto sibi censetur vtilior, quanto commutat temporalia pro æternis.

¶ Profecto non fuit confessoris Christi regulam instituentis intentio, quinimmo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium viuendo seruauit, cum & ipse temporalibus ad necessitatem vsus fuerit, & in pluribus locis in regula vsum talem licere fratribus manifestet.

¶ Dicit nanque in regula quod clerici faciant diuinum officium ex quo habere poterunt breuiaria, ex hoc patenter insinuans quod fratres sui habituri essent vsum breuiarij, & librorum qui sunt ad diuinum officium opportuni.

¶ In alio quoque capitulo dicitur quod ministri & custodes pro necessitatibus infirmorum & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales solicitam curam gerant secundum loca & tẽpora & frigidas regiones, sicut eorum necessitati viderint expedire.

¶ Alibi etiam exhortans fratres per cõgruum laboris exercitium ad otium euitandum, dicit quod de mercede laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant.

¶ In alio quoque capitulo continetur quod fratres vadant pro eleemosynis cõfidenter.

¶ Habetur etiam in eadem regula quod in prędicatione quam fratres faciunt sint examinata & casta eorum eloquia, ad vtilitatem & ædificationem populi annunciando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam. Sed constans est quod hæc præsupponunt scientiam, & scientia requirit studium, exercitium vero studij conuenienter haberi non potest sine vsu librorum.

¶ Ex quibus omnibus satis claret ex regula ad victum, vestitum, diuinum cultum, & sapientiale studium, necessarium rerum vsum fratribus esse concessum. Patet itaque sane intelligentibus ex prædictis regulam quo ad abdicationem huiusmodi non solum obseruabilem possibilem & licitam, sed meritoriam & perfectam, & eo magis meritoriam quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus ꝓpter deum (sicut prædicitur) elongantur.

¶ Ad hæc cum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere vel eorum ordini possint etiam in communi, & cum aliquid propter deum ipsis offertur, cõceditur, vel donatur, ea (si secus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter credatur intentio, vt rem huiusmodi oblatam, concessam vel donatam perfecte concedat, donec auferat a se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter deum, nec sit persona in quam loco dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat quã sedes præfata vel persona Roma. pontifi. Christi vicarij, qui pater est omnium & fratrum minorum nihilominus specialis. Ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium cum patri filius suo modo, seruus domino, & monachus monasterio res sibi oblatas, concessas vel donatas acquirãt omnium vtesilium & librorum ac eorum mobilium pręsentium & futurorum, quę & quorum vsum fructum scilicet ordinibus vel fra-

tribus ipsis, licet habere proprietatem & dominium (quod & fe.re. Innocen.papa.iiij. prędecess.no.fecisse dignoscitur) in nos & Roma. ecclesiam plene & libere pertinere hac pręsenti constitutione in perpetuũ valitura sancimus.

¶ Pręterea loca empta de eleemosinis diuersis, & oblata seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum (licet fratres sibi cauere debeant quod huiusmodi verbis statui suo incompetentibus non vtantur) a diuersis, seu pro indiuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus in quibus ipsi possidentes pro indiuiso, seu certas partes habentes nihil sibi in oblatione, seu concessione huiusmodi reseruauerint, similiter & in ius & dominium, ac proprietatem nostram & ecclesię prædictæ eadem autoritate suscipimus. Loca vero seu domos pro habitatione fratrum a singulari persona vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda, seu etiam offerenda (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perseuerante tantum voluntate cõcedentis inhabitent.

¶ Ac illa libere pręter ecclesiam & oratoria ad ecclesiam destinata, & cœmiteriũ quę tam ad pręsentia quam ad futura in ius & proprietatem nostram, & prędictæ Romanæ ecclesiæ similimodo & autoritate ecclesiæ recepimus, mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittant, in quorum locorum dominio seu proprietate nihil nobis vel præfatę Romanæ ecclesiæ retinemus omnino, nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanæ ecclesiæ recipiantur assensu, & si in eisdem locis reseruauerit dominium sibi in concedendo concedens pręter inhabitationem fratrum tale dominium in ius ecclesiæ sępedictę non transeat, sed potius plene liberum maneat cõcedẽti.

¶ Insuper nec vtensilia, nec alia pręter eorũ vsum ad necessitatem & officiorum sui status executionem (nõ enim omnium rerum vsum habere debent vt dictum est) ad vllam superfluitatem, diuitias seu copiam quæ deroget paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo vt ea distrahant, siue vendant, recipiant, nec sub colore prouidentię in futurum, nec alia occasione quinimmo in omnibus appareat in eis quo ad dominium omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas. Hoc autem secundum exigentiam personarum & locorum, ministri & custodes simul, & separatim in suis administrationibus & custodijs cum discretione disponant, cum de talibus interdum personarũ qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullę aliæ circunstantiæ plus minusve ac aliter prouideri requirant, ista tamen sic faciant quod semper in eis & eorum actibus paupertas sancta reluceat prout ipsis ex eorum regula inuenitur indicta.

¶ Cæterum cum in eadem regula sit sub præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniã vllo modo idque fratres imperpetuum seruare cupiant, & velut iniunctum necesse habeãt adimplere, ne ipsorum puritas in huiusmodi obseruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulẽtur. Articulum istum propter detrahentium morsus profundius quam nostri prædecessores fecerint assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes, dicimus in primis quod fratres ipsi a mutuis cõtrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere (ipsorum statu considerato) non liceat, possint tamen ipsi pro satisfactione facienda pro eorum necessitatibus quę pro tempore occurrerint (cessantibus eleemosynis de quibus satisfieri commode tũc non posset) citra cuiuslibet obligationis vinculum dicere quod per eleemosynas & alios amicos fratrum absolutionem huiusmodi faciendã intendant fideliter laborare. Quo casu procuretur fratribus quod ille qui dedit eleemosynã per se vel per alium non nominandum ab ipsis si fieri poterit, sed ab eo potius iuxta suũ beneplacitum assumendum, huiusmodi satisfactionem faciat in totum vel in partem, prout sibi dominus inspirabit, Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus eius immineat, aut quia quibus hoc velit committere notitiam nõ habet fidelium personarum, seu quacũque alia occasione vel causa, declaramus & dicimus quod in nullo regulę puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius obseruantia maculatur, si fratres ipsi alicuius vel aliquorum sibi curẽt dare notitiã vel aliquos seu aliquẽ nominare, aut etiam pręsentare, cui vel quibus si eleemosynam facienti placuit, committi possit executio prædictorum ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infrascriptis. Ita tamen quod penes ipsum datam dominio, proprietate ac possessione ipsius pecunię cum libera potestate reuocandi sibi pecuniã ipsam sem

per vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam plene, libere ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem seu dispensationem, nec contra personam nominatam, vel non nominatam ab eis cuiuscunque conditionis existat, in iudicio vel extra actionem, persecutionē, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercunque persona prædicta in commissione huiusmodi se habeat, liceat tamen fratribus suas necessitates insinuare, ac specificare vel exponere personæ prędictæ, ac eam rogare quod soluat. Possint etiam personam eandem exhortari, ac inducere quod fideliter in re commissa se habeat, & animæ suę saluti in cōmissa sibi executione prouideat. Ita tamen quod ab omni eiusdem pecuniæ administratione, seu dispensatione, & contra prædictam personam actione seu persecutione (vt prædictum est) fratres abstineant omnino. Si vero personam huiusmodi nominatam vel non nominatam a fratribus (quominus per se possit exequi quod prędicitur) contigerit per absentiam infirmitatem, voluntatem, seu locorum distantiam ad quæ ipsa nollet accedere, in quibus esset solutio seu satisfactio facienda, vel per occasionem aliam impediri, liceat fratribus cum conscientiæ puritate quandam aliam personam subrogandam ad pręmissa in nominando, & alijs (si ad primum dantem non possint vel nolint habere recursum) cum ista persona facere, sicut supra proxime declarauimus eis licere cum prima, duarum enim personarum ministeriū per viam subrogationis (vt dictum est) communius & generalius videtur posse in prædictorum executione sufficere, cum prędicta satisfactio pręsumatur posse celeriter expediri. Si tamen (vt interdum dictum est) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, & conditiones seu circunstantias alias casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum, liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotij qualitatem (seruato modo prędicto) plures personas assumere, nominare, seu pręsentare ad istud ministerium exequendum.

¶ Et quia oportet & expedit fratrum necessitatibus, non solum illis pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda, vt superius proxime dictum est, sed etiam imminentibus siue tales necessitates ingruentes immineāt, quę breui tempore expediri valeant, siue tales licet paucę comparatiuę quarum prouisio ex sui cōditione necessario tractu temporis habet, vt in libris scribendis, ecclesijs seu ædificijs ad vsum habitationis ipsorum construendis, libris, & pānis in locis remotis emendis, & alijs similibus si quæ occurrerint cum moderamine supradicto salubriter prouideri. Sic in istis necessitatibus clare distinguimus, sic in eis fratres posse tute & salua conscientia procedere declaramus, videlicet vt ingruenti vel imminenti necessitate quę breui tempore vel quę interdum ex aliquibus circūstantijs non sic breui (vt supra in proximo casu dictum est) valeat expediri, tam quo ad dātem eleemosynam quam quo ad nominatum vel substitutum in omnibus, & per omnia (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus præteritis faciendæ supra proxime declarauimus) procedatur.

¶ In ea vero necessitate quantūcunque præsentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate sui, vt pędicitur, tractum temporis habet innexum, quia in eo casu verisimile est quod tum ratione distantiæ locorum quę expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret, tum etiam circunstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata frequenter casus acciderent, in quibus ad expeditionē necessitatis huiusmodi oporteret quod per diuersas manus & personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata, quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputātem seu etiam substitutum ab eo, & tertium etiam ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatum habere notitiam declaramus & dicimus quod in hoc articulo pręter dictos duos modos in necessitatibus præteritis & ingruētibus quæ possunt breui tempore vel interdum non breui (vt supra exprimitur) expediri (vt prædiximus) obseruandos, ad obseruandā ipsius regulæ ac professorum eius omnimodam puritatem, quod si pˢto sit eleemosynæ huiusmodi elargitor, vel ei⁹ nūti⁹ qui possit hoc facere & velit, expˢsse illi prædicatur a fratribus quod sibi placeat (vt dominio talis pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam penes ipsum semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam libere remanēte, (vt in alijs duobus casibus superius dictum est) per quorumcūque manus pecunia seu eleemosyna ipsa tractetur, si-

ue personas ab eo, vel a fratribus nominatas totum suo consensu, voluntate ac autoritate procedat, quo assensum suum præbente prædictis secure fratres re empta vel acquisita de illa pecunia per quencumque (iuxta modum annotatum superius) vti possint.

¶ Ad maiorem autem prędictorum omnium claritatem, hac in perpetuum valitura prouisionis serie declaramus quod fratres (prefatis modis, vt prædicitur circa pecuniam in supportandis eorum præteritis & ingruentibus necessitatibus obseruatis) non intelligantur nec dici possint per se, vel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam, vel professionis sui ordinis puritatem, cum manifeste pateat ex præmissis ipsos fratres non solum a receptione, proprietate, dominio siue vsu ipsius pecuniæ, verum etiam a contractione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitus alienos. ¶ In eo vero casu quando (antequã ipsa pecunia in licitum rei habendæ vel vtendę commercium sit conuersa) concedentem pecuniam mori contigerit, si concedens in concedendo dixerit vel expresserit quod persona deputata pecuniam ipsam in necessariũ vsum fratrum expenderet quicquid de ipso concedente, viuendo vel moriendo contingeret, siue concedens huiusmodi hęredem reliquerit siue non, possint fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hęredis contradictione) pro ipsa pecunia expendenda recurrere sicut poterant ad ipsum dominum concedentem.

¶ Quia vero puritatem ipsius ordinis, intima cordis affectione zelamur, cum in prædictis casibus ad determinatam necessitatem (vt pręd icitur) per aliquam pecuniam concedi contigerit concedens pecuniam rogari possit a fratribus quod si quid de pecunia ipsa (habita necessitate determinata) supererit, consentiat ipse concedens quod residuum præfatę pecuniæ in res alias pro alijs ipsorum fratrum prædictis necessitatibus conuertatur, quo non consentiente prædictis ipsum residuum (si quod fuerit) restituatur eidem. Caueant tamen fratres quod solicite se coaptent, vt non plus scienter concedi consentiant, quam verisimiliter ęstimari possit rem necessariam pro qua pecunia ipsa conceditur valituram.

¶ Et quia prędictorum seriosa expositione a dante vel recipiente de facili possit errari, vt clarius vtilitati dantium puritati ordinis simplicitati aliquorum simplicium, saluti animarum hincinde securius consulatur, intellectum illũ qui satis in hoc casu a sane intelligente percipitur præsentis ac in æternum valiturę cõstitutionis serie lucidamus, volentes illum ad cõmunem deduci notitiam, videlicet quod semper quando pecunia fratribus ipsis mittitur vel offertur (nisi expresse per mittentem vel offerẽtem aliud exprimatur) prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa. Non enim verisimile est aliquẽ eleemosynę suę sine expressione modum illum præfigere per quem & donans merito, vel illi quorum necessitatibus intẽdit per donum huiusmodi prouideri, vel effectu doni vel suę conscientię puritate fraudẽtur.

¶ Ad hęc quia fratribus ipsis interdum, in vltimis voluntatibus sub diuersis modis nonnulla legantur, nec expresse quid de his agendum sit in regula vel prędecessorum nostrorum declarationibus continetur, ne in ipsis dubitari cõtingat in posterum prouidendo legantibus & fratrum conscientijs præcauendo declaramus, ordinamus & dicimus, quod si testator modum secundum quem fratribus (eorum conditione inspecta) recipere non liceret exprimat in legãdo, vt si legaret fratrib9 vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo seruaret, a tali legato & eius receptione per omnem modum fratres abstineant. Si vero modum licitum fratribus in legando testator expresserit, vt si diceret lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc quod per certam personam vel personas idoneas distrahantur, & pecunia de reb9 ipsis accepta in ædificia, vel alia fratrum necessaria conuertatur, aut in legando similibus modis vel verbis vtatur. In hoc casu illud in omnibus & per omnia (consideratis eorum necessitatibus & moderaminibus supradictis) quantum ad fratres seruari decernim9 quod per nos est superius in concessis pecuniarijs eleemosynis declaratũ. Ad quæ legata soluenda tã hęredes testatorũ quã executores se liberales exhibeãt. Et etiã prælati & seculares quib9 de iure vel cõsuetudine ꝓuisio ista cõpeteret (cũ expedierit) se ex officio suo promptos exhibeant ad

pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos & fratrum regulę congruos intendimus prouidere, quod hęredum cupiditas legitimis ictibus feriatur, ne pia defunctorum destituatur intentio ac ipsi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur. Si vero fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur, in hoc legato sic indeterminate relicto in omnibus & per omnia intelligi ac seruari volumus & in perpetuum præsenti constitutione iubemus, quod supra in pecunia, seu eleemosyna fratribus indeterminate oblata vel missa voluimus, ac expressimus obseruari, videlicet vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictū ita quod nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

¶Quia vero libros & alia mobilia quibus tam ordo quam fratres vtuntur, quorū dominiū (cū nō sint dominij aliorū) ad præfatā ecclesiā specialiter spectare dignoscitur, interdum contingit seu expedit vendi vel etiam commutari, fratrum vtilitatibus & eorum conscientijs prouidere volentes, eadem autoritate concedimus vt commutatio talium rerum & ad eas res quarum vsum fratribus licet habere de generalium & prouincialium ministrorum in suis administrationibus coniunctim vel diuisim autoritate procedat, quibus etiā de dispositione vsus talium rerum concedimus ordinare. Si vero res huiusmodi ęstimato prætio vendi contingat, cum fratribus ipsis per se vel alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat, ordinamus & volumus quod talis pecunia seu prætium recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius vsum fratribus licet habere per procuratorem a præfata sede vel a cardinali gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum.

¶De vilibus autem mobilibus vel parum valentibus liceat ex præsenti nostra concessione fratribus (pietatis seu deuotiōis intuitu vel pro alia honesta & rationabili causa) obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia iuxta quod inter fratres in generalibus vel prouincialibus capitulis, tam de ipsis rebus vilibus seu parum valentibus & earum valore, quam præfata licentia scilicet a quibus & qualiter sit habenda extiterit ordinatum intra & extra ordinem alijs elargiri.

¶Licet autem contineatur in regula quod fratres habeant vnam tunicam cum caputio & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse instituentis intentio quod necessitate cessante pluribus non vtantur, declaramus quod possint fratres de licentia ministrorum & custodum coniunctim & diuisim in administrationibus sibi commissis cum eis videbitur (pensatis necessitatibus & alijs circunstantijs quę secundum deum & regulam attendendę videntur) vti pluribus, nec per hoc videantur a regula deuiare, cum etiam in ipsa dicatur expresse quod ministri & custodes de infirmorum necessitatibus & fratribus induendis solicitam curam gerant, secundum loca & tempora, & frigidas regiones. Et quanquam prædicta regula contineat quod de fratribus induendis & necessitatibus infirmorum ministri tantum & custodes solicitam curam gerant, & dictio illa tantum adeo ministros & custodes in hac cura pręstringere videatur quod ab ea cęteros prima facie excludat, quia tamē solicite cōsiderare nos conuenit tēpus regulę institutę quo fratres isti ad comparationem pręsentem numero pauci erant, & forsan ministri & custodes videbantur tunc ad ista procuranda posse sufficere, ac nihilominus multiplicationes fratrum & moderni temporis qualitatem, nec sit verisimile beatum Franciscum institutorem regulæ vel ipsis ministris & custodibus impossibilitatis iugū voluisse p̄figere vel ex ipsi⁹ impossibilitatis cōsequētia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere, concedimus quod ipsi ministri & custodes possint per alios huiusmodi curæ solicitudinem exercere. Debent etiam & alij fratres curā huiusmodi quæ p̄fatis ministris & custodib⁹ præcipue incūbit ex hac regula cū sibi ab illis commissa fuerit gerere diligenter.

¶Continetur quoque in regula quod fratres quibus gratiam dedit dominus laborandi laborent fideliter & deuote. Ita quod (excluso otio animæ inimico) sanctę orationis & deuotionis spiritum non extinguant. Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitæ & de regulæ transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati, nos morsus huiusmodi nefarios reprimentes, declaramus quod cōsideratis verbis prædictis & forma seu

modo loquendi sub quibus fratres ad huiusmodi exercitium inducuntur, non videtur ea fuisse instituentis intentio, quod vacantes studio vel diuinis officijs & ministerijs exequendis manuali labori seu operationi subijceret, vel ad hoc illos artaret. Cum exemplo christi multorum sanctorum patrum labor iste spiritualis tanto illi præponderet, quanto quę sunt animę corporalibus præferuntur, Ad alios vero qui se in prædictis spiritualibus operibus non exercent, nisi tales aliorum fratrum licitis seruitijs occupentur (ne otiose viuant) verba prædicta declaramus extendi. Nisi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis & orationis existerent, quod merito propter hoc non essent a tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi, fratres enim quicunque studio vel diuinis ministerijs non vacantes, sed aliorum fratrum studio vel alijs diuinis officijs & ministerijs vacantium seruitijs inhęrentes tantum pro seruitijs eisdem, cum ipsis quibus seruiunt sustentari merentur, quod astruitur illa ęqua lege qua strenuus pugnator ille Dauid iuste decreuit, videlicet quod descendētiū ad prælium & remanentium ad sarcinas, portio ęquaretur.

¶ Verum quia expresse continetur in regula quod fratres non prædicent in episcopatu alicuius episcopi cum ab eo illis fuerit contradictum Nos in hoc & deferentes regulę & nihilominus autoritate apostolicę plenitudinis conseruantes dicimus quod prædictum verbū ad literam, sicut regula ipsa protulit, obseruetur, nisi per sedem apostolicam circa hoc pro vtilitate populi christiani sit concessum vel ordinatum aliud vel in posterum concedatur seu etiam ordinetur. Et quia in eodem capitulo regugulę immediate subiungitur quod nullus fratrum populo penitus audeat prædicare nisi a ministro generali fuerit examinatus & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium sibi sit concessum. Nos & statum pręteritum ipsius ordinis in paucitate sui & modernum in ampliato fratrum numero ac vtilitatē animarum (vt condecet) aduertentes concedimus nedum generalem examinare & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam pręedicandi quatenus personę idoneitatem & prædicationis officium licentia ipsa respiceret prout in regula continetur, verum etiam ꝓuinciales ministri hoc possint in capitulis prouincialibus cum diffinitoribus, quod etiam hodie obseruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri, quam quidem licentiam præfati ministri reuocare & suspendere valeant & artare, sicut & quando id eis videbitur expedire.

¶ Sed quoniam in desiderijs nostris hoc geritur vt ad dei gloriam salus proficiat animarum ac dicto ordini per quem iugiter ad amorē diuinum affectio christianę religionis accenditur, meritum & numerus augeatur, concedimus, & præsenti statuto firmamus licere non solum generali sed etiam prouincialibus ministris personas fugientes a seculo in fratres recipere, quæ ministrorum prouincialium licentia per ipsum generalem (sicut expedire viderit) possit artari vicarij vero prouincialium ministrorum ex officio vicarię licentiam hanc sibi nouerint interdictam, nisi per ministros eosdem (quibus hoc posse committere vicarijs & alijs licere decernimus) hoc ipsis vicarijs specialiter committatur. Caueant tamen ipsi prouinciales quod hoc non indiscrete, non passim, sed sic considerate committant, vt illos quibus hoc committi contigerit fidelibus concilijs fulciant, quę omnia discrete procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinē, sed illi tātum qui suffragantibus eis literatura, idoneitate, vel alijs circūstantijs possint vtiles esse ordini, sibique per vitæ meritum ac alijs proficere per exemplū.

¶ Insuper dubitantibus fratribus prędicti ordinis an ꝓ eo quod in regula dicitur, vt decedēte generali ministro a ꝓuincialib⁹ ministris & custodibus in capitulo pētecostes fiat electio successoris, omniū custodum multitudinem oporteat ad generale capitulū cōuenire. aut (vt omnia cū maiori tranquillitate tractentur) sufficere possit vt aliqui de singulis prouincijs qui vocē habeant aliorū intersint. Taliter respondemus vt scilicet singularū prouinciarū custodes vnum ex se cōstituant, quem cum suo prouinciali ministro pro seipsis ad capitulū dirigant, voces aut vices suas cōmittētes eidem qđ etiā constituerint per seipsos, statutū huiusmodi duximus approbandū. Quādo idem pręno. Grego. ix. in casu huiusmodi dicitur respondisse,

¶ Denique quia continetur in regula supradicta quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum, præter illos quibus a sede prædicta concessa fuerit licentia specialis, quanquam hoc de monasterijs pauperum monialium inclusarum fratres attentius intelligendum esse crediderint, cum eorum sedes

prefata curam habeat specialem, & intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore regulę datę viuente adhuc beato francisco per prouinciales ministros fuisse credatur in generali capitulo declaratur, ijdem fratres certificari nihilominus postulauerunt an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de illis solum monasterijs monialium prædictarum debeat intelligi? Nos vtique generaliter id esse ꝓhibitum de quarūlibet cœnobijs monialium respōdemus, & nomine monasterij volumus claustrum, domos, & officinas interiores intelligi, pro eo quod ad alia loca vbi homines seculares conueniunt possunt fratres illi causa prædicationis vel eleemosinę petendę accedere, his quibus id a superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessum exceptis seu pro prędictarum monasterijs inclusarum ad quæ nulli datur accedendi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali, quod etiam ipsum idem præ, no. Greg. ix. in eo casu dicitur respondisse.

¶ Cæterum sanctę memorię confessor christi franciscus mandasse dicitur circa vltimum vitę suæ (cuius mandatum ipsius dicitur testamētum) quod verba ipsius regulę non glosentur, & (vt verbis vtamur eiusdem) quod sic vel sic intelligi debeat non dicatur, adijciens quod fratres nullo modo literas aliquas ab apostolica sede petant, & alia quædam interserens quæ non possent sine multa difficultate seruari propter quod fratres hæsitantes an tenerentur ad obseruantiam testamenti prædicti, dubitationem huiusmodi per eundem præ. no. Grego. no, petierunt de ipsorum conscientijs amoueri qui (sicut asseritur) attendens periculum animarum & difficultates quas propter hoc possent incurrere dubietatem de ipsorum conscientijs amouēdo, dixit fratres ipsos ad ipsiꝰ mādati obseruantiam non teneri, quod sine consensu fratrum & maxime ministrorum quos vniuersos tangebat obligare nequiuit, nec successorem suum quomodolibet obligauit, cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præsentem articulum nihil duximꝰ innouandum.

¶ Adhoc a nonnullis prędecessorib. nostris Roma. pon. circa declarationem ipsius regulę & ipsam regulam contingentia diuersas literas intelleximus emanasse. Sed nec per hoc mordacium prędictorum contra regulā ipsam & fratres quieuit insultus, nec per ipsas literas statui fratrum prouidere in multis, in quibus de nouo vel aliter necessario prouidendum esse multorum postea casuum contingentiū experientia indicauit. Nos itaque ne literarū huiusmodi & presentis cōstitutionis diuersitas vel intellectꝰ aduersitas in prędictorum obseruatione fratrū animos perturbaret & vt plenius, clarius, & certius eorum statui & obseruantiæ prędictę regulę consulatur in omnibus & singulis illis articulis quos constitutio ipsa continet quanquā ipsi vel eorū aliqui contineātur in alijs literis apostolicis supradictis. Hanc nostrā constitutionē declarationē seu ordinationē tantū a fratribus ipsis pręcise ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam.

¶ Cum igitur ex prędictis & alijs per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, & obseruabilis nec vlli patens discrimini euidēter appareat, illa & oīa suprascripta per nos statuta, ordinata, concessa disposita, decreta, declarata etiā & suppleta, de apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, cōfirmamus & volumus existere perpetuæ firmitatis. In virtute obedientiæ districte pręcipientes quod hæc constitutio sicut cæteræ constitutiones vel decretales epistolæ legatur in scholis.

¶ Et quia sub colore liciti nonnulli contra fratres ipsos & regulam in legendo, exponendo, atque glosando possent dirum virus suę iniquitatis effundere, ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diuersas & aduersas sententias producentes suis adinuentionibus deprauare, & opinionum diuersitas ac distorsio intellectus multorum pios animos posset inuoluere, & a religionis ingressu multorum corda subtrahere, talium detrahentium vitanda peruersitas cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc constitutionem legentibus præfinire.

¶ Itaque sub pœna excommunicationis & priuationis officij ac beneficij districte præcipimus, vt præsens constitutio cum ipsam legi cōtigerit, sicut ꝓlata est, sic fideliter exponatur ad literam. concordantiæ, contrarietates seu diuersę vel aduersę opiniones a lectoribus seu expositoribus nullatenus inducātur. Super ipsa cōstitutione glosę nō fiāt (nisi forsan per quas verbū vel verbi sensus seu cōstructio vel ipsa cōstructio quasi grammaticaliter ad literam vel intelligibilius exponatur) nec intellectus ipsius

per legentem deprauetur in aliquo ſeu diſtorqueatur ad aliud quam litera ipſa ſonat. Et ne ſecundum prædicta contra detractores huiuſmodi oporteat vlterius laborare, vniuerſis ac ſingulis cuiuſcunque præeminentię, conditionis aut ſtatus diſtricte præcipimus ne contra p̄dictam regulam & ſtatum fratrū p̄dicatorū ſeu contra præmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta declarata, ſuppleta, approbata, & etiam confirmata dogmatizent, ſcribant determinent, prædicent, ſeu praue loquantur publice vel occulte. Sed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictæ ſedis apoſtolicæ deducatur, vt ex auctoritate apoſtolica ſua in hoc manifeſtetur intentio. Cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta condere, & edita declarare.

¶ Gloſantes vero in ſcriptis conſtitutionem ipſam aliter quam eo modo quem dixim⁹. Doctores vero inſuper & lectores dum docent in publico ex certa ſcientia & deliberate intellectum conſtitutionis huiuſmodi deprauantes, facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos ac ex certa ſcientia & deliberate determinantes in ſcholis ſeu prædicantes contra prędicta vel aliqua ſeu aliquod prædictorum (non obſtantibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs aut literis apoſtolicis, quibuſcunque dignitatibus, perſonis, ordinibus, aut locis religioſis vel ſecularibus generaliter vel ſingulariter ſub quacunque forma vel expreſſione verborum conceſſis quæ nolumus aliquibus in prěmiſſis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſententiæ quam nunc in ipſos proferimus ſe nouerunt ſubiacere a qua per neminem niſi per Roma. Ponti. poſſint abſolui. Inſuper tā iſtos contra quos per nos excommunicationis eſt prolata ſententia quam alios (ſi qui fuerint) contra prěmiſſa vel eorum aliquod venientes, ad ſedis memoratę volumus deduci noticiam, vt quos prouiſus modus ęquitatis non arcet a vetitis, compeſcat rigor apoſtolicę vltionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę declarationis, ordinationis, conceſſionis & diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, confirmationis, & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum, eius ſe nouerit incurſurum. Datum Siriani. xviij. Kalendas ſeptembris, pontificatus noſtri, anno ſecundo.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Lex reijciens interpretationem: non videtur reijcere illam per quam declaratur ambiguitas verborum plures ſenſus habentium.
2 Verba precisa recipiunt determinationem & diſtinctionē legalem.
3 Verba ſtatuti recipiunt declarationem & expoſitionem a communi vſu / etiam ſi dicatur / quod debeant intelligi ad literam.
4 Interpretationes neceſſarie non ſubſunt regulis iuris communis.
5 Illud dicitur eſſe de litera / quod oculo corporali videtur non quod ſolo intellectu percipitur.
6 Verbum preciſum recipit interpretationem laudabilem.
7 Officium gloſatorijs dicitur vt hic.

EXijt qui ſeminat. Hec conſtitutio ſub pena poſita. ī. eo. §. & quia ſub colore / inhibetur gloſſari a & ideo ſiſto ratem. Io. Mo. Cardinalis.

a GLoſari. Intellige de gloſa hominis: non de gloſa legis Bal. in. l. omnes in antepenul. colū. in ver. ſed quid ſi canuetur alio ſtante. ff. de iuſtic. & iure quem ſequitur Petr⁹ de Ancha. in repe. c. canonū de cō ſtatuta verſus finem. ē. de cōſtitu. allegat. l. quamuis. C. de adulter. qd̄ placet Alexā. conſil. cxcij. nu. iiij. perſpecta vol. vj. vbi adducit Io. and. in mercuria. in regu. pro poſſeſſore. columna vltima. ꝙ * 1 licet aliqua lex municipalis reijciat interpretationem: tamen non intelligitur reijcere interpretationem per quā declaratur ambiguitas verborum plures ſenſus habētiū: per id quod habetur in. l. prima. ff. ſi cer. pet. & in. l. j. de profeſſo. lib. xij. C.

¶ Et hoc eſt verum vbi etiam cautum eſſet ꝙ ſtatutū deberet ſeruari ad literam prout iacet abſque interpretatione aliqua: vt diſputando firmauit Ray. de Forol. in diſputatiōe quam refert & ſequitur Petr. in. d. repe. col. antepe. ver. tranſeo nunc: firmat idem Alex. in conſi. 50. nume. 3. viſis. volu. primo.

¶ Pro intento facit quod no. Bal. Panor. & cōmuniter alij 2 in. c. ij. ē. de reſcrip. ꝙ verba * preciſa recipiunt diſtinctionem & determinationem legalem. l. ita nobis. C. de adul. ac etiā ſcd̄m communem vſum loquendi. per ea que tradunt 3 Anto. & Panor. in prohe. Greg. vbi dicunt ꝙ etiam * ſi ſtatuto caueatur / ꝙ ſtatuta debeant ad literā intelligi vt ſonant: nihilominus recipiunt expoſitionem & declarationē a cōmuni vſu loquendi: tradit Alexā. con. ccxj. ponderatis verbis. volu. vj.

¶ Ratio poteſt eſſe: q2 hmōi interpretationes ſunt neceſſarie: ideo non ſubſunt regulis cōmunibus per ea que dixi in. c. j. in ver. neceſſitatis. ē. de eta. & quali. pro quo facit quod not. idem Alex. conſi. ccxv. nu. vj. ponderatis narratis. eo. volu. vj. ꝙ ſi ſtatutum diſponat nullam eſſe obligationem mulieris factam ſine preſentia propinquorum. recipit interpretationem a iure cōmuni: vt non habeat locū in obligatione neceſſaria / per. l. j. C. quādo decre. opus eſt. et l. magis puto. §. ſi pater. ff. de reb. eo.

¶ Iſtud latius cōprobat Roma. conſi. 394. preſuppoſito ꝙ viua voce: vide Alex. cōſi. xlv. nu. iiij. habita pro virib⁹. 4 volu. vij. vbi vnū ſubdit ꝙ dicitur eſſe de litera * illud qd̄ oculo corporali videtur. non quod ſolo intellectu percipitur. l. j. in prin. ff. de his q̄ in teſta. delē. bene facit tex. in. l. j. ff. ſi tabu. teſta. extant. vbi apparet ꝙ illud quod percipitur per coniecturā nō dicitur proprie de litera ſeu ſcriptura. & conſi. lxxx. nu. ix. viſo & opportune. volu. j. vbi premiſſa 5 cōprobat: ſubdendo ꝙ verbū * etiam preciſum recipit interpretationem laudabilem. l. ſtipulatus ſum damā. in verſi. continuo. ff. de verb. obli.

¶ Veniendo propinquius ad intentum inhibitionis text. 6 noſtri: dic iſtud non fuiſſe ſtatutum ſine miniſterio: quia * licet cōmentatoris aut gloſatoris officium non ſit / ꝙ ipſe velit: ſed quod ſentiat ille / quem interpretatur exponere: alias nō interpres ſed aduerſarius illius eſt quem nititur

explanare. Sunt tamen nonnulli qui in legibus nihil obscuritatis habētib9: ingerūt questiones ex studio/⁊ ad suā interpretationē obscuritatē introducūt: ij sunt qui grandi aut torto naso sese plusq̄ necesse est exercētes ex nimia sepe subtilitate fallūt: ij vocāt callidi⁊fatui/⁊ sua interptio īterptatiōe īdiget. no. Luc. de pēna in. l. vnica. C. de pfesso. que in vrb. constan. lib. xij. vbi examinat pūctum qn̄ lex inhibet interptationē/quē vide/⁊ multa alia de interpretatione, que nō transfero breuitatis causa. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. iiij.

PRiuilegium monasterio tuo cōcessū, vt monachi siue fratres in cellis ad monasteriū ipsum spectātib9 habitātes, ab alio quam a papa, vel eius legato excōicari, aut suspēdi, vel ipse cellę interdicto supponi non possint, nō fratres in prioratibus ecclesijs seu capellis eiusdē monasterij cōmorantes, aut ipsos prioratus ecclesias vel capellas ab ordinariorum iurisditione in aliquo sed residentes tantū in cellis, & cellas ipsas (hoc est loca secreta & solitaria quę ab hominum separata cōuictu sunt ad cōtemplandum/ & deo vacandū specialiter deputata) defēdat.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Cella dicta est a cellando/quod duo importat vt hic.
2 Monachus mūdo occultat/⁊ tpe celatur.
3 Unū quando dicitur de duob9: debet intelligi de eo quod est principalius.
4 Priuilegiū est lex priuata: cōtra ius cōe datum.
5 Ius cōe posterius editum: ius primo editum tollit/ in eo quod expresse ius prius editum abrogat.
6 Leuius tolluntur iura specialia/q̄ cōmunia.
7 Paria sunt quem nō habere iurisditionē/vel habere/ non tamen ad id de quo agitur.
8 Fortificata dicit iurisditio per exēptionē in his ad que iurisditio se extendit.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Actus attribuit faciēti illū principaliter ⁊ nō ɔsentienti.
2 Cōstitutio facta a papa cum consilio concilij dicitur constitutio pape/⁊ non concilij.
3 Lex facilius tollit ius quesitū ab ipsa lege aliquo speciali iure/quā si quesitum sit de iure cōi ⁊ ex conuentione.
4 Illud quod procedit ex iure speciali: nō videtur esse in cōsideratione.
5 Si ius cōmune concedit aliquid specialiter in aliquibus casibus: si obtineatur postea aliquod priuilegiū reducēs nos ad ius regulare/dicitur fauorabile.
6 Interpretatio fit secundum ius cōmune vbi possumus interptari sic ſm ipm ius cōe ⁊ secūdū ius peciale.
Factum superioris semper debet intelligi scd̄m ius cōmune: q̄tum fieri potest.
7 Pactū iuri cōmuni cōsonans: nūq̄ potest dici symoniacū.
8 In statutis pfertur illud/per quod iuri cōi nō derogatur.
9 Ultimū testamētū inspicit: ⁊ precedens tollitur.
Qn̄ minor maiori succedit: nō ɔsideratur psona minoris: nec ei9 priuilegium / sed psona maioris a quo actus initium habuit.
10 A pari procedunt filios non extare: vel extare/⁊ non succedere.

PRiuilegium. Hac decre. declarat quid intelligit appellatiōe celle monasterij: ⁊ quod hic dicitur etiam ex vi verbo⁊ intelligitur. Nam cella * dicta est a cellando q̄ duo importat/⁊ in vna significatione idem est q̄ occultare: vt hic: hostia claude celer vt clausa per hostia celer: ⁊ in alia significatione idem est quod sculpere/vnde Ouidi9/materiā superabat opus: nam mulciber illic / equora cellarat medias cingentia terras.

¶ Et ideo cella monialis dicta est a cellando. i. occultādo qr * monachus mūdo occultatur/⁊ ipse cellatur: sculpit deo in ea. Nā sculpēdo mādatur forma que ornat. Et ideo cella monialis est: in qua mūdo occultat: ⁊ ideo p contemplationē ornatur: ⁊ hec potissime in cella secreta ⁊ solitaria/⁊ ab hominū cōuictu separata: vt hic ⁊ sic est lex expressa in auten. de monach. §. cogitandū. colla. prima: ⁊ hec non ɔpetunt pprie prioratib9 ecclesijs: seu capellis monasterij cuius sunt dicte celle. Et ideo priuilegiū hic narratum monachos in dictis prioratibus ecclesijs ⁊ capellis morātes non defendit: vt hic. Et est ratio: qn̄ vnū dicit de duobus * de vno principali9 ⁊ de alio nō principaliter: ipsum sumptū simpliciter debet intelligi [a] de eo de quo p prius seu principali9 dicebat vt hic/⁊ est casus expressus in hac materia. s̄. de priui. qm̄. C. de his q̄ veni. eta. ipetr. l. fi. ff. de leg. ij. l. cū pr̄ §. hereditatē fili9: ⁊. l. si ita quis in testamento: in fine. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. l. cum hic status §. si donator: ⁊. l. sed si mors. ff. de ver. obliga. l. ex ea parte §. insulam: ⁊ no. in auten. de nupt. §. p collationē: colla. iiij.

¶ Est ⁊ alia ratio/qr priuilegium * est lex priuata cōtra ius commune datum. iij. distinctione priuilegium. Et vbi frangitur immunitas iuris communis per priuilegium/stricte est priuilegium interpretandm: arg. ff. de iure immunita. l. prima: in fine: presertim ius commune posterius * editum ius primo editum tollit [b] in eo quod expresse ius prius editum abrogat. C. de appella. precipimus / in fine. Ergo magis priuilegium illud solum toller quod expresse abrogat. Cū leuius * tollātur iura [c] specialia q̄ cōia. auten. de nō alienā. §. qr vero verissimile: col. ij. ⁊. C. de ser. pigno. da. l. libertas. ¶ Et ob hoc si verba priuilegij sūt generalia illa artāda sunt: maxime vbi priuilegium potest habere aliquem effectum: ⁊ tunc in alijs expresse non sublatis ius cōmune seruetur/ vt hic. ⁊. s̄. de priuileg. in his. ⁊. c. pastoralis. ¶ Unde pone q̄ abbas ⁊ cōuentus certi loci sunt exēpti: sunt tn̄ certis articulis nō exēpti. s̄. de here. ad abolendā. §. fi. ⁊. s̄. hoc lib. de priuile. volētes. in prin. vel ecōtra: scz q̄ isti religiosi nō sunt exēpti: habent tn̄ certos articulos exemptionis. vt. s̄. eo. veniēs. tunc eps qui fundat intentionem suam de iure cōi. xj. q. j. ca. de persona. in casibus in quibus nō pbatur exēptio vel articul9 exēptionis: oīa pōt vt ordinarius. ar. s̄. de offi. deleg. c. preterea. ff. de iurisdi. om. iud. l. ij. ¶ Et sunt paria * quē nō habere iurisditionem: vel habere non tn̄ ad id [d] de quo agitur. ff. de legi. tutel. intestato. ⁊. C. si a nō ɔpe. iudi. l. j. ar. ff. de admi. tut. si duo. Ergo erunt paria habere simpliciter: ⁊ nō habere/habere tn̄ ad id de quo agit: imo etiam dicit * fortificata iurisditio per exemptionem in his ad que iurisditio se extēdit. arg. ff. de fundo instr. l. quesitū. §. deniq̄ neratius. igitur ordinarius citādo/excōicādo/ ⁊c. exercēdo procedat contra predictos in casibus nō exemptis. itē notatur hoc. c. psonas excōicari/⁊ loca interdicto supponi. xj. q. iij. c. nemo episcoporū. s̄. de cleri. excō. ministran. postulasti. Joan. Car.

[a] DEbet intelligi. Uide in simili q̄ * actus attribuitur faciēti illū principaliter ⁊ non consentienti/quia aliud est facere/⁊ aliud faciēti cōsentire. l. aliud est vendere. ff. de re iudica. vnde cōstitutio facta * a papa cum consilio concilij: dicitur constitutio pape ⁊ non concilij. cap. licet euitanda. s̄. de elect. not. Panor. in cap. primo. s̄. de pactis. ⁊ in. c. primo. s̄. de sponsa. citat Deci. consil. 150. nume. 5. quod exorditur / dubitatur principaliter/et ɔsi. cxlix. nu. iiij. in causa iurispa. Probus.

[b] ¶ Tollit. Uide Alex. consi. cliiij. in prin. vol. vij. Probus.

[c] ¶ Iura specialia. Uide quod in proposito citat Decius cōsi. cccxxix. col. j. pro defensiōe/vbi dicit q̄ lex * facili9 tollit ius q̄situm ab ipsa lege aliquo speciali iure/q̄ si quesitū

sit de iure cõi/⁊ ex ꝯuentione no. ꝑ glo. magnam. in. l. assi-
duis. C. qui potio. in pigno. hab. ⁊ in. §. fuerat. in ver. credi-
toribus. in fine. insti. de actio.
¶ Istud dictum Io. mo. citat ipse in. c. si super in princ. ṡ.
de offi. deleg. ⁊ ꝓ eo facit qđ notat Deci. con. ccclxxj. sub
4 nu. vij. in causa magnifici. ꝙ illud * qđ ꝓcedit ex iure specia
li/nõ videt̄ esse in ꝯsiderat ſõe. l. iiij. §. j. ff. de fidei. liber. tex.
in. l. in testamento. C. de testa. mili. in. l. ꝗꝗ. eo. titu. in. l. cẽ
turio. ff. de vulga. ⁊ pupil. substitu.
¶ Pro intẽto habeo qđ citat Bellame. cõclu. cccccvij. col.
5 iij. cõclusio/ꝙ in casu vbi dicit ꝙ si ius * cõmune ꝯcedit
aliquid specialiter in aliquib⁹ casib⁹: si obtineat̄ aliqđ/post
ea aliqđ priuilegiū reducẽs nos ad ius regulare/dicit̄ fa
uorabile: idem tenet Arety. in. c. fina. col. antepenul. ṡ. de
6 rescrip. ¶ Et sic vbi * possumus aliquid interpretari ſm
ius cõe/⁊ secundū ius speciale semꝑ debem⁹ interpretari
ſm ius cõmune. ¶ Hinc Deci⁹ con. cxiiij. col. iiij. Et ꝓ te
nui/dicit/ꝙ factū superioris debet semꝑ intelligi ſm ius
cõmune ꝗtū fieri potest. ⁊ con. cxviij. viso instrumento/ꝙ
pactū consonans iuri cõmuni nunꝗ põt dici symoniacū.
¶ Adde p̃missis Alex. con. lxv. nu. v. in causa ⁊ lite vertẽ
7 te inter fantutiū: vol. vij. vbi vnū dicit/ꝙ vbi sunt * duo
statuta specialia: ⁊ nõ apparet ꝙ eoꝝ sit magis speciale:
tunc p̃fertur illud statutū per quod nõ ita iuri cõmuni de
rogatur. Bal. per illū tex. in. l. qui post humos. ff. ad silleya.
ratio qꝛ illud qđ fundat̄ in iure cõi: est potentius ꝗ illud
qđ in iure speciali fundatur ꝯtra ius cõmune. l. eius mili-
tis. §. militia. ff. de testa. milita. ⁊. d. §. qꝛ vero hic ꝑ Io. mo.
allega. ¶ Hinc Frederic. consilio. xciiij. in fine casus ta
lis est/dicit ꝙ facilius renunciatur priuilegio ꝗ iuri cõi.
Facit qđ citat Alex. con. xvij. nu. xv. viso instrumẽto loca
tionis. vol. iiij. dū dicit ꝙ qñ statutū fieret ꝯtra id qđ esset
ꝯcessum iu priuilegiū clericis/⁊ ecclesiasticis/diceret̄ con
tra ecclesiasticã libertatẽ ꝗꝗ dicat̄ esse debilius illud qđ
ꝯpetit de iure speciali/ꝗ in qđ ꝯpetit iure cõi. d. §. militia.
Alex. in con. lxxxiiij. col. penul. ver. ꝯfirmantur. in cã que
vertitur: vol. iij. Vide que dixim⁹ in. c. si ad solū. ṡ. de regu
la. ⁊ attẽde ad ea que citat idem Alex. in cõ. ccix. col. iij. sta
tutis. vol. ij. ⁊ con. seq. col. iiij. ⁊ Deci. con. cccclxxv. col. j. in
8 causa que mãtue/dum dicit ꝙ vltimū * testamentū inspi-
citur/⁊ p̃cedens tollitur. tex. in. §. posteriore insti. quib. mod.
testa. infirmã. ⁊. l. si quis priore. ff. ad trebel. ⁊ ipso iure tol-
litur testamentū qđ procedit a posteriore. l. sancim⁹. C. de
testa. hoc etiã ꝓcedit si posterius testamentum sit de iure
speciali. l. ij. ff. de iniusto rup. ⁊. d. l. eius militia. §. fina.
¶ Vide Alex. consi. clxxvij. viso/⁊ Deci. con. cccclxxxix. nu.
iij. in casu occurrenti: ⁊ consi. cccccxlj. in princi. cū reueren
dissimus cardi. Neapol. decisio. cclvij. nu. vj. dicit ꝯstitutio.
¶ Pro themate habeo regulam de qua meminit Iason in
9 con. clxij. statutū: col. ij. vol. 4. ꝙ quando * act⁹ cepit a de
functo maiore/⁊ minor cū quo nihil est gestū succedit ma-
iori: tunc nõ consideratur persona minoris nec eius priui-
legium: sed solū consideratur ꝑsona maioris a quo initiū
habuit: ⁊ sic minori non succurritur. glo. in ver. stetisse. in. l.
cum filius. §. in hac stipulatione. ff. de ver. obliga.
¶ Ex quo no. ꝙ priuilegiatus succedẽs nõ priuilegiato:
tūc vtitur priuilegio suo qñ cum eo aliquid fuit gestū: se-
cus si ꝓpter non factum qꝛ nihil sit actū cum priuilegia-
to: tunc non vtitur priuilegio: ita tenet glo. in. l. si cum mi-
litarib⁹. C. de restitu. milit. pro quo tex. in. l. emilius ibi ꝙ
pater eius et non ipsa pupilla cõtraxerat. ff. de minori. vbi
Bar. ⁊ in. l. ad diem. ff. de ver. obliga. Probus.
d 10 ¶ Nõ tamẽ. In simili dic ꝙ a pari * procedūt/filios non
extare/vel extare/⁊ non succedere: vt. l. ij. §. si sint sui. ⁊ ibi
not. Bar. ff. ad tertul. cū alijs no. per Alex. con. 54. nu. x.
viso titu. vol. vij. Vide Io. mo. in simili: ⁊ ibi dixi: in. c. si ti-
bi. ṡ. de preben. Probus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. v.

Sicut nobis significare cura
sti, tibi gratiose cõcessimus
vt beneficia clericorū tuo-
rū cedẽtiū vel decedẽtium
possis cõferre, qđque ijdẽ
clerici p̃bẽdarū suarū fru-
ct⁹ ꝑcipiãt, ac si ĩ suis eccle

sijs ꝑsonaliter residerent. ¶ Verū quia dubitas
qui clericorū tuorū appellatione debeãt cõtine
ri, breui respondemus oraculo, qđ illos in his &
similib⁹ casibus tuos volum⁹ intelligi clericos,
qui per te nõ quęsiti propterea vel recepti sine
fraude & fictione qualibet vere tui clerici fa-
miliares existūt, & in tuis expensis continue do
mestici cõmẽsales, etiã si quos ex illis aliquãdo
ꝓ tuis gerendis negotijs abesse contingat.

¶ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Verba meum/tuū ⁊ suū/relata ad diuersos modos loquẽ
di: idem suppositum important. ⁊ ob hoc: dictum de vno
intelligitur de alio dictum.
2 Priuilegioꝝ quoddam est in persona priuilegiati sistẽdū/
aliud quod est in alijs diriuandum.
3 Accidens vt denominet subiectū: oportet ꝙ ipsi subiecto
conueniat ꝓ toto vel pro maiori parte.
4 Verbū meū de vi verbi debet intelligi qđ sit meum simpli
citer. i. in omni sui parte vel maiori.
5 Illud quod est cõe proprie non potest dici meum.
6 Libertas omnib⁹ rebus est fauorabilior.
7 Autoritas iudiciorum/non debet esse in pendenti.
8 Indulgẽtie ius alteri⁹ absorbẽtes sunt stricte interp̃tãde
6 An hec constitutio: sit noui iuris decisio: vel antiqui de
claratio.
10 Non assumantur in ecclesia nepotuli ⁊ asini deferrati: qui
non sunt pro sed contra.
Ratio principalis est consideranda.
11 Verbum continue ciuili modo debet intelligi.
12 Seruire intelligitur/qui est infirmus.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Dictio sicut/quid operetur: vide hic.
2 Subiecto deficiente pereūt qualitates.
3 Imitatio satis dicitur fieri de aliquo/licet ex toto nõ fiat.
4 Filius tacens ⁊ presens/obligabitur ex matrimonio con-
tracto per parentes.
5 Libertas ab omnibus dulcis reperitur/etiam a brutis.
6 Inductū in fauorẽ libertatis/extenditur ad pias causas.
7 Fauor ecclesie ⁊ libertatis equiparantur.
8 Patria potestas/dicitur ius inestimabile.
9 Appellatione libertatis omnimoda libertas continetur.
10 Res obligata vel hypothecata creditori non dicit̄ libera.
11 Fatue agere dr/qui ignem conatur extinguere sulphure.
12 Parū refert quis eligatur de collegio quando omnes im-
periti sunt.
13 Prelatus assimulatur vt hic.
14 Asini deferrati: solū dicūtur habere humanitatis effigiẽ.
15 Qui doctrina sapientie prediti fuerunt: viuent omnibus
seculis.
16 Rectius videtur esse ingenij/ꝗ virium opib⁹ gloriã que
rere.
17 Seruus infirmus seruire dicitur.
18 Qui habet fructus primi anni/si non nascantur/an habeat
fructus secundi anni.

Sicut, hic determinatur quid intelligi debe-
at appellatione clericorum tuorū. Idẽ
si dicatur meorū vel suorum: nec mirum/quia
ego tibi loquens dicã de clericis meis: tu mi
hi loquens dices de clericis tuis. Et duo lo-
quentes de meis clericis/dicẽt sui clerici ha-
bent tale indultum. Et sic hec verba * meum ⁊ tuū/⁊ suū.
relata ad diuersos modos loquendi. Idẽ tamen suppositū
important: ⁊ ob hoc dictum de vno intelligitur de alio. et
de hoc not. ff. eo. ti. pupillus. §. fi. ¶ Et notãdum est ꝙ pri-
uilegiorū * quoddam est in persona priuilegiati sistẽdū.
ṡ. hoc lib. de cõces. preb. qꝛ in cūctis. §. j. Aliud quod est in
alijs diriuandum/vt hic. ⁊ arg. ff. de manu. vindi. l. iiij. Et
hoc priuilegiū est diriuantis in aliū: licet effectus sit in eo

in quo diriuat. ¶ Sed ostēdo q verbū suū nō est dubiū.ff. de interro.actio.l.si defensor.§.j.z.ff.de excep.rei iudic.l.si qs cū totū.ij.R. ¶ Sed cōtra est.d.l.pupillus.§.fi. z hic no.ff.de pcur.l.pōponius.§.sed z his. ¶ Sol.vt accidēs* denoīet subiectū[b]/oportet q ipsi subiecto cōueniat p tota vel p maiori pte.ff.de lega.iij.l.legatis seruis.§.si vnus z.s.de priuileg.vt priuilegia/vsi.hec autē. ¶ Et ideo dicit Philo.q de scuto dimidio albo z dimidio nigro/nō pōt dici qd est ibi simplr/z.qd scdm quid[c] z hec cōpati se possunt in eodez subiecto/vt q sortes sit niger/z tn sit albus pedē:z ideo in his nō est cōsequentia/ sed cōpatientia de vno ad alterū. ¶ Et ideo verbū* meū de vi verbi debet intelligi q sit meū simpliciter/ z in omni tpe sui seu maiori/z hoc vult dicere.l.pupillus/in fine q loquitur de verbi significatiōe. Et q ibi dr qui iurat suū nō esse/dz dicere nec cōe/ intelligēdū est causa dubitatiōis tollēde/vt ibi not.z glo. sed z his [falsaz reputo]. Ex qbus[d] liquet illd q est cōe* nō posse dici pprie meū.ff.de ritu nupt.l.illud.j.R.z.ff.de aur.z argen.lega.l.qbus/ licet quo ad certos actus qnqz cōe censeatur meū/vt.d.l.illud.ij.respō.z hoc fit ibi fauore matrimonij[e] z.C.de ser.cōi manu.l.j.z.ij. Sed hic fit fauore libertatis*/que oībus rebus est fauorabilior[f].ff.de reg.iur.libertas. ¶ Quod autē dr in alijs duabus legibus:intellige ppter autoritatē* iudicioꝝ:que nō dz esse in pendenti.ff.de iudic.l.nō queādmodum. ¶ Sed quare verbū meū tā stricte hic intelligitur. Respondeo* qz iste indulgentie ius alterius absorbētes sunt stricte interpretāde: presertim illa qua diminuitur cultus diuinus:z non officiās stipendia ecclesie recipit. C.de emācipa. liber.nec auus hoc lib.de pben.cūius.j.§.quāqz.s.de cōstitu.ex parte/z de appell.pastoralis in fine/z.ff.ne quid in loco publi. l.ij.§.merito. ¶ Sed an hec* cōstitutio sit noui iuris decisio:vel antiqui declaratio:z est hui9 questionis magnus effectus:quia primo casu ius tunc nascitur : z ideo futura regulariter respicit.s.de cōstitu.ca.fina.C.de legi. z cōsti. leges z cōstitutiones. ¶ Sed secūdo casu preterita cōplectitur:quia tunc nouū non fit/ nec datur/sed antiquū s deregitur. ff.de testa. l.heredes palam.§. quod vero quisquis.ff.de acquir.rer.do. l.adeo.§.cū quis.s.de vsur.cū tu. ¶ Sol.hec cōstitutio est declaratio:qz hic agitur de noīm expositione/significatione/seu supposito/ vt.s.eo.cōstitutionē.in princ.arg.dictoꝝ iuriū/pater ergo satis miser qui ab ecclesia sua cōtra mentem huius cōstitutionis stipendia recipit:quā ab iniuria alioꝝ habuit defendere.s.de postula.c.fina.ergo magis ab iniuria sua. ff.si serui.vendice. altius.ff.de admi.tuto.l.quotiens.§.Item si tēporali.ff.de pact.cū in eo.s.de natis ex lib.ven.c.j. ¶ Sed quero eps habet indultum cū tēporis prefinitione: vt quatuor clerici suis obsequijs insistentes gaudeant de fructibus suorū beneficioꝝ/illos eligit eps: tādem vnus cedit vel decedit ante prefinitū tempus:nūquid aliū surrogare potest eps: dic q sic/arg.ff.quib.mod.vsufr.amitta.sed in annos.ij.R. ¶ Arg.cōtra.de lega.iij.in fideicō.§.si quis.r. Sed ibi est ratio:ne heres obligetur in infinituz:z ne detur legatario occasio fatue h consumendi. ¶ Item vt est ante dictum: gratia est facta episcopo:nō clerico/z ob hoc psona epi est principaliter intuenda. Et ideo dicit hic qui p te zc. quod est valde notādū:z a cōscientia ruminādū ne assumātur[i]* nepotuli/z asini deferrati[k]/qui nō sunt p/sed cōtra. Naz ratio principalis est cōsyderāda.ff.de autoritate tuto.l.j.in princ.argu.ff.de statu homi.l.queritur[z cōsimilibus] vt si quis habeat indulgentiā/q p quinquenniū possit habere fructus beneficioꝝ suoꝝ in scholis/vel a iure.s.hoc libro de elect.c.cū nō deceat/z.s.de magist.c.fina. s.de cler.nō residen.de cetero/z ca.cū dilectus/z.c.ad audientiā. Sed caue in his casibus/ vt predixi/ ne male recipias: hac declaratione te artante [continue] hoc* intellige ciuili modo:non q quolibet momento sit cum dño.argu.ff.de lega. iij.l.qui cōcubinā.§.vxori.ff.de annuis lega. l.meuia.§.vxorem.ff.de aqua quotidi.z esti.l.prima.§.quod autē. ff.de cō di.z demōstra.l.si ita quis/z.ff.de ver.signifi.malum.§.fina. Iste etiam* seruire[l] intelligitur si est infirmus. ff.de statu liber.cum heres.§.stichus. ¶ Vel dic continue sui representatione nō representati actualitate:vt dicitur seruitus continua vel aqua quotidiana.ff.de seruitu.rusti.predio.l.foramen.ff.de aq.quotidi.z esti.l.j.§. quod autem scriptum. Gaudebit[m] ergo clericus presulis seu principis dicto priuilegio/qui continue se offert:licet vsus non sit continuus:alias iudicium sibi manducat z bibit. Joan. Mona. Cardi.

a 1 Sicut. Dic q hec dictio/sicut:* assimilās potestatem vnius iudicis/potestati alterius: non intelligitur assimilare illam quantū ad hoc vt iudex vnus ex assimilatz qui potest procedere solus debet associari sicut alius qui nō poterat procedere.tex.est iūctis doctrinis Docto.in.c.sicut vnire.s.de exces.prela.q sicut papa pōt vnire beneficia.ita et episcopi:z dicunt ibi q illud sicut non notat omnimodā similitudinem:quia cum papa habeat solidam potestatem vnier solus/sed eps non poterit solus sine consensu sui capituli.no.Domi.in consil.73. quia subtiliter. Probus.

b 2 ¶ Subiectū. Quo deficiente* pereunt qualitates.arg. tex.in.l.qui in prouinciam.ff.si cert.pet.z.l.decē.ff.de verbo.obligat.in quocūqz enim actu debet prius constare de subiecto vel qualitate:aut alio quod est fundamentū act9 vel iuris.l.hec aūt.ibi liquereqz pretori.ff.ex quib. cau. in possessio.ea.no. Barba.cōsi.xlvij.nume.xxvj.volu. primo. Probus.

c ¶ Secūdum quid. Dic q tale scdm quid/non est proprie tale.ff.de lega.iij.l.hoc legatum.vbi bonus tex. Docto.in l.serui electione.§.fi.ff.de lega.j.refert Albert.de Barba. in repe.l.si pater.C.de insti.z substi.carta mihi.viij.nume. lxxviij. Cōtra istud vide tex.in.c.imitare.vj.q.j.vbi Prepo.dicit.in prin. Not.q* 3 imitatio satis dicitur fieri de aliquo/licet non ex toto fiat/sed secundum quid.

¶ Pro intento vide que tradit Alexand. in consi.cxx.col. prima.omissis.volu.ij.vbi dicit post Bal.in rub.ff.de rer.diuisio.q licet riparum fluminis vsus sit publicus.l.riparū. ff.de rer.diuisio.tamen illud est verum scdm quid / scz vt ibi naues ligētur ad ripas/vel vt ad arbores sicētur rhetia et similia. in ceteris autem secus : vt ibi comprobat. Probus.

d ¶ Ex quibus liquet. Hāc conclusionem ante Jo.Mo.firmauit glo.in.l.id quod est nostrum.ff.de reg.iur. quam ibi sequitur Decius.in ver.z concludendo.vbi adducit Joā. Mo.z Joan.And.hic pro eius confirmatione/dicens:q si quandoqz contrariū reperitur illud videtur procedere in casibus specialibus/qui habent particularem rationem et hoc modo procedit tex. in.l.j.§.domini appellatione.ff.ad sillēya.ibi: domini appellatione pro parte dominiū ptineri dicendū est:quia in illa materia (vt occasio delinquēdi remoueatur)fit larga interpretatio:vnde etiā ibi fili9 viuente patre:dñs reputatur.tex.z ibi docto.in.l.in suis.ff.de libe.z posthu. ¶ Predictam conclusionem firmat idem Jo. Mo.in.c.cum in illis.s.de preben. Probus.

e ¶ Fauore matrimonij. Eundem fauorem prosequitur Jo. Mo.in regula/non firmatur.de reg.iur.aliū fauorem matrimonij.vide per Fely.in.c.nōne.de psum.col.ij.ver. fal- 4 lit.ij.nu.viij.dum dicit q fili9* tacēs z psens obligat ex matrimonio ptracto p parētes.c.vnico.s.de despon.ipub. z illud facit etiā fauor parentū:z hoc nisi constaret filium vel filiā ob reuerētiā tacuisse:quod nota. Probus.

f 5 ¶ Fauorabilior. Merito* cuius ab omnibus reperit dulcis/put vidim9in pueris qui licet sint sub duplici iugo/paterno/z sacris vinculis eosqz pater plus diligat qz seipm. l.isti quidē.ff.quod met.cau.dixi.s.in rub.de renūci.tamē quotidie allegant illud vulgare Esopi. Non bene pro toto libertas venditur auro. ¶ Placet etiam beluis dulcis ipsa libertas/ qd patet in auib9.qz licet eas habunde nutriamus in receptaculo:nec ab eis exigat aliud/nisi qd cantēt:diffugium tñ quotidie querūt: lz postqz euaserint qnqz magna inopia/z fame laborēt. ¶ Et dic in pposito q 6 illud* qd est introductū seu inductū in fauorē libertatis extenditur ad alias dispositiones factas ad pias causas:vt per Bar.in.l.si vnus.C.de testa.z in.l.pxime.§ nomen.ff.de his qui in testa.delen.z in.l. Titio v suffr.§.j.ff. de condi.z demon. Bal.in.l.ij.z in.l.penul.C.de fideicō.li- 7 ber. ¶ Facit.qz fauor* ecclesie z fauor libertatis equiparātur.voluit Bal.in.l.j.§.in primo.col.fi.C.de cadu.tollē.

¶ Intantum tangit Roma.cōsi.ccxxv.sub nu.v. quo ad primū.z Alex.consi.cix.col.iiij.plura narrata.volu.vj.quē vide in simili in cōsi.xxj.nu.ix.attentis.volu.iij.de patria 8 ptāte.* que dr ius inestimabile.l.filiussa.§.scdz vulgare. de leg.j.z.l.j.C.de ingrati.liber. Hec enim emācipatio dicitur esse donatio ex simplici liberalitate:nō ob causam.l. fi.in ver.liberaliter.C.de emanci.libe.

¶ Itē iuxta premissa dicit idē Alex.in cōsi.lxxvj.nu.xiiij. pōderatz.volu.iij.q dispositio facta fauore libertatz dr eē dispositio ad piā causam.l.j.vsi.fi.in ver. rōne pietatis.C. de pmu.ser.manu.z ibi Bal.z in.d.l.proxime. in fine.

9 ¶ Et dic q̃ appellatiõe * libertatis/oĩmoda libertas cõti netur.l.cũ venderes.ff.de actio. emp. hinc est q̃ res q̃ non potest alienari sine licentia alterius: non potest dici ꝓprie libera: seu feudũ liberũ/ sicut dicimus de colonis ascriptitijs ⁊ censitis/ q: qñ nõ possunt se trãsferre de loco ad locũ/nõ dicũtur plene liberi scd̃m Bar.qui ita declarat in.l. fina.§.Idem rescripserũt.ff.ad municipal.⁊ tñ aliquãdo dicũtur liberi.l.cũ scitis/⁊ ibi Bar.C.de agrico.⁊ censit.lib. 16 xi. ¶ Uidemus etiã q̃ res* obligata vel ypothecata creditori non dr̃ libera.l.ex predijs.C.de euictio. Bal. in rub. de contrahen.emptio.no.Areti.in consilio.xliij. col.prima/ viso ⁊ diligenter considerato. Probus.

g ¶ Sed antiquũ. Uide ꝓ hoc que dixi in.c.volentes.§.de priuileg.⁊ vltra que notat Domi.in cõsi.lxxij.ver.contrarium/credo quia punctus. Probus.

h 11 ¶ Fatue. Dic fatue * agere dicit̃ qui ignem conatur extinguere sulphure. Probus.

i ¶ Ne assumantur. Uide q̃ in ꝓposito in marga.face.lego: in electores prelatoꝝ hoc nr̃o tẽpore moderno: id faciũt q̃ lupoꝝ emptores/e quibus cuz vnus emere vellet vẽditor inquit/amabo eum qui melior est: mihi eligito.respondit si 12 vnus bonus est ⁊ reliqui: sic in electionibus prelatoꝝ* parũ refert quis ex collegio(vbi oẽs inepti sunt) in ep̃m eligatur. Itaq̃ operã frustra terunt bonũ inquirendo in tali cetu. ¶ De talibus prelatis meminit Prepo.in ca. sit rec 13 ctor.col.ij.dist.xliij.ibi quibus * assimilatur prelatus dic q̃ assimilatur cani muto. ¶ Item dicitur leo rugiens/⁊ quasi lupus rapiens predã/vt Ezechi.c.xxij. Item dr̃/ se non oues pascere: sed querere ꝓpria lucra.viij.q.i. c.sunt quidã: ⁊ propter hoc ei aufertur potestas.Ezechi.xxxiiij. ca. ¶ Itẽ dr̃ canis impudicus ꝓpter defectũ regiminis. ij.q. vij.c.qui nec. ¶ Item dr̃ coruus/ꝓpter nigredinẽ peccatoꝝ.ij.q.vij.ca.nõ oĩs. ¶ Item dr̃ porcus.d.xliij.distin.c. in mãdatis. ¶ Item dr̃ rusticus a rusticitate.xlvi.distin. in princip. ¶ Item dr̃ gallus gallinaceus.i.capo q: sicut ille nõ cãtat / ita nec malus prelatus. ¶ Item nõ generat nisi tales quos nõ decet. ¶ Item non pugnat ꝓ subditis. ¶ Itẽ sicut ille nõ vocat gallinas: ita nec iste vocat pauperes. ¶ Item sicut capo se impingat: ita ⁊ malus p̃latus. ¶ Item assimilatur sepulchris gentiliũ in sex: q: luteus ligneus/lapideus/ereus/argenteus/ ⁊ aureus: cetera ⁊ latiora possent dici/ sꝫ taceo/quia charte non debent impleri descriptione vitiorum malorum prelatorum : sed potius gestis sanctorum. Probus.

k 14 ¶ Asini deferrati *. Qui dicũtur solũ hr̃e hũanitatis effigiẽ: q: viris studiosis ⁊ sapiẽtib⁹ verã inesse hũanitatẽ pulchritudinẽq̃ ꝟtutis aũt philosophi. ¶ Hinc Aristippus interrogat⁹/dixisse fert̃: inter doctos atq̃ indoctos: ꝑinde distare vt inter domitos equos/⁊ indomitos/aut q̃rũ inter viuẽtes ⁊ mortuos . ¶ Sic etiã interrogat⁹ Aristoteles quo differrẽt docti ab ĩdoctis/ quo viuẽtes a mortuis 15 respõdit/⁊ certe equidẽ ratiõe id dixim⁹. Nã * q̃ doctrĩa sapiẽtie ꝑditi fuerũt/ viuẽt oĩbus sclis omigenisq̃ tollentur linguis: inextinguibile nẽpe est nomẽ sapientis/atq̃ vis nr̃a nõ in aĩo ⁊ corpe sita est: animi imꝑio corpis seruitio magis vtimur. Alterũ nobis cũ dijs/alterũ cũ belluis 16 cõe est: rectius * tñ videt̃ esse igenij q̃ viriũ opibus gl̃iam q̃rere: cũ ⁊ diuitiaꝝ ⁊ forme gl̃ia fluxa atq̃ fragilis sit virtus clara eternaq̃ habeat̃/intueñdũ ergo nõ est vñ hoĩes veniãt: sꝫ quo eãt: scꝫ de ꝟtute in ꝟtutẽ firme ambulãtes: deus em̃ qui hoĩes gñat atq̃ inspirat/ oẽs pares esse voluit teste ap̃lo/nõ em̃ est acceptio ꝑsonaꝝ apd̃ deũ/eãdẽq̃ viuendi cõditionẽ oĩbus ꝓposuit: ĩmortalitatẽ oĩbus spopõdit/nemo apd̃ eũ seruus: nemo dñs: nemo pauꝑ est/nisi q̃ iustitia indiget: nemo diues nisi q̃ ꝟtutibus plenus est. ¶ Eia igit̃ clarissimi ad Ouidij dictamẽ attẽdam⁹ igeniũ q̃ meũ lõga rubigĩe lesũ/labore poti⁹ cõteri q̃ otio ⁊ desidia cõsumi: restat saltẽ fructus laboris vbi otiũ vitijs alimẽta ministraret. ¶ Hĩc apost. Spũ ambulate/⁊ desideria carnis nõ ꝑficietis: ⁊ Salusti⁹ in Cathilina. Oĩs hoĩes q̃ se studẽt p̃stare ceẗis animãtib⁹/sũma ope niti decet: ne vitã silẽtio trãseãt veluti pecora q̃ natura ꝓna atq̃ vẽtri obediẽtia finxit. Ad q̃ nõ attẽdũt nepotuli ⁊ asini deferrati/ꝓut nec eoꝝ patrui ⁊ auũculi q̃ sunt causa cause sic vtriq̃ fatui ⁊ bestie. Merito sane hic legit̃ apd̃ Ioã. Mo. q̃ tales nõ sunt ꝓ/sed cõtra: subaudi eccl̃iaꝫ/q̃ licet sit eoꝝ mater / ⁊ altrix / bi tñ more ingrati filij in eam totis viribus (etiã in curijs principũ)inuehũt iuxta illud. mala ꝓ bonis ⁊c. Et q̃ edebãt panes meos ⁊c. ¶ Nõ immerito idcirco in ribus cõibus ⁊ gallicanis statutum dicitur sincere/ q̃ beneficia viris literatis debent conferri.

¶ De quodam nepotulo meminit Pau. de Cast. in consil. cccxxxvij. primo queritur. in prima parte. in themate consilij. Is enim nepotulus effect⁹ est abbas Cluniacen. postentia cuiusdã principis secularis eius auũculi: ꝓpter cuius honorẽ in dicto monasterio: suũ põposum fecit ingressum expen. monasterij. ¶ Et pro dicto Io. Mo. possumus audacter adducere qd̃ in simili citat de notarijs Bal. ꝯsi. vi. viso testamento Bart. Lucij. in quarta parte. q̃ nimia imperitia tabellionis destruit mundum: ⁊ ponit conscientias bonorũ virorum in magno discrimine: ita faciũt nepotuli conscientias auunculoꝝ/⁊ aliorum parentum. ⁊ postremo subditorum suorum: qd̃ etiã cõuenit aliquibus nõ nepotulis: quia nõ differt an sint nepotuli aut similes illis: iuuenes/vel senes/magni/vel parui: quia vnũ ⁊ idẽ in male gestis resoluunt. ¶ In proposito dicit Hostien. in. c. grave. in prin. quẽ ibi refert Io. And. §. de prebẽ. q̃ cũ canonici Argẽtinen. eccl̃ie non possent concordare de canonicis creandis: ꝯuenerunt in hoc q̃ quilibet canonicus crearet suum: cũ aũt quilibet noĩaret suũ nepotẽ/vel ꝯsanguineũ: de nobili (persecutorũ ecclesie descendentẽ) sanguine qui dã Romanus canonicus eiusdẽ eccl̃ie: noĩauit asinũ suũ: dicẽs q̃ cum semꝑ fecisset vtilitatẽ eccl̃ie: ⁊ nunq̃ dãnũ. erat omnibus persecutorib⁹ ꝓferendus. ¶ Hinc Bernardus: ep̃s tali nepotulo ꝯmittit duo milia animarũ/cui non cõmitteret duo pira: ⁊ scholares pueri ob sanguinis dignitatẽ ꝓmouẽtur ad eccl̃iasticas dignitates: ⁊ de sub ferula trãsferũtur ad principandũ p̃sbyteris/ letiores q̃ virgas euaserũt: q̃ q̃ principatũ meruerunt. profecto tales asini deferrati ⁊ indocti prelati ꝯparantur idolis ligneis. hinc Hiero. lignũ est argento inuolutum: ⁊ isti sunt tãq̃ chimere q̃ nõ sunt nisi in opinione: p̃lati aũt elegantes in secularib⁹ ⁊ mũdanis/q̃ copiose de illis loquũtur: ⁊ plus q̃ par foret assimilantur simulacris ereis que bene sonant. ¶ Itẽ p̃lati qui frangũtur fortitudine tẽporali / sic q̃ non audent ꝓpter dictã fortitudinẽ agere: qd̃ eos decet iuxta officij ⁊ p̃lature exigentiã ꝯferendi: sunt tales idolis lapideis/non tñ sunt lapis qui debeat poni in capite angulari de quo psal. cxvij. Lapidẽ quem reprobauerunt edificantes/hic factus est in capite anguli. Sunt ⁊ alij prelati qui imitantur simulacra argentea/⁊ sunt illi qui habent in ecclesia ingressum per pecuniã: de quibus Actuum octauo. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Probus.

l ¶ Seruire. Uide Domi. in consi. j. col. iij. vbi istud dictũ satis comprobat. Ultra eum attẽde ad Arch. in. c. si ꝓpter. 17 col. iij. §. de rescrip. q̃ si legaui * seruo meo libertatem si triennium seruierit heredi meo : ⁊ impeditus infirmitate nõ seruierit aliquo tempore/puta anno: nõ tenetur supplere seruitiũ in futurum.

¶ Uide que diximus in. c. primo. versi. ⁊ quia materia. §. de cleri. non residen.

¶ Istud vltimũ firmat do. Steph. Bertran. ꝯsi. cclxxxiiij. col. ij. viso ac considerato. In prima parte / vbi alia subdit 18 similia q̃ si ep̃o * concessi fuerunt fructus beneficiorũ primi ãni: ⁊ chrismate vel tempestate perierunt: non propter hoc ep̃s habebit fructus secũdi anni. Archi. ⁊ Domi. post eum. in. c. si propter. §. de rescrip. hoc lib.

¶ Datur simile. nam si emi a te iactum rhetis: ⁊ tu nihil ceperis in primo iactu: ego nihil petere possum : vel cogere te ad secundum iactum. l. nec emptio. ff. de contrahẽ. empt. ⁊. l. si iactum. ff. de actio. empt.

¶ Ad idem q̃ si testator leget fructus qui nascẽtur primo anno/⁊ nulli nascãtur nullos habebit legatarius. l. cũ certis. ff. de vino/tritico/⁊ oleo lega. l. secunda. ff. de annuis legã. Probus.

m ¶ Gaudebit. vide que dixi in. c. j. in ver. assistentes. §. de schisma. ⁊ Pau. de Cast. consi. cccxl. quod exordit̃ premissis allegationibus. in prima parte. Probus.

De regulis iuris, Rubrica.

¶ Summarium D. Ioannis Mo. Car.

1 Regula iuris constituitur ex multis. Iuribus particularibus cõstitutis in idem tendentibus.
2 Regula cum habet instãtiam seu exceptionem: in illa perdit officium suum firma ipsa manente in alijs
3 Regula fit firmior propter exceptionem.
An exceptio contineatur sub regula: vide hic.
4 Solius incomplexi est diffinitio principaliter.
5 Regula iuris est: vt hic legitur.

¶ Summarium Domini Philippi Probi.

1 Proemium venit tanq̄ causa finalis consyderādum.
Ex verbis proemij colligitur mens disponentis.
2 Secundum principium: posterior formatur euentus.
3 Ex titulo libri: declaratur quomodo omnia inde secuta intelligi debeant.
4 Ad prefationes & proemium recurrimus: vt habeamus voluntatem disponentis.
5 Exceptio declarat regulam/prout & firmat.
6 Exceptio duplicem reperitur habere virtutem vt hic.
7 Exceptio nō excludit similes casus ipsius exceptionis.
Licet dictio taxatiua habeat excludere: non tamen excludit similia.
8 Qui habet regulā p se: dicitur habere fundatā intētionē.

Otus iste liber sextus in sex partes diuiditur: in proemiū a & tractatū. s. de sum. trinita. & fide catho. & epilogū/vt hic: nā * multis iuribus particularibus cōstitutis in idem tēdentibus ex his regula iuris cōstituit: q̄ cū constituta est: ius est: sz añ ex iure als ↄstituto pcedit. ff. eo. ti. l. j. ¶ Tractato igit de iure/ nūc sequūtur iuris r̄le ex iure alias constituto elicite. Et regula * cū habet instātiā seu exceptionē b: in illa perdit officiū c suū. ff. eo. l. j. in fine/firma ipsa manente in alijs: auten. de non alienand. §. vt autem lex. colla. ij. & etiam firmior in alijs/propter exceptionē. arg. ff. de fundo instr. l. quesitū. §. denique neratius. ¶ Sed queritur an exceptio * cōtineatur sub regula/ & dic q̄ continetur: sicut pars sub toto. Quia nihil ab aliquo excipitur: nisi contineatur sub eo. Et qñq̄ exceptio artat id a quo excipitur: vt sit eius immediatū indiuiduū. ff. de penu lega. l. nā qd liquide. §. fina. ¶ Dic tñ q̄ aduersa est attributio regule & exceptionis: respectu terminoꝝ regule/vt no. s. eo. c. j. per quod pone exēpliū regule iuris. ¶ Quid autē sit regula d & ius/& vñ dicat: habet. iiij. dist. regula/& de iusti. & iure. ff. l. j. vñ regula iuris. i. regula iuridica: sicut dr̄ capa socratis. i. socratica. ¶ Et solius * cōplexi est diffinitio principaliter: incōplexū tñ impfectū habet diffinitionē iūgēdo diffinitiones partiū cōplexi impfecti ꝑm philosophū: Vbi gra/aliquis vult diffinire hoiem albū: videat partiū diffinitiones/& eas simul iūgat: homo est aīal rationale mortale: albū est disgregatiuū visus: & scdm hoc dic/q̄ regula iuris * est distortum prauum quia corrigens: bonū & equum breuiter comprehendens. Joan. Mona. Cardi.

cauere. ⁊. j. que. j. cum omnis: ⁊ dixi signanter factum om-
nino liberum protestationi aduersum: protestationem ip-
sam tollere secus si non esset liberum/ vt quia metus inter
uenisset. s̄. ꝙ met. cau. c. j. aut voluntas superioris que fa-
ctum protestationi contrariū immiscuisset: vt. xxviij. disti.
diaconi. ⁊ istis duobus casibus factum contrarium prote-
stationi protestationem non tollit: nec est mirum: quia di-
ctis casibus facientes/ faciēdo magis vidētur pati quam
agere.

60 Sed quero vnus * protestatur/ ⁊ aduersarius in con-
trarium/ vt quotidie fit: nunquid secunda protestatio tol-
lit primam. ⁊ videtur ꝙ sic. ff. de liber. agno. l. prima. §. de-
nunciare ⁊. §. seq. Sed contra videtur: q2 licitum est cuiq;
vt vult rei sue legem imponere. ff. de solu. l. j. ergo ⁊ pro-
testari super ea.

Solu. cum protestationes hinc inde fiant/ aut est actus
communis vtriusq; protestantium/ ita ꝙ directo inter est
vtriusq;/ ⁊ hoc casu secunda protestatio tollit efficaciam
prime: vt. d. l. de liber. agno. aut non/ ⁊ hoc tripliciter: quia
factum super quo fiunt hincinde protestationes est princi
paliter pro protestatione primo aut econtra aut est dubiū
primo casu protestatio prima non eneruatur: verbi gratia
reus protestatur ꝙ si aliquid dicat que sapiant litisconte
stationem litem non vult haberi pro contestata actor in cō
trariū/ per istā secundā non tollit prima. Et cū verbaliter
contestationes fieri possint animo contestādi litem/ ⁊ ani
mo informādi iudicem/ ista verba ambigua (que sunt pri
cipaliter rei) potest ipse reus per suam interpretari prote-
stationem: arg. ff. de pac. iur egentium. §. quod fere. ⁊. ff. de
iudic. l. si quis intentione.

Sed secūdo casu ⁊ tertio protestatio sequens tollet ef
ficaciam prime. argu. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter
§. si quis: in primo ⁊ in istis potest esse ratio: in re commu-
61 ni * regulariter melior est conditio prohibentis. ff. cōmu-
ni diuidundo. l. sabinus. ⁊ de cura. furio. l. consilio: in fine/ ⁊
ob hoc vbi factum est commune: seu etiam principalius in
terest protestantis secundario/ in contrarium seu vbi est
dubium cuius intersit principalius: prima ꝓtestatio nō ha
M bet effectum consensu [m] aduersarij non vestita.

Item primus protestans videtur impetere/ secundus
defendere ⁊ ob hoc re dubia: secundo protestanti magis
est insistendum: vt. s̄. de proba. ex literis. ⁊. s̄. eo. c. cū sunt
62 sic etiam vbi factū est cōmune cum proniora * sint iura re
is q̄ actoribus. ff. de actio. ⁊ obliga. Arrianus. ff. de reg.
iur. fauorabiliores. Ergo multomagis vbi principalius
interest secundo protestantis: secunda protestatio primā
eneruabit.

Vltimo queritur. Pone, in termino peremptorio dato
ad ponendum/ vel articulandū aut alias protestatur dans
63 positiones vel articulos q̄ articulos * datos possit de-
clarare/ diminuere/ interpretari/ corrigere/ immutare: ⁊ no
uos dare: si ad eius noticiam peruenerit: an protestatio
hec valeat: respondemus: dicta protestatio est vtilis quo
ad declarationem. argu. ff. de acquirē. rer. domi. l. adeo. §.
cum quis. in fine ⁊. ff. de testa. l. heredes. §. quo vero quis
obscure.

Idem dico quo ad interpretationem. ff. de iudic. l. si q̄s
intentioni: ⁊. s̄. de accusa. c. cum dilectus.

Quidam tamen distingunt in predictis; aut in princi-
pio: medio vel fine fuit declaratio: vel interpretatio: vt
no. s̄. de restit. spolia. cum ad sedem. Sed quo ad diminu-
tionem distingue: aut est ius quesitum ex narratione arti-
culi parti aduerse; ⁊ tunc non licet diminuere quatenus
facit pro aduersario in autenti. de his qui ingrediun. ad
appellan. §. illud. colla. v. ff. deposi. l. publia. §. fi. ⁊. l. j. §. si rē.
verbi gratia: appellat quis obijciens in personam vel for-
mam: ⁊ articulat super hoc: vult detrahere hos articulos:
dico ꝙ non potest in preiudiciū appellati: q2 appellato ex
dicta articulatione accrescit ius/ scz ꝙ alia non pōt propo
nere appellans. arg. s̄. de elect. ab eo: nisi prout dicit con-
stitutio: vt circa aut non facit pro aduersario/ ⁊ tūc potest
tollere: quia hoc casu solus fauor articulantis versatur: si
mili modo dico in eo qui vult mutare vel corrigere distin-
guendum.

In eo vero qui vult articulos nouos dare post perem-
ptorium pretextu protestationis antea facte: videtur di-
stinguendum: aut articuli de nouo positi non sapiunt cri-
men vel defectum: aut sapiunt/ primo casu: siue articuli de
nouo positi sint post terminum peremptorium nati vel no
possunt admit-
ti: ⁊ de hoc constat/ saltem per iuramentum: possunt admit
ti. s̄. de exceptio. pastoralis. ⁊ de offi. delega. insinuāte. ar-
ticuli presertim si de facto in articulis contento compete
ret ius agendi ex natis post peremptorium: quia in illis
64 etiam sententia lata * non obstat. ergo minus perempto
rium obstabit. arg. ff. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eandē.
Sz in notis post terminum peremptorium distingue/ aut
post huius terminum restat cognitio: ⁊ tunc dic vt prius:
aut non restat cognitio: vt quia est ꝯclusum: quo casu non
est cognoscere/ sed cognitum esse: ⁊ tunc non admittitur/
⁊ hec est ratio. Est enim ꝙ isti imputetur qui ante iudiciū
preparare debuit iustitiam ⁊ diligenter inquirere.

Sed nunquid eadem distinctio habetur in natis: dic
aut sunt nati ex quibus competit ius agendi/ aut excipiē-
di: si excipiendi admittam. si agendi: aut de eo articulabat
actor/ aut reus. si reus: dic vt prius. Si actor/ aut libellum
potest mutare ex causa de nouo orta: ⁊ sic vt prius: aut nō
⁊ tunc non admittam. probat. s̄. de re iudi. abbate sane. nā
valet si dicas valet ad agendum/ ergo ad excipiendum. nā
hec est figura dictionis: hic enim mutatur quid in vbi. Se
cundo vero casu dicit Ber. Compostella: quod non debet
admitti: vt not. s̄. de elect. quod sicut. Cui opinioni assen-
tio in notis: sed non in natis. nam post peremptorium iurs
dilatoria orta potest ꝓponi: vt est litis contesta. dilatoriarū: vt in. d. c. insinuante. secus dico in his que non sunt de
nouo nata post peremptorium/ propter rationes per dictū
B. allegatas. Et est ratio diuersitatis/ articulans potuit

sibi prouidere in notis post articulationem sed non in natis: et ideo sibi imputatur argu. ex. de re iudic. cap. suborta. nec valet protestatio quo ad nota: quia factum peremptorium protestationi obuiat/quod est fortius/vt not. in decreta. ex. de electio. cum Uintonen. argu. ff. de minorib. l. verum. §. finali. Et protestatio dictis casibus est magis voluntaria quam necessaria: predictis igitur tribus modis/generalia 65 specialia non comprehendunt. Regulare * tamen est quod genus speciem comprehendit: sicut totum partem. ff. eo. titu. super specialia/et ex. eo. in toto: et est regulare/ quia tantum facit generale in omnibus/ quantum speciale in singulis. C. 66 de administra. tuto. l. si duo. C. de prescript. 30. vel. 40. an no. omnes/et de quadr. prescript. l. ij. Et verbum generale * est generaliter intelligendum. ff. de lega. prestan. l. j. §. generaliter. ff. de seruit. vrb. predio. si seruitus. 19. distinct. ca. si romanorum. et ex. de priuileg. quia circa: quod autem generale speciem non comprehendat/ hoc facit materia/modus/seu qualitas / et alie circunstantie generale artantes/ vt per instantias supra positas probatur. Joan. Mona. Cardi. et Uicecancella.

a 1 IMperator. Qui * dicitur deus in terris. l. finali. ff. de constitu. princi. l. iubemus nulli. C. de sacrosanct. ecicle. etiam est lex animata in terris in auten. de consuli. §. fina. colla. iiij. et vir prudentissimus circa arma et leges/vt. l. vnum. §. fina. de lega. j. et in b sti. in proe. Probus.

2 Est aduocatus. Dic in simili quod princeps * dicitur maritus reipublice. testatur lucas de penna/ in. l. quicunque. col. iij. de omni agro deser. lib. xj. C. qui hac occasione tenetur illam quantum potest defendere et protegere: et ad ipsius sustentationem respicere/vt habetur in prima consti. C. §. Et ideo: de vtilitate cuius debet primo cogitare. Bart. in auten. de here di. et falcidia/in princip. nume. iiij. col. prima.

Intentum Joan. Mona. comprobat Petr. de Anchara. consi. 277. col. 2. ex predicta/ et consi. 439. col. 3. ex predicta facti narratione/ et hec duo consilia sunt eiusdem tenoris/et Car. consi. 150. nume. 5. allegat/capi. venerabilem. ex. de elect. Pro dicto Joan. Mona. vide Car. idem dicentem in capi. venerabilem. §. obiectioni. nume. ij. de elect. p 3 quo allegatur ipse text. per Jaso. in consi. 95. col. 4. volu. 4. vbi subdit quod quando * ecclesie potestas deficit: tunc imperator supplet patrocinando. Bald. in capi. olim/ ex literis/ de rescriptis. Probus.

c Ecclesie. Que dicitur tutrix et cultrix iustitie. tex. in capitu. ij. in titu. de aliena. feudi. Probus.

d Sed plumbeos. Uide que dixi in capi. frustra. ex. isto tit. et latius in proe. in ver. interiectio admirantis/et Alexand. 4 consi. lij. col. ij. in causa et lite vertente inter Nicolam / volu. vij. vbi late discutit vbi * sit facienda publicatio constitutionis apostolice et imperialis/vbi etiam concludit/quod sola publicatio in curia non sufficit/ vt liget constitutio. allegat glo. communiter approbatam in capi. ij. ex. de constitu. et auten. vt facte. no. constitu. colla. v. tamen consuetudo stat in contrarium/vt videre licet que sustinetur per ipsum Alexan. ibi que si non subsisteret/opinio precedens iuribus fulcitur: ideo tenenda. Probus.

e Boni viri. Et sic secundum tramites rationis et metas equitatis: quod partis non auferatur defensio/ nec iniquum proferatur equo. l. in fraudem. ff. de re milita. Bar. et Bald. in. l. j. eo. 5 alias si concessio generalis non valeret quia * Inuitaret nos ad delinquendum contra. l. conuenire de pact. dotal. et. l. j. §. Ille autem. C. de lati. liber. tollen. et per Cy. in. l. si quis in conscribendo in vlt. q. C. de episcopis et cler. vide Car. latius consi. cxxxix. nu. v. factum tale est Probus.

f 6 Ciuilem modum. Istud facit quod indulgentia * simpliciter concessa intelligitur secundum regulas iuris communis/bonus tex. in. c. dilecto. ex. de verb. signi. et in. c. quam sit ibi iuxta canonicas sanctiones. ex. de iudeis. facit. l. si quando in princip. C. de inoff. testa. quod si imperator dat facultatem testandi intelligitur secundum ius commune: Et ideo talis non potest preterire vel sine causa exheredare filium: alias compet it querela quia non est estimandum principem alii velle preiudicare. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publi. Ita testantur Paul. et Saly. ibi post Angeluz.

Attende hic ad verbum non pernitiosum: Ratio quia non semper intelligitur verbum ad ciuilem modum: sed aliquando secundum aliquas materias consideratur. Hic Petr. de ancha. in repe. c. j. xlvij. char. versi. ego habui in facto. ex. de constitu. quod si testator iussit post mortem quorundam heredum bona deuolui ad maiorem de domo: non intelligitur de maiori nobilitate moribus aut scientia: sed 7 de maiore ratione etatis: quia verba tunc * debent intelligi naturaliter et non ciuiliter. l. fi. C. de his qui veni. etat. impetra. refert Fely. in. c. super eo. el. ij. nu. v. ex. de testib.

In proposito tamen thematis attende ad ea que citat Decius con. 379. nu. vij. consuluit/quod si verba iuramenti 8 sunt indefinita seu etiam generalia: quia * promiserunt partes non contrauenire aliqua ratione/vel causa: debent talia verba intelligi ciuiliter et ab illis verbis generalibus grauius lesio excipi debet. argu. l. creditor. §. lucius. ff. mandati.

Istud possumus comprobare per ea que tradit idem Decius consi. ccclvj. columna. ij. in causa domine/dum dicit quod verba generalia et vniuersalia ac pregnantia restringunt ne quis indebite damnum patiatur: voluit glo. et Bar. ibi in fine. in. l. fina. §. in computatione. C. de iure deliber. et com 9 muniter alij sequuntur. Et subdit quod verba in omnibus * et per omnia/restringuntur secundum ius commune ne quis indebite damnum patiatur.

Pro comprobatione thematis videtur facere quod citat Decius con. 378. nu. iij. viso motiuo: dum dicit statuto dictante quod masculi excludant filiam: debet statutum intelligi si masculi sint heredes: quod comprobat autoritatibus plurimorum: vt videre licet.

10 Ad idem facit quod notat Sozi. consi. 222. col. ij. presens consultatio/quod in dubio * censendum est quod superiores potius voluerint facere actum secundum iuris dispositionem quam contra illam/allegat quod habetur in. c. cum in officiis. ex. de testa. tex. et quod ibi nota. per Bal. in. l. moueor. C. de ser. exportan.

Facit pro themate quod notat idem Sozi. consi. cclxvj premissa consultatio. quod si statuto caueatur quod quicunque possit accusare: intelligitur de habili et non de inhabili: et sic ci 11 uiliter debet intelligi secundum regulas iuris: facit equidem/ quia statutum * reiiciens omnem exceptionem non reiicit effectualiter exceptionem innocentie delicti/seu exceptionem per quam quis intendit dicere et probare se innocentem. Bal. in. l. edicta. C. de eden. et in. l. j. §. Offilius. ff. ne quis eum qui in ius voca. tradit Alexan. consi. xcvij. nu. v. viso. volu. vj. vbi subdit quod statutum dicens quod nulla exceptio possit opponi: non intelligitur reiicere exceptionem fauorabilem/quia debet interpretari sane: ne inducat iniquitatem. c. cum dilectus. ex. de consuetud. argu. l. ij. C. de noxa.

Et sic si statutum disponit quod nulle exceptiones admittantur intelligitur de friuolis/non de legitimis per id quod habetur in. c. ex parte. ex. de offi. delega. et in. l. si mihi Meuia. de lega. ij. prout diximus quod quando dicitur per statutum 12 quod stetur * relationi: intelligitur de ea que est liquida clara et legitima seu idonea: vt in. l. iij. iuncta glo. et ibi no. Bar. de fid. instru. et iure haste fisca. lib. x. C. et. l. ij. §. quod ait. et ibi not. Bal. per illum tex. ff. qui satisda. cogan. l. j. cum glo. et ibi Bal. C. de fid. instru. in quibus locis prefati docto. dicunt in casu fortiori: videlicet quod quando statutum dicit quod contra magnates quelibet probatio sufficiat intelligitur de probatione legitima et idonea: bene facit. l. ij. et quod ibi not. Bart. C. de senten. que sine cer. quanti. et quod not. idem Bar. in. l. prima. in prin. ff. de eden. et in. l. proinde. §. notan 13 dum. ff. ad leg. aquil. vbi dicit quod licet statutum * disponat quod instrumentum habeat executionem paratam: intelligitur si est liquidum et clarum: alias non: vt etiam not. Bal. in. l. apertissimi. C. de iudic. et in. l. cum testamento. C. de testa. manu. tradit Alex. consi. 85. volu. 7.

Pro hoc vltimo facit quod no. idem Alex. consi. 115. in fine. visa scriptura. volu. 7. vbi dicit quod statutum tribuens priuilegium instrumento circa executionem/ intelligitur de liquido tantum. l. fi. C. de compensa. not. Bar. in. d. l. proinde. §. notandum. ff. ad. l. aquil. et in. l. prima. ff. de eden. Probus.

g 14 Ad incommodum. Facit: quia * verba pregnantia et vniuersalia restringuntur/ne quis indebite opprimatur. no. in. l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. in. l. vt gradatim. §. et si lege. ff. de muner. et honorib. tradit Decius consil. 383. in fine. viso puncto. Probus.

h Jus commune ledatur. Uide que no. Alex. consi. 139. nume. 5. viso puncto et copia. volu. 7. Probus.

i Artistarum. De quibus ample meminit sub nomine dialecticorum Lucas de pena. in. l. j. col. iiij. de liber. stud. vrb. Ro. li. xj. C. quem vide propter eorum garrulitates. Probus.

k ¶ Non intelligitur. Pro hoc videtur facere regula quam
15 citat Maria. Sozi. cõsi. 49. col. antepe. q dispositio * generalis circa personas precedentes non refertur ad personas postea specialiter expressas circa idem ius seu circa eandem rem. l. alimenta. §. basilice. ff. de alimen. et ciba. lega. Bar. in. l. Titia. §. q̃ Marcho. ff. de annu. lega. et l. l. que litum. §. si quis fundum. in. ii. q. princi. ff. de fund. instru. alias clausula specialis esset superflua: quod nõ est dicendũ. argu. l. si quando. de leg. primo. et cap. si papa. de priuileg. hoc lib. Probus.

l ¶ Est lis. Adde Car. consi. 65. col. fi. Probus.

m ¶ Personam loquentem: Uide tex. singu. secundum Areti. in. l. si seruum. §. si quis suus. ibi non dicit pretor / q quan
16 do verba * legis imponentis penam sunt scripta in personam: tunc sub predictis verbis non comprehenditur mãdans et fieri faciens: secus si sint scripta in rem. i. impersonaliter. ita Bar. in. l. aut qui aliter. §. fi. ff. q vi aut clam.

¶ Et quod hic diximus de generalitate: idẽ dic de impersonalitate vt non comprehendat personam loquẽtem: seu non referatur quando non tractatur de acquirẽdo ipsi loquenti: vt in auten. si quando. C. de consti. pecu. no. in. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obliga. et in. l. prima. in prin. ff. de hered. instituen. Docto. in. l. fi. §. primo. ff. si certpeta. Alexan. con. cxij. nu. iij. visa copia. volu. vii.

¶ Pro intento Jo. mo. vide Domi. in consi. 36. col. 3. casus talis est: vbi dicit / q licet per clausulam generalem tollantur constitutiones seu ordinationes predecessorum pontificum: non tamen tolluntur constitutiones pape tunc dispo
17 nentis: quia * in generali sermone persona loquentis intelligitur excepta. c. petitio. s̃. de iureiu. et l. qui insulã. §. fina. ff. loca. et l. inquisitio. C. de soluti. Jdeo quotiens papa cõstitutiones seu alias suas ordinationes vult reuocare. de illis facit mentionem expressam. c. fi. s̃. de rescrip. quia non presumitur quẽ sua velle impugnare iudicia: alias notaretur de variatione / inconstantia / et illusione / que reprobantur a iure: maxime in viris ecclesiasticis. cle. vnica. in prin. de renuncia. Probus.

n ¶ In specie. Uide pro hoc tex. sing. in. l. qui iure militari.
18 ff. de iure mili. vbi extat tex. q sufficit * non solũ scientia in specie: sed sufficit sciẽtia in genere. vnde si quis nesciat se habere filium in indiuiduo: tamen si sciat habere filium in genere sufficit: vide Barba. consi. 49. colla. ij. vol. 4. Probus.

o ¶ Uiuentis dixi. s̃. in cap. vt animarum. in prin. de cõstitu. Probus.

p ¶ Ratio ibi. Dic q stylus Bar. deprehenditur quando hoc modo dicendi non est vsus: notat Alexã. in consi. 5. in fi. visis actis. volu. ij. Probus.

q 19 ¶ Sed culmen. * Non tamẽ supremum: sed papatus. Fely. in rub. de rubric. de maior. et obedien. sub. nume. 9. in fine. et istud culmen et cuiuscũq alterius potestatis dicitur quedam tempestas mentis: iuxta illud Aug. Uincula huius mundi veram habent asperitatem: sed falsam iocunditatem: certum habent dolorem / sed incertam voluntatem: durum habent dolorem / sed timidam quietem.

20 ¶ Hinc Hiero. Ois * amor terrenus fumus / spuma / somnus / fumus quia obscurat / spuma quia inflat / somnus quia grauat / et Bernardus: beatus qui postea non abijt que possessa onerãt / amata inquinãt / amissa cruciant / et idem B. Si sapis / si cor habes / si tecum est lumen oculorum tuorũ desines sequi / quod miserum est assequi. Archi. in cap. nerui. 13. distinct. ¶ Et sic papa est culmen episcoporum et ceterorũ / quos intellectus imaginari potest: et cui data est clauium plenitudo et summa et libera potestas / absoluta ab omnibus vinculis / et ab omni regula artatiua. Bald. in. l. rescripta / col. ij. C. de precib. imper. offi. refert Decius consi. 498. nume. 29. viso casu / vbi subdit q papa potest omnia facere que deus potest (claue non errante) quia ipse nõ puri hominis / sed vicem dei gerit in terris / capitu. q̃to. s̃. de transla. prela. et ipse est successor Petri / et vicarius Christi / capi. licet. eo. titu. dixi. s̃. in proe. in versi. interiectio admirantis. Probus.

r ¶ Transitus. Uide ad hoc Joan. Mona. in capi. veniens /
21 in princi. s̃. de verb. significa. q * in habentibus simbolũ vel conuentum est facilior transitus / et Paul. de castro / cõsi. 187. nume. 2. notãdum est in. ij. parte dicit idem q in habentibus simbolũ facilior est trãsitus q̃ in nõ habentibus l. sed cũ bonorũ / et ibi no. ff. de bono. posse. Probus.

s ¶ Uerisimilius. Adde id quod dicitur cõmuniter / q ser
22 mo * noster debet aptari et congruere rebus sensatis et intellectui fruentibus: tex. in. l. si ita quis / in fine ibi / q nemo sanus probabit. ff. de euict. citat Bald. in rub. de probatio. C. in princi. et in. l. j. C. de ser. fugi. Barba. consi. xlix. sub nume. vj. vol. iiij. et in consi. lxxxij. eo. volu. in fine / consi. dicit / nullum magis mentis nostre testimonium q̃ qualitas inspecta verborum: est enim cor / lingue imperator: et voces sunt signa eorum que sunt in anima passionum note / scd̃m Philosophũ. Jdem Barba. consi. lxxxviij. col. ij. volu. iiij.
23 vbi dicit q illud quod nõ est verisimile * est fallitatis imago. l. milites. §. oportet. ff. de questio. Jta dicit Bald. in. l. j. C. de ser. fugi. referens in facto apud Franciam fuisse cassatam quandam inquisitionem in qua inquirebatur cõtra dñm qui ad mãdatum famuli delinquerat / quia vt non verisimilis fuit lacerata talis inquisitio.

24 ¶ Et ideo iuuene dormiente * cum iuuẽcula magis creditur testibus dicentibus eam corruptam quam dicentibus eam virginem / ideo iura dicunt standum esse testibus dicentibus id quod est verisimile. c. licet causam. s̃. de probatio. c. quia verisimile. s̃. de presump. l. non est verisimile. C. de eo q met. causa. l. ob carnẽ. §. i. ff. de testib. et c. preterea. s̃. eo. titu. quodq genus arctatur ad speciem magis verisimilẽ dixi. s̃. eo. ti. in reg. scieti. nu. xii. et Angel. consi. 235. in fine pũctus est. Albertus. q nõ est verisimile donatorẽ qui ad corpus donatarii fuit affectus et affectu motus donauit plus dilexisse corpus donatarii q̃ aiam / que est oĩbus p̃ferenda. l. fi. C. de sacrosan. eccle. dixi. s̃. in. c. q̃uis in ver. sed quid in foro conscientie. de preben.

¶ Cum premissis concordat Maria. Sozi. consi. cvii. col.
25 penult. cor mundum. Nam non verisimile * non venit presumendum. l. non est verisimile. ff. q met. causa Bal. in capi. prio. §. si qua de feudo gardie ratio. quia presumpti o abhorre t irrationabilia. Bal. in. c. i. §. si vero vassallus q̃d sit inuestitura.

¶ Hunc Compo. et alii. in. c. causam. s̃. de rescrip. q̃si papa
26 * mandat alicui beneficium conferri non obstante alteri facta dz ĩtelligi d̃ collatiõe inualida / nõ autẽ de valida: per quã ius esset alteri quesitum: firmat Jason in. l. fina. ff. de constitu. princi.

¶ In proposito dicit Roma. consi. 436. numero. ix. quod indultũ / q generalis clausula ad non verisimilia non extenditur. c. secundo supra de deci. hoc libr. et ff. de pigno. l. obligatione.

27 ¶ Item verisimile * tollitur per magis verisimile. l. si quis adulteriũ. C. de adulter. hinc Bal. in. l. non ignorat col. j. C. qui accusa. non poss. q conscientia iudicis quando est magis causata ab indicijs proxime veritatis rato magis est validior / et q̃to magis indicia sunt a veritate remota tanto debilior est. l. ob carnen. §. si testes in versi. proximiora. ff. de testi. refert Calca. consi. lxj. nu. iiij. ventura.

¶ Et sic habes clarum quod in probationibus attenditur quod est verisimile Decius consi. 272. colum. penult. versi. preterea / viso processu. Joan. mona. in. c. primo sub numero secundo. s̃. de confes. firmat Sozi. consi. 253. colũ. secunda versi. secundo etiam clare in causa D. Joan. Frãcisci. ¶ De testibus non verisimile deponẽtibus / vide que tradit. d. hippoly. de Marsi. cõ. 32. in fine Alex. con. ij. col. penul. vol. vij. Probus.

t ¶ Unam personam. Uide Car. consi. ciij. columna. iij. in simili. Joan. Mo. in. c. deliberatione: in prin. s̃. de offi. leg. dixi in. c. cum in illis. s̃. de preben.

28 ¶ Et dic q * quando fit mentio de persona. vniuersitas: vel collegium non comprehenditur: vt per quam ample comprobat Calca. in consilio primo: columna secunda: et sequen. quem ibi vide pro his que in sequẽtibus dicit Jo an. mo. hic. Probus.

29 v ¶ Non comprehendit. Dic in simili q in generali * dispositione / odiosi et inimici non comprehenduntur. l. lucius. §. lucius titius. ff. de lega. ij. vbi Bart. post Di. per illũ textdicit / q si testator reliquit alimenta libertis nonvenientis liberti expulsi de domo / quia presumuntur odiosi / vide Decium consi. 286. col. 2. in causa cõmunitatis. Probus.

x ¶ Existens cardinalis. Intellige sancte Romane ecclesie ad differentiam aliarum ecclesiarum que habẽt dignitates
30 illas ex priuilegio / vt est Rauennaten. et Compo. Omne * enim annalogũ pro suo famosiori stat significato: facit glo. in capi. pudor. 32. questio. 2. q si fiat commemoratio regis simpliciter / non intelligitur de rege Scacorum / de quibus meminit glo. magna in. l. error. C. de iur. et facti igno. dicẽs q melius videt qui ibi assistit / q̃ lusor.

¶ Hinc reperio aliqua iura / que cum de cardinalibus Romana. intelligant / solum loquuntur sub expressione huius nominis Cardinalis / absq alia adiectione / vt in capi. si quis.

el.2.& in cap.nullus.79.distinct.cap.vbi.§.hoc sacro.s.de elect.hoc lib.& cle.ne Romani.§.porro/eo.titu.

¶Preterea dic q hic Joan.Mona.& in glo.sua in extrauagan.excommunicamus/in verb.clericos/ibi sed forsan nō est mihi credendū que pro me dixi:fatetur se cardinalem. Ista enim est vox cōmunis apud nos q ipse * Joan.Mona.fuerit Cardinalis sancte Romane ecclesie/presbyter tituli sanctorum Marcellini/& Petri legatus Auinionen. de Ambianen.diocesi oppidi de Crecy/ortus de paupere regno/& filius Fabri ferrarij a soleis: in cuius comprobatione adhuc extant(vt ita dixerim)in armis(vt etiam his verbis Gallie vtar)tres claui:liquet in vestibulo collegij Parisien.vulgariter le college du cardinal le moyne nuncupati:cuius fundator dicitur/fuit quippe Romane curie vicecancellarius/vt ipse testatur in capi.is cui.in fine.s.de senten.excom.& auditor causarum rote in capit.cum in illis.s.de prebend.dies enim suos in humanis ipsum Joan.Mona.lego egisse tempore Cy.meminit Joā.de Ana.in capi.ad falsariorū/col.fina.s.de crimi.falsi ibi inter alia verba Cy.qui dicit se audiuisse a Joan Mo. Probus.

¶Non est perinde.Istud non procedit in reintegratione ob delictum impetrata: quia * tunc reintegratus habetur/perinde/ac si delictum non commisisset.nota.per Andre.de Iser.in capi.primo.§.preterea/si vassallus/col.antepenul.versiculo/in titulo/quid sit princeps/in ti.que fuit prima causa bene.amitten. Cuius doctrinam refert Decius/consi.ccccxlv.col.penul.in casu.quē vide ibi/& que dixi s.in rub.de restitu.in integ.nume.vij. Probus.

¶Ad concessum.Pone exemplum in legitimatione facta per imperatorem cū clerico/que dicitur dispensatio. Quia solum intelligitur quo ad temporalia/:non quo ad spiritualia/licet generaliter sit facta:& dicitur fieri quo ad quedā:& quo ad quedam non:deficiente potestate.

¶Idem dic in papa legitimante aliquem in terris imperij:quia eius legitimatio respicit solū spiritualia. Docto.in capit.per venerabilem.s.qui fil.sint legi.Paul.de cast.cōsi.34.col.ij.sup primo dubio/in.ij.pte. Probus.

¶Sufficit.Secus si a potestate iuris dependet: quia hec protestatio nihil operatur.l.alimenta.C.de nego.gest.& capitu.cū.M.s.de cōsti.citat do.meus de Ripa.ij.lib.respō.capi.xxix.col.iiij. Probus.

¶Dic q non.Uide de protestatione fienda corā papa per Domi.in cōsi.xlij.col.iij.quia reuocatur/vbi dicit q si * copia pape non potest haberi debet protestari ad cameram pape coram hostiario & tabellione/glo.in ver.proposita in fine/in capit.cupientes/in.§.q sit per.xx.s.de electio.hoc lib.& ibi ante glo.Joan.Mona.nu.lvj. Probus.

¶Contra feminā.Adde quid de protestatione contra pupillum facta/per Maria.Sozi.cōsi.cvij.col.pe. Probus.

¶Ad agendum.Uide Decium consilio.clix.col.prima/et secūda/casus qui proponitur/& que diximus in cap.si eum in ver.conclusione.s.de prebend. Probus.

¶Dic contra.Uide in simili Joan.Andr.in capi.ea/circa finem.s.de his que fiunt a prela.ibi alias si post institutionē veniret contradictor tarde veniret.Idem Car.ibi.col.iij.allegant/capitu.ex literis.& capitu.ex consultationibus.s.de iure patrona.Idem Petr.de Anchar.ibi nume.ix. Philippus Probus.

¶Exceptio.Uerum si sit verisimilis/alias si non sit verisimilis & sit calūniosa non est per iudicem admittenda/text.in cap.super hoc.s.de renuncia.& hoc ibi colligit do.Antho.tex.in.l.satis aperte.C.de fal.no.in capit.quia verisimile.s.de presumptio.Barba.in consilio.xxxviij.col.vj.in iiij.volu. Probus.

¶Satisfaceret.Id facit ad id quod fit sequestratio verbalis:quia est intentatū possessorium quod de sui natura includit sequestrum/& illud fit si realis non appareat in executione prompta/quid autem importet noscere/non fecit taliter omni nationi. Probus.

¶Lucen.Istud fuit preter ius/& sic prescriptibile.s.de ver.signifi.abbate:secus si contra ius.s.de elect.messana.in simili citat Compo.in capi.cum dilectus.s.de consuetudi.col.prima. Probus.

¶Negligendo.Istud sepius apud prelatos frequentatur qui pro maiori parte querunt lanam sine pelle/his enim non conuenit illud vulgare/res tua te reperit argum:res altera cecum. Probus.

¶Iure cōmuni.Super quo * episcopus fundat intentionem suam in his que sunt spūalia/sed quo ad census percipiēdos & silia tpalia:secus.c.cū venerabilis/in fine.s.de excep.Car.cōsi.118.in fine/quod incipit/monasterium sancti Juliani. Probus.

¶Facto.Dixi.s.in.c.is qui.de homici.in princ. Probus.

¶Consensu.Expresso vel tacito: quia * in protestatione videt ita operari tacit9 q expressus: pro hoc habeo glo.in.l.si fideiussor.in ver.recusare.ff.qui satisda.cog.que signanter voluit q si tu apud me fideiubes pro Sempronio desistēdo in iudicio coram tali iudice.& protestor tibi q nō intendo q vtaris priuilegio declinandi forum tibi cōpetēti/et tu taces q videris consentire/& priuilegio renunciare:ita citat Fely.in.c.nōne.nu.xvij.s.de psumptio.istud firmat Panor.in.c.cumana.s.de electio.vbi dicit huiusmodi glo.notabilem ad hoc q * protestatio que dependet a voluntate protestantis facit preiudicium ei cui fit per tacitum consensum.

¶Pro intento allegat Fely.glo.in ver.cōsenserint.in.l.si.§.item si predixerit.ff.nau.caupo.stabula.& tex.in.c.j.xvij distin.&.l.j.§.pena.cum glo.in ver.denūciauerit.ff.de libe.agnoscen.dum dicit quod non improbat/probat.ff.ad Macedonia.l.filiusfa. Probus.

¶Bonifacius Octauus. Regula.lxxxij.

Qui contra iura mercatur, bonam fidem presumitur non habere.

Ui contra iura.Pone casum.C.de agricol.& censi.l.quemadmodum.in fi.Pone etiam casum vbicūq iuris ignorantia non excusat.vt not.s.eod.ignorantia.Jo.Mona.Card.

¶Bonifacius Octauus Regula.lxxxiij.

Bona fides non patitur vt semel exactum iterū exigatur.

Ona fides.Pone casum.ff.de tabul.exhib.l.locū.§.condēnatio.&.C.de penis.l.omnes.et dic vt.ff.eo.l.bona fides non patitur.Jo.Mo.Car.

¶Bonifacius Octauus. Regu.lxxxiiij.

Cum quid vna via phibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

Um quid.Pone casum.s.hoc lib.de cleri.cōiuga.c.vno.§.j.&.s.hoc lib.de elec.auaritie.ff.de bon.liberto.queritur.et l.qui in seruitutē.&.s.hoc lib.de cleri.coniuga.§.clerici.

¶Et hec est regula intelligenda:quando in vtraq via iure cōmuni inceditur:qr tūc prohibita vna/prohibetur et altera.Sed si processi in vna via iuris cōmunis:equitas naturalis habet vt pacta seruētur.ff.de pact.l.prima.§.respon.tamē iure speciali potest peti quod denegat ius cōmune.vt.ff.de minori.l.j.§.respō.Joan.mona.Cardi.

Amen iure.Quod licet aliquid nō permittatur directo sed prohibeatur:tamen permittitur quando venit in cōsequētiam necessariā alteri9 actus pmissi.no.in.l.j.in princi.cum ibi no.per Dy.& Bar.ff.de auto.tut.&.l.si vnus.§.illud.ff.de pact.Cy.in.l.iij.C.de iudic.tradit Alexā.cōsi.clj.nume.xij.viso themate suprascripto & statuto Ueronensi.lib.vij.& consi.ccxx.volu.vj. Probus.

ℭ Bonifacius Octauus. Reg.lxxxv.

Contractus ex conuentione legem accipere dinoſcuntur.

Contractus. Pone caſum in contractibus.ff.de poſiti.l.prima.§.ſi conueniat.
ℭ Item in iudicialibus. ff.de re iudica. l.ſi conuenerit/ꝛ.ſ̄.de re iudica.cum inter vos/ in fine/ ꝛ dic vt.ff.eo.contractus. Ioan.Mona.Cardi.

ℭ Bonifacius Octauus. Regu.lxxxvj.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare.

Damnum. Pone caſum hoc libro de prebend.ſi clericus.ff.de procura.l.qui proprio.§.procurator.ver.penam.ꝛ.ff.pro ſocio. l.ſi duobus.§.penulti.ꝛ vlti.ꝛ.l.ſequē.ꝛ dic vt.ff.eo.tit. l. quod quis ex culpa. Ioan.Mona.Cardi.

ℭ Bonifacius Octauus. Reg.lxxxvij.

Infamibus portę non pateant dignitatum.

ℭ Summarium Domini Ioannis Monachi Cardinalis.

1 Fama eſt illeſe dignitatis ſtatus.
2 Opinio promouendi in nullo debet vacillare.

Infamibus, Pone caſum.C.de dignitatibus. l.neq̧ famoſis/lib.xij. lxxxj.diſtinct. tantis. Daniel.ſ̄.de accuſatio.omnipotēs. Et eſt ratio eſtimatio ſeu fama* [1] eſt illeſe dignitatis ſtatus.ff.de var.et extraordi.cognitio.l.cognitionū.§.j. ꝛ ſic promouendus ad dignitatem nō debet habere famā leſam. Etiā* [2] opinio promouendi in nullo debet vacillare.ſ̄.de teſtib.capi.fina.xxxiij.diſtinct.cap.laici.argu.ff.de muner.ꝛ honor. reus primo reſpon. ꝛ.ſ̄.de colluſio.capi.primo. Et dic de infamia iuris [a] ꝛ facti vt Azo/ in ſumma.C.ex quib.cauſ.infa.irroga. Ioā.Mona.Cardi.

[a] Iuris ꝛ facti. Dic etiam aliam duplicem reperiri infamiā: vna eſt que immediate trahit originem a delicto/ꝛ teſtis tali infamia notatus (etiā emendatus) repellitur in cauſa ciuili.
ℭ Alia eſt que non trahit originem immediate a delicto: ſcilicet a carceratiōe: vel alia ſimplici cauſa: ꝛ iſta nō repellit. Docto.in.c.teſtimoniū.ſ̄.de teſti. Alexan.conſi.xxxii.circa fi.viſo proceſſu.volu.vi. Probus.

ℭ Bonifacius Octauus. Reg.lxxxviij.

Certum eſt quod is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem.

Certū [a] eſt. Pone caſum.ſ̄.de electio. auaritie.ꝛ.ſ̄.de cōtrahen.empt.ad noſtrā.ꝛ.C.de agricol.ꝛ cenſitis.l. quemadmodum. lib. xj.ꝛ not.ff.de legib.contra legem.ꝛ.l.ſeq.et ſ̄.de priuileg.quanto.ꝛ.xiiij.q.iij.c.plerīq̧. Io.Mona.Cardi.

[a] Certum. Dic vnum pro cōprobatione horum que hic dicuntur ꝙ ſi ſpurius pure inſtituatur ꝛ grauetur de reſtituenda hereditate regi Francie/vel Anglie/aut alteri ad cuiꝰ notitiā veriſimiliter de facili non deueniet / ꝛ dato ꝙ deueniret/tamen de facili veriſſimiliter ſe non intromitteret: ꝙ hoc caſu talis inſtitutio ꝛ diſpoſitio non valet tanq̄ facta in fraudem legis: et ſic ſpurius habeat id quod de iure habere non poteſt per ea que habentur in.l.contra legem.ꝛ in.l.fraus.ff.de legib. ꝛ in tex. noſtro: no. Bal.in.l.hac edictali.§.omni.C.de ſecun.nupt. Iſta eſt doctrina Io.de Imola.in.l.in tempus.ff. de heredi.inſti.quem refert Alexan.conſi.ccij.nume. viij. perſpectis verbis.volu.vj. Probus.

ℭ Laus deo.

ℭ PHILIPPVS Probus lectoribus Salutem dicit.

SVſcipite lectores Candidi quę per nos (poſt omnia quę do. Ioan. Mona. ſunt ad calamum noſtrum, ex varijs exemplarijs, & maximo cum labore tra= ducta) ex floribus vtriuſq; cenſurę additamēta fuere decerpta. I mitati enim ſumus apes quę vangantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt, de= inde quicquid attulere diſponūt, ac per fauos dirigunt, & de florum omnium diuerſitate eos dūtaxat deligunt, de quibus mellis cerę q; aptus ſuccus expri mitur. Cui ſententię conueniunt verba Lucretij, floriferis inquit, vt apes in ſaltibus omnia libant. Omnia nos itidem decerpſimus aurea dicta, ſic debui mus quęcūq; ex diuerſa lectione cōgeſſimus ſeparare. Et adhibita ingenij, cura & facultate, in vnū ſaporem varia iſta libamina confundere, quod & fecimus hac in parte (trino & vno numine iuuan uante) inſtar poetę, cui dum obijceretur ab ęmulis quod alienos verſus ſuo operi inſerebat, reſpon dit magnarum eſſe virium clauam extorquere de manu Herculis. Fateor equidem (iuxta ſentētiam Solini, in prologo de memorialibus mundi inquientis) Quid proprium noſtrum eſſe poſſit, cum nihil omiſerit antiquitatis diligentia, cui aſtipulatur dictum Sapientis. Nec eſt enim dare verbum de quo dici valeat, ecce hoc noſtrum eſt. Et alibi vulgare, nihil enim dictum eſt, quod nō ſit dictū prius. Fateor ideo de his ab alijs multa dicta, forſitan tamen non ſic edita habētur, quā a me vtili= ter ſcripta ſunt. Non idcirco (precor) non me lanient ęmuli, quinimo legāt prius, deſpiciātq; poſtea, ne videantur ex odij pręſumptione ignorata damnare. Hęc enim feci ſententia monitus Auli Ge lij in nocti. act. inquientis cogitate ſi quid vos per laborem, vel ſtudiū recte feceritis, labor ille ci= to a vobis recedet, benefactum autem dum viuitis nunquam, ſed ſi qua per voluptatem nequiter fe= ceritis, voluptas illa cito abibit, nequiter autem factum ſemper durabit. Vita humana (inquit Mar cus Cato) prope vti ferrum eſt, ſi exerceas cum ſplendore conteritur, ſi non, rubigine tamen obſcu= ra, caligineq; detecta inficitur & attenuatur. Sic homines exercendo videmus conteri, ſi nō exer= ceant, tamen inertia & torpedo plus detrimenti affert, inerti otio vita marceſcit, ingenia torpeſcūt. Conſiderate ideo lectores candidi, pręſentis vitę ambiguam & fluctuoſam nauigationem, huma= narū rerū imbecillitatē, fortunę varietatem (quod etiā noſtra tempora nimiū atteſtātur) doctrinę= que & ſapientię theſaurum inuiolabilē, qui nec fortunę fluctibus cedit, nec vlli perditionis diſcrimi ni ſuccumbit, virtutis & ſcientię ſplendorem & ornamentum, patrię gloriam, amicorum exultatio= nem, parentum & propinquorum inęſtimabilē cōſolationem ac felicitatem. Ego equidem (vt pau= cis multa concludam) vos ad idem hortabor ad quod Nichodem Cypri regem Exocrates. Quoniā mortale vobis contingit corpus, animas autem immortales. Enitamini igitur vt virtutum & litera= rum beneficio animi memoriam relinquatis immortalem. Poſtremoque deo immortali nobiſ= cum immortales agere gratias, qui nos ad ęthera (ſua ſolita clementia) perducat ſecula Valete feli= ces. Ex inclito Pariſiorum ſtudio. X. Calen. Septembris. Anno milleſimo quingenteſimo tri= ceſimoquinto poſt incarnatum Chriſtum.

¶ Tabula, quinque librorum Sexti Decretalium capitula complectens, per ordinem alphabeti, folium, colũnãque indicans fœliciter incipit.

H

I

L

M.

N

O

P

Q

R

S

T.

V.

Finis.

¶Tabula Rubricarum Sexti libri decretalium secundum ordinem alphabeti a quibus inchoantur.

¶Finit tabula Rubricarum quinq3 librorum Sexti Decretalium.

Versus Sexti Decretalium & Cle. Rubrcas Complectentes.

¶ Versus sequentes sufficienter mensurati & ad titulorum verba de proximo appropinquantes Rubricas, decretalium. Sexti et Clemētinarum complectuntur. Tota enim cōgeries compilationi Gregoriane famulatur. Sed. S. Sixti. et. C. Clementinarum titulo denotāt Primi libri rubrice sunt in decretalibus. xliii. In sexto. xxii. In clemen. xi.

SC S SC S
Primo sūma fides. statuit. rescripta. suescit.
S SC
Postulat. electos: translator auctor et vsu.
SC SC S
Inde renūcio. de supplēda. tēpora. scrutor
SC
Ordo resignantis. etas. vngit. sacramentis.
S
Filius. et seruus. obnoxius. et vitiatus.
S
Hinc bigamus clerus. peregrinus. et archidiacon.
SC
Archipres. primic. sacrist. custos. vice fungens.
SC S SC
Delegat. legat. et dictus ab ordine iudex.
S S
Iudicis officium maior. pax. pacta sequuntur.
SC
Transigo. postulo. post procuro. sindicus exto.
S SC S
Vis metus. integrat. ac alienat. et arbiter hinc est.

¶ Secundi libri Rubrice sunt in decretalibus. xxx. in sexto. xv. In clementinis. xii.

SC SC
Iudicium forus. atqꝫ libellus. mutua poscens.
S
Litem contestans: sine quo non suscipe testes.
S
Iuro. dilatis. feriis. ex ordine nosco.
C S
Plus peto. de causa. spoliatum restituendo.
SC S SC C
Est dolus. et missus. lis pendens. atqꝫ sequestrat.
S C SC
Confessis. probo. sunt testes quoqꝫ cogo.
SC SC
Instruo. presumo. iusiurans. excipiendo.
S SC SC
Prescribit. sententia et appellat. peregrinans.
Utilis omnibus his est confirmatio iuncta.

¶ Tertij libri Rubrice sunt i decretalib9. l. In sexto. xxiiij In clementinis. xvij.

SC S
Vita decens. cler9 habitās. clerusqꝫ iugat9.
S SC S
Nō residens. prebens. eger vel debilitatus.
S SC S
Instituo: concedendo. ne sede vacante.
Et sine consensu: maior pars. non minuātur
SC
Ecclesie res. atqꝫ precaria. commodo pono.
SC
Vendo. loco. muto. de feudis. pignoribusqꝫ.
Atqꝫ fideiussor. et soluit. dona. peculi.
SC SC
De testamentis. etiam succedo. sepultus.
SC SC
Parrochijs. decimis. hinc regula religionis.
S
Conuersus coniunx. infidus. vota redempta.

SC SC S
Deqꝫ statu monachi: domibus subiunge capellas
SC SC S
Iurepatronatus. de sensibus. ara sacrata
C C
Misse. baptismus. quo non est presbyter vsus
SC
Eucharistia. reliquie. ieiunia serua.
SC
Purificans: ac edificans: immunis adherent.
S
Clerice vel monache dimitte negocia secli.

¶ Quarti libri Rubrice sunt in decretalibus. xxj. In sexto. iij. In clementinis. j.

S S
Sponsus. et impubes. clandestina. sponsa duorum
Conditione vouens. quam polluit atqꝫ lepros9
S
Seruus. de natis. sequitur cognatio duplex.
C
Post consanguineam: consanguinitas. gelidiqꝫ.
Ac interdictum: qui nati legitimi sunt.
Accusare queunt. diuortia dote. secundis.

¶ Quinti libri Rubrice sunt in decretalibus. xlj. In sexto. xiij. in clementinis. xj.

S
Accusatio. siue calumnia. simonialis.
C C SC
Prelati. Rabbi. Iudeus. hereticus assunt.
S
Scismaticis. vel apostaticis. natos perimentes.
SC
Infans expositus: homicidia torneamenta.
Cleri pugna. sagittat. adulter. postea raptor.
SC
Furtis. vsuris. de falsi crimine. sortes.
Colludo. pecco. venor. ferio. maledico.
Post interdictum celebrans. ac ordinis expers.
SC
Saltus. furtiuus. excessus. opusqꝫ nouellum.
SC
Lex priuata subit. purgat cum canone. vulgus.
S SC SC BC
Dānum cum penis. post penitet. est anathema.
SC S
Verborum sensus. sequitur quoqꝫ regula iuris.

¶ Expliciunt rubrice iuris pontificij: quarum numerum versus sequentes lucuientissime referant.

Cum centum quinos ac octoginta reponit.
Gregorius titulos nonus. quoqꝫ scire iuuabit.
Septuaginta liber sextus tenet. addito septem.
Quinquaginta duos Clemens numerat tibi quintus.

¶ Finit glo. D. Ioan. Mona. Cardi. et Vicecācellarij Romani: super Sexto Decretaliū libro: primo edita Bi loco: vna cum additionibus dñi Philippi Probi Bituricii: iuris Pontificij interpretis: in supremo Parisien. senatu aduocati et prime impressiōi per magistrū Petrum Vidouū tradita: Anno millesimo quingentesimo tricesimo quinto post incarnatum Christum: xv. Calen. Septembris.

der, alos nominados Dn. Juan de Priego
y Dn. Josef Sanchez, para que por el fin
de sus dias elijan juntos, ò separadamente
cada qual una persona en quien sobstituyan
este encargo, ò mas las que tengan por com
beniente, y que por el fallecimiento de las que
sean, succedan en el propio manejo perpetua
las personas Cavezas de Religion Regula
ò Seculares, Calzadas ò Descalzas de est
que mas aproposito Juzguen, para que
lidad de Patronos cumplan con exact
con lo que llevo dispuesto, asignando
su travajo el estipendio que consider
correspondiente y Arreglado, como
Administrador que hayan de
este forzosamente afianzara

Instrumentos competentes en

precios que trataren y ajustaren,

todos los demas actos, autos, y diligencias

que devan obrar, como tales mis especiales

Apoderados, y entregados; todo lo qual executen

con total independencia de Señores Juezes Ecle-

siasticos y Seculares, pues no han de tener

obligacion de dar a persona alguna, cuenta

de su distribucion, y para en el caso de

que alguno de los referidos mis dos Apoderados

falleciera, el que superviva continuara por

si solo en este encargo del propio modo, y

con las mismas requisitos, y circunstancias

que dejo especificadas para dicho manejo,

ampliandoles mas, como les amplio sin fa-



calibrite
colorchecker CLASSIC
mm